

3

3

ΜΥΤΙΛ

1

4

4

ΣΑΠΦΩ ΛΕΣΒΙΕ

5

5

ΤΟΥ ΠΡΟΚΛΑΝ ΗΡΩΙΔΑ

ΕΠΙ ΣΤΡΑ ΑΠΟΛΛΩΝΙ ΜΥΤ

ΣΑΠΦΩ
ΕΡΕΣΙΑ

6

6

Υ ΗΡΩΙΔΑ ΚΛΥΣΙΚΑ

ΕΠΙ ΣΤΡΑ ΙΕΡΟΚΑ ΜΥΤΙΛ

7

2

7

8

8

SAPPHUS,

POETRIAE LESBIAE,

FRAGMENTA ET ELOGIA,

QUOTQUOT IN AUCTORIBUS ANTIQUIS

GRAECIS ET LATINIS REPERIUNTUR,


CUM VIRORUM DOCTORUM NOTIS INTEGRIS,

CURA ET STUDIO

JO. CHRISTIANI WOLFII,

IN GYMNASIO HAMBURGENSI PROFESSORIS PUBLICI.

Qui vitam Sapphonis & Indices adjecit.



HAMBURGI,

Apud ABRAHAMUM VANDENHOECK.

MDCCXXXIII.

VIRIS
NATALIVM SPLENDORE
ERVDITIONIS FAMA
HVMANITATIS LAVDE
PERINCLVTIS
GEORGIO ALBERTO
A STEINHEIL
SERENISSIMI ELECTORIS SAXONIAE
MINISTRO RESIDENTI
IN VRBE AD MOENVM FRANCOFVRTANA

ET

IOANNI FRIDERICO
AB VFFENBACH
PATRICIO FRANCOFVRTANO

AMICIS CONIVNCTISSIMIS
LITERARVM FAVTORIBVS OPTIMIS
DOMINIS ET PATRONIS SVIS
GRATIOSIS

HAEC
MVSAE DECIMAE
FRAGMENTA LITERARIA
NITIDIORE CVLTV ERVDITIS EXHIBITA
DEVOTI ANIMI TESTANDI CAVSA
DEMISSE OFFERT
PERPETVAE ILLORVM BENEVOLENTIAE
SE SVAQVE STVDIA ENIXE COMMENDAT
ET
VEGETAM IN MVLTOS ANNOS SENECTVTEM
FELICEM CONSILIORVM SVCCESSVM
CVM VOTO OMNIGENAE PROSPERITATIS
VIRIS ILLVSTRIBVS
EX ANIMO ADPRECATVR

IOANNES CHRISTIANVS WOLFIVS.

LECTORI BENEVOLO
S.



En TIBI Partem I. Carminum Novem illuſtrium Feminarum & Lyricorum ex Bibliotheca *Fulvii Urſini* Antwerp. ex officina *Chriſtoph. Plantini* CIↃ IↃ LXVIII. ordinis octavi forma editorum, quem librum pridem Philologiæ amantiores avidiſſime emerunt, & in Gallia, Anglia Belgiove, ſi quando in auctionibus publicis vel in tabernis librariis ſeſe offerret, immenſo ſane pretio ſibi comparare libenter voluerunt. Hoc in cauſa fuit, cur *Abrahamus van den Hoeck*, Vir ſolertiſſimus, & ſtudio Autorum veterum, accurate & nitide imprimendorum, commendatiſſimus, me rogaret, ut novam hujus pretioſiſſimi libelli editionem, Studioſæ Juventutis uſibus apprime accommodatam, adornarem. Accedebant Fautorum fideliſſimorum, JO. ALB. FABRICII, τοῦ πάνυ, & *Fratris* dilectiſſimi, quorum amorem in me plusquam paternum, uti omni pietate veneror, ita præcipuam felicitatis meæ literariæ partem omnino agnoſco, frequentia monita de hoc inſtituto pro virili perſequendo, & perbenigna promiſſa, quibus pro more

ſuo ex aſſe ſatisfecerunt, de me in omnibus adjuvando, quibus ad hæc rite tractanda opus eſſet. Ipſemet cogitabam, hanc eſſe ampliſſimam occaſionem id, quod officii mei ratio poſtulat, præſtandi, & Juvenes ingenuos ad Poëtas veteres, tam Græcos, quam Latinos, hilarè & utiliter legendos excitandi, ſi illis partem loca ſelecta plurimorum Autorum, ad miram rerum ubertatem & jucundam ſtyli varietatem in utraque lingua mature cognoſcendam, partem notas doctiſſimorum Virorum, ad artem criticam cum fructu delibandam, ſuppeditarem. In ſinu gaudebam, cum intelligerem, Viros Summos, qui ſunt ſupra laudes meas, non ſolum inſtitutum meum benevole approbare, ſed etiam ad illud egregie promovendum atque pulcherrime ornandum pro ſingulari ſua humanitate eſſe promtiſſimos. Cum enim Viro, eruditionis omnigenæ non minus, quam natalium illuſtrium ſplendore apprime claro, JO. FRIDERICO AB UFFENBACH, Fratri digniſſimo Viri Illuſtris, ZACHARIAE CONRADI AB UFFENBACH, Senatoris Reip. Mœno-Francofurtanæ meritiſſimi, & Mæcenatis ſtudiorum celeberrimi, (quorum ut & Viri Experientiſſimi, JO. GEORGII KISNERI, Poliatri dexterrimi, mirificam benevolentiam, non ſolum Francofurti triennium

nium

nium abhinc mihi præſtitam, ſed etiam poſtea multis beneficiis comprobatam, nunquam ſatis prædicavero,) indicem Auctorum veterum, vel fragmenta vel elogia Sapphus memorantium, mitterem, Eumque demiſſe rogarem, ut Virum Perilluſtrem GEORGIUM ALBERTUM STEINHEILIUM, Sereniſſimi Electoris Saxoniæ Miniſtrum Reſidentem in urbe ad Mœnum Francofurtana, per ſpectatam amicitiam ſuam obteſtaretur de indice iſto ex theſauro ſuo literaturæ græcæ incomparabili & inexhauſto benevole ſupplendo; Hic quidem in tanta negotiorum arduorum varietate & multitudine, atque in maximis ætatis ingraveſcentis moleſtiis, Nobiliſſimi UFFENBACHII deſideriis ſic ſatisfecit, ut voces Sapphicas obſcuriores innumeris aliorum Autorum locis atque Epigrammatibus adhuc ineditis, ex Codice *Uffenbachiano* olim deſcriptis, illuſtraret, corruptas autem conjecturis felicibus emendaret, quæ maximam partem notarum, fragmentis ſubjectarum, efficiunt. Miraberis omnino, B. L. hoc ſingulare de literis Græcis bene merendi exemplum, & Viro Magno pro iſto doctrinam elegantiorem provehendi ſtudio decentes gratias habebis, atque ſenectutem in multos annos vegetam felicemque conſiliorum ſucceſſum ex

animo adprecaberis. Non minori beneficio magnum illud Europæ decus omniumque Eruditorum amor ac deliciæ, MATURINUS VEYSSIERE LA CROZE, Seren. Borussiæ REGIS à Consiliis, Antiquitatibus & Bibliotheca, me mactavit. Ipsi enim pro inaudita sua humanitate placuit, exemplum editionis *Ursinianæ* mihi mittere, in quo non solum notæ & accessiones *Andr. Schotti* Antwerpiensis & *Pauli Colomesii*, Rupellani, ad ista carmina, sed etiam excerpta ex Grammatica MS. *Apollonii Dyscoli*, à laudato *Viro* ex apographo *Spanhemiano*, minus accurato, olim descripta, nec non varia Epigrammata Poëtriarum, quæ in *Ursini* editione desiderantur, exstabant. Grata etiam mente prædicanda est Viri Præstantissimi, PHILIPPI JACOBI DORVILLII, Professoris Athenæi Amstelodamensis meritissimi, benevolentia, qua inductus, emendationes accuratas duorum Epigrammatum *Sapphus* & Epigramma adhuc ineditum, ad Poëtriæ hujus res pertinens, Sua cura correctum mecum communicavit. His bellis subsidiis instructus credidi, id negotii mihi solum dari, primum, ut *Fulvii Ursini* Sapphica emendatius excuderentur, loci singuli veterum Auctorum, ab Ipso aliisque viris doctis in notis commemorati, accurate indica-

rentur,

rentur, & Collectio *Ursiniana* plusquam centum locis augeretur; deinde, ut in usum tyronum omnes loci Græci in latinum sermonem versi, & varietatis gratia nonnunquam illorum metaphrases metricæ, exhiberentur, atque singula Virorum doctorum notis integris illustrarentur; denique ut vita Sapphonis ex hujus Collectionis locis, quorum numeri uncinulis inclusi allegantur, accurate componeretur, & Indices Auctorum veterum, in quibus Sapphica commemorantur, vocum item omnium Sapphicarum, & rerum notabiliorum conficerentur. Indici primo inserendi sunt loci, qui in vita Sapphus afferuntur, nempe: *Athenæus* lib. XIII. p. 598. C.] pag. IV. *Ausonius* Epigr. XC. vel XCII.] p. XXIII. *S. Columbanus* Epist. ad Fedolium v. 110.] p. VII. *Diomedes Grammaticus* lib. III.) p. XVI. *Epigramma* Sapphoni ambigue adscriptum, p. XX. Etymologicum M. in Σαπφὼ p. I. *Hesychius Milesius* in Σαπφώ, p. XXII. *Lucianus* in Amor. T. I. Opp. p. 905.] p. XXX. *Marmora Oxoniensia* p. 66.] p. III. *Martialis* lib. VII. epig. LXIX.) p. II. & lib. X. epigr. XXXV.] pag. III. *Plutarchus* in Erotico T. II. Opp. p. 763. A.] pag. XV. & *Suidas* in Δερκων, pag. XXX. In recensendis locis ordinem *Ursini* retinui, atque illos, qui in Vrsiniana collectione tantum reperiuntur, stel-

lula

lula notavi. Omnia mihi data putabo, si hæc serena fronte exceperis, & continuationem hujus laboris, propediem suscipiendam, cupide expectaveris. Monendus adhuc es de loco *Alcæi*, quem Magnus *Barthius* Adverf. lib. LIV. cap. 15. p. 2552. aliud cogitans, *Sapphoni* adscribit; tum de *Sapphone Christiana Jo. Gothofr. Cyrilli* sive *Herrichen*, quæ in ejus Poëmatibus græcis & latinis p. 78. legitur, & argumentum Pericoparum Evangelicarum carmine Sapphico exhibet; porro de *Sapphus Lesbiæ ad Phaonem Siculum, dilectum suum, Epistola MSta, carmine latino haud ineleganti*, in T. III. Catalogi *Uffenbachiani* Cod. LXXV. n. 14. p. 547. memorata, quam *Ovidii* Epist. XV. Heroidum esse existimo; denique de dissertatiuncula, quæ Londini hoc anno prodiit, atque inscribitur: *Advice to Sappho, occasioned by her verses on the imitator of the first Satyre of the second book of Horace, by a Gentlewoman*, quæ præter *Sapphus* nomen nihil ad ejus res pertinens continere videtur. Neutram oculis meis usurpare contigit, quia hæc in tabernis multis librariorum Londinensium frustra quæsita est, Codex autem ille Uffenbachianus in Bibliothecam eruditi, nescio cujus, in Palatinatu transiit. Ita vale.

SAP-

SAPPHUS LESBIAE VITA.

Poëtriæ hujus celebratiſſimæ *nomen* ſcribitur Ψαπφὼ in editione *Aldi* & *Baxteri* Odes in Venerem (pag. 10. v. 2.) *Saffo* in *Servii* Codicibus (CCLV.) & *Sapho* in *Horatii* vetuſtiſſimis MSStis (not. 4. p. 172. b) Rectius vocari vulgo ſolet *Sappho*, cujus vocis origines tradit *Autor Etymologici:* Σαπφὼ παρὰ τὸ σάφω, τὸ σαφηνίζω, ἢ παρὰ τὸ σάφω, τὸ ψηλαφῶ· σάφω Σαφὼ, ὡς κλώθω, Κλωθώ· καὶ πλεονασμῷ τοῦ π Σαπφώ· ἢ παρὰ τὸ σαφής. *Sappho oritur à* σάφω, *quod ſignificat explico, vel à* σάφω, *quod ſignificat perſcrutor; à* σάφω *eſt* Σαφὼ *ut à* κλώθω, Κλωθὼ, *& cum redundantia literæ* π Σαπφὼ, *vel etiam à* σαφὴς *perſpicuus. Brizo*, uti *Sappho*, eſſe nomen proprium, monet *Euſtathius.* (CLXXXVI.) Permulta nomina mulierum græcarum in ῶ deſinentia recenſent Inſcriptionum antiquarum Collectores & *Tho. Reineſius* in Epiſtolis ad *Hofmannum* & *Rupertum* ep. 46. p. 392. Illorum caſus obliquos ab Ionibus, Doribus, Æolibus & Athenienſibus varie formari docet *Chœroboſcus* (CXCVI.) Operæ pretium fuerit tranſcribere hic verba *Joannis Leusdenii* ex ejus Onomaſtico Sacro pag. 185. *Joppe* יָפוֹ, Ἰόππη, *pulchritudo, aut decor. Oppidum in ora curvæ Syriæ, in monte ſitum, una cum portu, qui à Barbaris nunc Sappho appellatur.* Falli in ultimis verbis Virum optimum, liquet cum ex teſtimonio *Andr. Maſii* ad Joſ. XIX. 45. & Geographorum, qui urbem *Joppe* ejusve portum non *Sappho,* ſed à Barbaris *Japho* ſive *Jafa* ſive *Jaffa* & à Venetis *Zapho* ſive *Zaffo* hodie appellari tradunt; tum ex ſilentio Autorum, qui accurate de hac urbe egerunt, nominatim *Jo. Oldermannus* in programmate de Geographiæ græcæ lumine in veterum Autorum monumentis legendis ſpeciatim de Joppe, Helmſtad. 1717. 4. & *Corn. Bruynius* in deſcriptionis gallicæ Itinerum in Orientem ſuſceptorum Vol. II. p. 146. ed. Pariſ. 1725. 4.

Majoris momenti quæſtio eſt, num duæ exſtiterint *Sapphones* Lesbiæ, & *Sappho Ereſſia,* ſive *Ereſia,* quam nonnulli, Magnum *Voſſium* cap. 3. de Poëtis græcis ſecuti, perperam *Eretriam* vocant, *Thevetus* vero *Erexeam*, diſtinguenda ſit à *Mitylenæa,* quod expreſſis verbis perhibent *Athenæus,* (CXXV.) *Ælianus*, (CXIII.) *Suidas*

das & *Apostolius* (CXIX. & CXXIV.) In horum sententiam plerique omnes manibus pedibusque iverunt recentiores autores, quia diversi *Sapphûs* patres memorantur, multa quoque de illa narrantur, quæ cum chronologia pugnant, vultus denique ejus in monumentis varie repræsentatur. Elegantissimo *Perizonio* (not. 9. p. 107. b) nihil mirum videtur, plures fuisse ejus nominis fœminas, postquam una exstiterat, ingenio & amoribus celebris, quum eodem modo & plures exstiterint Sibyllæ. Attamen *Pet. Bælius* & *Joannes Albertus Fabricius*, Viri præter ceteros in historia literaria versati, neque ista testimonia veterum, neque argumenta recentiorum Scriptorum tanti fecerunt, ut *Sapphonem Eressiam*, Phaonis amore flagrantem, aliam ac *Mitylenæam* poëtriam fuisse existimarent. *Godfr. Olearius*, ὁ μακαρίτης, in diss. de poëtriis græcis n. LXV. p. 50. statuit, jam olim exstitisse quosdam, qui mulierem prostratæ pudicitiæ & monstrosæ libidinis prorsus indignam esse putaverint, ut à Viris summis tantas consequeretur laudes, atque adeo ex controversia de ejus patria, cum in altera harum urbium nata sit, in altera magnam vitæ partem exegerit, vel civitatis jure donata fuerit, occasionem fingendi duas captasse. Equidem non queo nec lubet ab hac Triumvirorum doctissimorum sententia transversum unguem recedere, quam certe quisque approbabit, si secum reputaverit, primum, Autores ipsos, qui *Sapphonem Mitylenæam* ab *Eressia* distinguunt, à se invicem dissentire, & *Athenæum* de *Eressia* nihil aliud quam *Phaonis* amores, atque *Ælianum* meretricias solum artes commemorare, *Svidam* contra tribuere *Eressiæ*, quæ, reliquorum Scriptorum consensu, de *Mitylenæa* traduntur, huic tamen aliquam carminum laudem concedere, quam *Eressiæ* prorsus abjudicat *Ælianus*; deinde, omnia, quæ de *Sapphone* utraque narrantur, in unam eandemque mulierem convenire posse, atque Scriptores veteres latinos omnes unius tantum Sapphonis mentionem facere; denique, artifices veteres non minus in exprimendis illustrium vultibus, quam historicos in recensendis rebus gestis, mox ex negligentia mox de industria sæpissime peccare. *Canium* Poëtam latinum habuisse duas uxores, alteram *Theophilam*, sapientem quidem sed liberiorem, alteram *Sapphonem*, castiorem sed minus doctam, colligit *Ludov. Morerius* in Lexico historico v. *Canius*, ex *Martialis* lib. VII. epigr. LXIX.

Hæc est illa tibi promissa Theophila, Cani,
Cujus Cecropia pectora dote madent.
Hanc sibi jure petat magni senis Atticus hortus,
Nec minus esse suam Stoica turba velit.

Vivet

Vivet opus, quodcunque per has emiseris aures;
Tam non fœmineum nec populare sapit.
Non tua Pantænis nimium se præferat illi,
Quamvis Pierio sit bene nota choro.
Carmina fingentem Sappho laudavit amatrix:
Castior hæc, & non doctior illa fuit.

Sed *Pet. Bælius* in Lexico Critico v. *Sappho* errorem *Morerii* satis absurdum vocat, & *Martialem* Poëtriam latinam *Theophilam* cum græca *Sapphone* in doctrina & vita comparare, atque illam huic longe præferre monet. Confirmantur hæc alio ejusdem Poëtæ loco, lib. X. epigr. 35. v. 15. sq. ubi *Sulpiciam* Poëtriam ita laudat:

Hac condiscipula, vel hac magistra
Esses doctior & pudica Sappho.

Elegantissimus *Bælius* loco laudato observat, *Martialis* versum: *Castior hæc, & non doctior illa fuit;* optime convenire in *Magdalenam Scuderiam*, Virginem vitæ integritate pariter atque scriptis electissimis utriusque orationis, Seculo superiore, oppido claram, quæ non sine summo *Sapphus Mitylenææ* honore à Viris præstantissimis appellari soleat *Sappho Gallica*.

Vixisse nostram sub *Alyatte* Rege Lydorum & Crœsi patre testatur *Athenæus*, (LXXVIII.) sub *Tarquinio Prisco* Rege Romanorum ἱστοριῶν συναγωγή, (CLXXIII.) Olympiade XLIV (CXLIV mendose in *Vossii* lib. de Poëtis græcis cap. 3. & in Lexicis historicis *Car. Stephani* & *Jo. Jac. Hofmanni* legitur) *Eusebius*, (CCXXXIV.) Olympiade XLII *Suidas*. (CXVIII.) Hic cum *Eusebio* addit, *Alcæum Sapphonis* temporibus inclaruisse; quod ipsa testatur apud *Ovidium*, (CCXXIX. v. 29.) ut taceam Scriptores, qui *Alcæi* & *Sapphonis* mentionem crebro conjunxerunt (LXXVIII. CXV. CXLVI. CLX. &c. vid. Index III. v. *Alcæus*) Idem liquet ex colloquio *Sapphonis* cum *Alcæo*, quod servavit nobis *Aristoteles*, (XVI.) & ex elogio, quo *Alcæum* à *Nostra* ornari apud *Demetrium Phalereum* (XVII.) docti censent. *Alcæus* tamen annis multum præstitit *Sapphoni*, si hujus versus duo (XXX.) ad illum pertineant, quod multis sit verosimile. Egregie hæc confirmantur verbis Chronici marmorei, epoch. 37. quæ leguntur in Marmoribus Oxon. ab Humphr. *Prideaux* editis p. 166. ima: Ἀφ' οὗ Σαπφὼ ἐγ Μιτυλήνης εἰς Σικελίαν ἔπλευσε φυγοῦσα . . . ολ . . ϑ . . . . ἔτη ΗΗΗΔΔΔ· Ἄρχοντος Ἀθήνησιν μὲν Κριτίου τοῦ προ-

τέρου,

τίεγ, ἐν Συρακούσαις δὲ τῶν ὁμόρων κατεχόντων τὴν ἀρχήν. *A quo Sappho è Mitylene in Siciliam trajecit fugiens . . . . anni CCCXXX. Archonte Athenis quidem Critia priore, Syracusis vero rerum potientibus finitimis.* Ad hunc locum sequentia observat Thomas Lydiat l. c. p. 44. *Sapphonem Poëtriam Lesbiam è Mitylene in Siciliam trajecisse fugientem sive desiderium amasii Phaonis, seu quid aliud, significatur mutilis Marmoribus anno obliterato, inter initium regni Alyattis & decimum quartum ejus annum, quo tempore Athenis Archon erat Critias prior, Syracusis vero finitimi sive vicini scilicet agrorum ad urbem pertinentium coloni principatu potiebantur. Id quidem apparet contigisse anno Alyattis juxta Chronicon Eusebii duodecimo, ac DCXI. ante Evangelium; utpote quo ejus Regis anno Sapphonem pariter ac Alcæum Poëtas claruisse referunt non modo impressa Chronici Eusebiani exemplaria, sed etiam pleraque Manuscripta, teste Pontaco.* His addit *Humphr. Prideaux* l. c. p. 200. *Syllaba* τος *post ultimam lacunam monet, in ea legendum esse* ἄρχοντος. *Annum Epochæ qui in lacuna eam vocem præcedente obliteratur, supponimus esse CCCXXX. Secundum Eusebium enim Sappho & Alcæus duodecimo Alyattis anno floruerunt, qui est annus Epochæ marmoreæ secundum ipsum marmor CCCXXX. Annus enim CCCXLI. ut in præcedente Epocha patet, erat primus Alyattis. In ultima igitur lacuna restituimus* ἔτη ΗΗΗΔΔΔ ἄρχοντος. Commigrasse autem *Sapphonem* in Siciliam intra annum ætatis XXV. & XXXV. colligere licet ex vesano ejus amore in *Phaonem*, ab *Ovidio* graphice descripto, atque adeo probabile admodum fit, eam natam fuisse Olymp. XXXVI. vel XXXVII. Nulla igitur fides habenda erit *Georgio Cedreno*, (CLXXII.) qui Nostram multo antiquiorem fuisse & Sec. XVI. a. C. N. sub *Cranao* Rege Atheniensium vixisse tradit, neque Chronologis, qui illam Olymp. XLII. natam esse statuunt, neque illis, qui *Anacreontem* ejus æqualem & amatorem perhibent. Ex antiquis Scriptoribus id testatur *Hermesianax Colophonius* in III. Elegiarum apud *Athen.* lib. XIII. p. 598. C. cujus versus Cl. *Barnesius* emendavit & latine reddidit in vita *Anacreontis* pag. XXVIII.

Καὶ γὰρ τὴν ὁ μελιχρὸς ἐφωμίλησ' Ανακρείων
Στελλομένην πολλαῖς ἅμμιγα Λεσβιάσιν.
Φοίτα δ' ἄλλοτε μὲν προλιπὼν Σάμον, ἄλλοτε δ' αὐτὴν
Οἰνηρὴν δόρασιν κεκλιμένην πατρίδα,
Λέσβον ἐς εὔοινον. ———

Tejus hic etenim Sappho mellitus amavit,
Lesbiadas plures inter ut emicuit.

Nam

Nam nunc ille Samum, Patriam nunc ille reliquit,
Eversam dudum Marte sub armisono,
Vinosam in Lesbon. ———

Illum autem falli & per lusum de *Anacreontis* amore scripsisse arbitratur *Athenæus* (LXXVIII.) quemadmodum *Chamæleon* in libro de Sappho colloquium amatorium Anacreontis & Sapphonis enarraverit, & *Diphilus* in fabula Sapphus amatores ejus *Archilochum* & *Hipponactem Anacreontis* æquales finxerit. Horum vestigia non leviter presserunt ex recentioribus *Scuderia* & *Larrey,* ludibundi & ingenio indulgentes, illa quidem in *Cyro magno*, gallice edito, virtutes & amores Sapphus elegantissime describens, hic vero in Parte I. Historiæ septem Sapientum, itidem gallica lingua scriptæ, *Æsopum* laudum Sapphus buccinatorem introducens. Ast *Barnesius* modo laudatus serio id egit, ut contra *Athenæum* probaret, Sapphonem fuisse æqualem & amicam *Anacreontis.* En ejus verba: *Athenæus quidem fol.* 599. *Hermesianactem falli ait, ipse falsus, ut mox videbimus; nec tamen ille Chamæleontem interea impugnare audet, quod si maxime faceret, minime tamen promoveret, nam συγχρονισμὸς vel hinc demonstratur. Sapphus frater Charaxus amavit Rhodopin, quam Doricen vocat Athenæus, Æsopi conservam, ut Herodotus in Euterpe & Lilius Gyraldus in Sapphus vita. Æsopus autem Crœso σύγχρονος & familiaris, qui & Solonem jam senio gravem monuerat in congressibus cum Crœso, ἢ ὡς ἥδιστα ἢ ὡς ἥκιστα λαλεῖν. Crœsus & Cyrus, Polycrates & Anacreon aliquo tempore σύγχρονοι, Thalete & Solone reliquisque septem Sapientum jam senio vergentibus; nam Thales primus omnium Sapientum mortuus est Olympiade LVIII. valde senex, Anacreonte vix tum undecenni. Circa decimum quintum Anacreontis nata est Sappho, paucis annis ante victum à Cyro Crœsum, florentibus jam Sapientum aliquot; & quum illa viginti quinque annorum esset, tum Anacreon erat quadragenarius, quo fere tempore canescere homines incipiunt, unde ipse Anacreon de Sapphone & ad eam:* (LXXVIII. & pag. 246. sq.)

Σὰ γὰρ φίλτρ' ἐμὸν ἦτορ	*Nam desiderium tui*
Συμπάιζειν προκαλεῖται,	*Cor nunc sollicitat meum.*
Ἡ δ' ἐστιν γὰρ ἀπ' εὐκτίτου	*Ast illa ex Mitylene*
Λέσβου, τὴν μὲν ἐμὴν κόμην,	*Procax virgo, meam comam,*
Λευκὴ γὰρ, καταμέμφεται·	*Namque est candida, vellicat,*
Πρὸς δ' ἄλλον τινὰ χάσκει.	*Novo ardescit & igni.*

Ad quod putatur Sappho reddidisse responsum, versu pure Sapphico:

Κεῖνον ὦ χρυσόθρονε Μῦσ' ἔνισπες	*Illud aurato folio Camœna,*
Ὕμνον, ἐκ τῆς καλλιγύναικος ἐσθλᾶς	*Ipsa tu dixti modulata carmen,*
Τήιος χώρας ὃν ἄειδε τερπνῶς	*Teius vates proprio quod ad nos*
Πρέσβυς ἀγαυός	*Fudit ab ore.*

Verum hæc quidem circa tricesimum quintum ætatis annum fatis concessit, Anacreon post illam triginta amplius annis durabat; ad octogesimum enim quintum vitam extendebat, teste Luciano in Macrobiis. At quum Sappho illa fuerit formæ minus venustæ, brevis enim & fusca fuisse dicitur Ovidio & Maximo Tyrio, suspicetur aliquis Anacreontis hunc amorem non nisi pium & castum, qualem omnes ingenui homines erga doctas & ingeniosas mulieres gerunt, quantumvis aspectu minus liberali, quare & ipsa dicit apud Ovidium (CCXXXIX. v. 41.)

At me cum legeres, etiam formosa videbar.

Quamvis autem *Æsopus* tempore VII. Sapientum & Anacreontis omnino vixerit, ejusque conserva *Rhodope* sive *Rhodopis* fuerit, atque multi jam olim, verbis *Herodoti* (CXXII.) inducti, hanc à *Charaxo Sapphus* fratre amatam esse crediderint; (LXXXVI. & CXCIII.) tamen ejus autoritatem tot gravibus de ætate *Sapphus* testimoniis nequaquam præferendam esse existimo, inprimis cum *Athenæus* (CII.) contra *Herodotum* affirmet, *Doricam* amicam Charaxi prorsus diversam fuisse à *Rhodopi*; idemque Autor (CXXIX.) & *Pausanias* (CVIII.) testentur, *Anacreontem* esse *Sappho* juniorem. Adde his *Gyraldi* verba in vita *Sapphus*: *Rhodopis enim Thressa genere fuit, Dorice Naucratitis. Neque enim Rhodopis verua Delphos misit, sed Dorice,* (scribere sine dubio voluit Vir doctissimus: *Neque Dorice verua Delphos misit, sed Rhodopis.*) *Idem ab Athenæo* (CII.) *epigrammate Posidippi comprobatur.* Interim intervallum C. vel CXX. annorum, quod inter ætatem *Sapphus* & *Anacreontis* ponit doctissima *Anna Daceria* in hujus vita sub finem, nimium esse recte observavit Clar. *Bælius* in Lexico lit. A.

Patria *Sapphus* fuit *Mitylene* seu *Mytilene*, hodie *Metelin* vulgo dicta, urbs clarissima insulæ nobilis & amœnæ *Lesbi*, ab *Æolibus* habitatæ, (not. 9. pag. 170. b.) & insulis *Asiæ* ad occidentalem oram annumeratæ. Idcirco sufficit *Solino*, (CCXXXV.) *Sapphonem* in numerum ingeniorum Asiaticorum inclytorum referre; *Poëtæ incerto*, (CLIII.) *Antipatro Sidonio* (CCV.) & *Horatio* (CCXVIII. & CCXIX.) illam ab

Æolia

Æolia regione denominare; *Pauſaniæ*, (XCII. ſq. & CVIII.) *Luciano*, (CX. & CXXXIV.) *Antipatro Theſſalo*, (CXXXVIII.) *Platoni*, (CXLIV.) *Poëtæ incerto*, (CL. & CLIV.) *Ovidio*, (CCXXI.) *Auſonio* (CCXXV.) & *Apulejo*, (CCXXIX.) eam vocare *Lesbiam*. S. *Columbanus* Abbas de carmine Adonico *Sapphonis* cecinit in Epiſt. ad *Fedolium* v. 110. pag. 228 ſq. ed. *Daumii*:

Sufficit autem
Iſta loquaci
Nunc ceciniſſe
Carmina verſu.
Nam nova forſan
Eſſe videtur
Iſta legenti
Formula verſus.

Sed tamen illa
Trojugenarum
Inclita Vates,
Nomine Sappho,
Verſibus iſtis
Dulce ſolebat
Edere carmen.

Cur *Sapphonem* appellet *vatem Trojugenarum*, cauſam ſe haud videre fatetur Jo. Meurſius in notis in *Heſychium Mil.* pag. 196. *Goldaſtus* in notis ad *Columbanum Trojugenarum* explicat *Lesbiorum*, qui univerſæ olim Troadis imperium obtinuere, teſte *Strabone* XIII. pag. 599. Diſtinctè autem appellatur *Mitylenæa* à *Democharide*, (CXXXIX.) à *Moſcho*, (CXLIII.) à *Tullio Laurea*, (CXLVII.) Ortus ejus *Mitylenæis* glorioſus fuiſſe videtur *Ariſtidi* (CLXV.) & *Straboni* (CXIV.) Illam à *Mitylenæis* eſſe honoratam, tradit *Ariſtoteles*; (CXXXV.) ejusque imaginem monetæ *Mitylenæorum* inſculptam eſſe narrat *Pollux* (CXXXVI.) Ipſius fratrem *Charaxum* diſerte *Mitylenæum* dicit *Herodotus*, (CXXII.) & alterum ejus fratrem *Larichum* in Prytaneo *Mitylenæorum* ὠνοχοῦντα memorat *Athenæus*. (LXXVII.)

Poëtriæ noſtræ Pater vocatur *Scamandronymus* ab *Herodoto*, (CXXII.) *Æliano* (CXIII.) & *Svida*, (CXVIII.) poſtquam hic monuerat, alios *Simonis*, alios *Eerigyi*, alios *Eunomini*, alios *Ecryti*, alios *Semi*, alios *Camonis*, alios denique *Etarchi* filiam *Sapphonem* ſtatuere. Hujusmodi diſſenſum ab antiquis autoribus creberrime commemorari ſciunt eruditi. Interpretes tamen doctiſſimi *Æliani*, *Jo. Schefferus* & *Jac. Perizonius* ex eo conjiciunt, noſtram ex incerto parente eſſe genitam, vel etiam plures *Sapphones* extitiſſe. Matrem habuit teſte *Svida* (CXVIII.) *Clidem* ſ. *Cleïdem*, & maritum *Cercolam*, mendoſe in Clar. *Bælii* Lexico & *Daceriæ* vita Sapphonis *vocatum Cercalam*, ab aliis *Cercyllam*, virum ditiſſimum, ex Andro inſula maris Ægæi, una Cycladum, oriundum, qui ex illa ſuſcepit filiam aviæ cognominem *Cleïdem*,

100

dem, cujus *Sappho* ipſa meminit apud *Ovidium* (CCXXXIX. v. 70.) quin etiam apud *Hephæſtionem* judicio Sagaciſſimi *Urſini* (not. 4. pag. 51. a.) & *Fabricii*, Ἐ·κάτο, in aurea Bibliotheca Græca Vol. I. pag. 589. in not. quorum ſingula verba equidem ſingula teſtimonia puto. Omnibus certe hæc ſententia magis arridebit, quam ingenioſa conjectura Clar. *Pauwii*, qui nomen illud a Poëta incerto allegorice de puella pulcherrima, ad inſtar claviculæ omnium pectus aperiente, uſurpari exiſtimat. (not. 4. pag. 52. a.) Fratres *Sapphonis* fuerunt tres, *Larichus* nempe, ſive *Larychus*, *Charaxus* & *Eurygius*, cujus mentionem nemo veterum Autorum præter *Suidam* (CXVIII.) facit. *Larichum* Sororis ſuæ verſibus celebratum eſſe, inprimis cum vinum Mitylenæis adminiſtraverit, ſcribunt *Athenæus* (LXXVII.) & *Euſtathius* (CLXXXIV.) Infenſo autem & inimico animo fuiſſe illam in *Charaxum*, liquet ex *Herodoto*, (CXXII.) *Athenæo*, (CII.) *Strabone* (LXXXVI.) & *Ovidio* (CCXXXIX. v. 63.) quia hic vini Lesbii vendendi cauſa Neucratin trajiciens, *Doricæ* ſive *Dorichæ*, quam cum *Rhodopi* Ægyptia male confundi ſupra notavimus, amore ita captus fuit, ut in eam omnia ſua bona effunderet, illamque ſecum in patriam deportaret. Hanc igitur pariter atque fratrem carminibus acerbiſſimis crebro inſequebatur, & in ejus capitale odium veniebat, quod ipſa fatetur apud *Ovidium*, (CCXXXIX. v. 117.) ex cujus verbis v. 63 ſq. Vindex ſtrenuus bonarum literarum *Pet. Burmannus* acute arguteque conjicit, *Charaxum* opibus dilapidatis factum eſſe vel piratam vel remigem.

Facies ejus & ſtatura ita deſcribitur ab antiquis Autoribus, ut neque inter formoſas neque inter deformes fœminas jure numerari poſſit. Ipſa de ſe inquit apud *Ovidium* (CCXXXIX. v. 30.)

Si mihi difficilis formam natura negavit,
Ingenio formæ damna rependo meæ.
Sum brevis, at nomen, quod terras impleat omnes,
Eſt mihi, menſuram nominis ipſa fero
Candida ſi non ſum, placuit Cepheïa Perſeo
Andromede, patriæ fuſca colore ſuæ.

Alcæus Lyricus poëta eam nigros capillos habentem & ſvaviter ridentem repræſentat, (CXLI.) *Democharis* ſcatere pellucidum in oculis ejus teſtatur, (CXXXIX.) & *Maximus Tyrius* illam exiguam & fuſcam fuiſſe tradit. (CXL.) Vocatur quidem

dem καλὴ à *Platone*, (CXII.) *Athenæo*, (not. 2. pag. 57. a. & LXXVII.) *Plutarcho* (CLIX.) *Juliano*, (LXXII.) *Themistio*, (CLXVIII.) *Anna Comnena*, (CLXXIV.) & *Eustathio*; (CLXXXIV.) sed *Maximus Tyrius* (CXL.) statuit, à pulchritudine carminum *Sapphonem* vocari καλὴν, & recentiores observarunt, hoc nomine non solum pulchras fœminas, sed etiam venustas lepidasque (gallice *agreables*) dici.

Uti Nostra de ingenii dotibus, mediocrem sui corporis formam abunde compensantibus, in epistola Ovidii gloriata est, ita id dedit operam, ut probis moribus virtutibusque præ reliquis omnibus eminere videretur. Apud *Athenæum* (XLVII.) testatur, se cupiditate splendide & honeste vivendi flagrare; apud *Galenum*, (XLIX.) omnes illos, qui boni fuerint, cito pulchros quoque existimari; apud *Scholiastem Pindari*, (XXXIX.) divitias, si solæ adsint, non innoxias esse hospitas, sin virtute ornatæ fuerint, felicitatis tenere apicem. Affectionibus animi immodicis se haud delectari præ se fert, & *apud Autorem Etymologici* (XLVI. & p. 240. a) ait se iracundis moribus non esse præditam, sed mentem placidam habere. Docet etiam apud *Plutarchum*, (CLVII.) dissipata in pectore ira custodiendam esse linguam futilia loquentem. *Alcæum* autem, ipsius amore captum, graviter & acerbe reprehendit apud *Aristotelem* (XVI.) quin etiam amorem apud *Hephæstionem* (XII.) & apud *Maximum Tyrium* (LXXI.) artuum solutorem & dulciamaram avem (a) inexpu-

(a) *Reinesius* Var. Lect. lib. III. c. 9. p. 486. Ὄρπετον Interpres *avem* reddidit, quasi esset ἀπὸ τοῦ πέτασθαι, & quod alatus fingeretur Cupido. *Rutgersius* lib. IV. Var. cap. 6. mavult ἑρπετὸν & exponit reptile; *Barthius* lib. I. c. 9. Adv. potiorem scripturam sibi videri scribit ἀμήχανον ὀρνίθιον. Nos lectionem, quam loco medio adduximus, solam veram esse arbitramur, sed ne eam convellere possit, quem ultimo loco nominavimus, aliter explicamus. Ἑρπετὰ proprie sunt τὰ ἄποδα, καταχρηστικῶς δὲ καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἀλόγων ζώων. Apud *Homerum* Od. δ. vers. 419. ἑρπετὰ interpretibus θηρία. *Pindarus* in Pyth. canem lacænam appellat τρέχειν πυκνώτατον ἑρπετὸν i. e. *cursu exercitatissimam bestiam*. Et si Hesychio credimus, etiam hominum genus ἑρπετὸν dicitur. Ἑρπετὸν igitur ἀμήχανον h. e. *fera inexpugnabilis* & contra quam nullæ machinæ faciunt, dicitur, & quomodo non sit inexpugnabilis, cui etiam Jovis fulmina cedere eique dominium hujus universi lacteis versibus tribuit *Oppianus* Κυνηγ. lib. II. v. 411.

> Ὀυβριμ' ἔρως πόσος ἐσσὶ, πόση σέθεν ἄπλετος ἀλκή;
> Πόσσα νοεῖς; πόσα κοιρανέεις; πόσα, Δαῖμον, ἀθύρεις.
>
> *Quantus es, & quanta est tua, Dive, potentia? quanta*
> *Scis? quam multa regis? quam mira, Amor o fere, ludis?*

Orpheus in hymno in Cupidinem cum aërem, terram, mare, tartarum Cupidini subjecisset, addit vers. 8.

> Μοῦνος γὰρ τούτων πάντων οἴηκα κρατύνεις
> *Isthæc imperio tu solus cuncta gubernas.*

De

expugnabilem vocat. Pietatem erga Deos oftendit, cum mori effe malum ex illorum immortalitate apud *Ariftotelem* (LXXV.) probat, illos in hymnis crebro invocat, (vid. *Fragm.* I. fqq. LXI. & *Menandrum Rhetorem* LXXX. fq.) & facrificia rite peragenda effe, apud *Athenæum* (LXIII.) Doricam admonet. At vero hæc omnia in *Sapphone,* uti in omnibus, à vera religione alienis, nihil aliud fuiffe, nifi fplendida fcelera, ftolidæ ambitionis fuco oblita, ex eo apparet, quia peffimis vitiis maxime indulfit. Illam luxuriofam & bibaculam demonftrat doctiffimus *Barthius* (not. 2. p. 55. b) ex fragmento, quod recenfet *Demetrius Phalereus.* (XXII.) Auri cupiditate nimia flagraffe haud immerito fufpicari licet ex fragmento apud *Scholiaftem Pindari,* (XL.) ubi Jovis filium dicit aurum, mentes hominum efficaciffime informans. Eandem in odio contra *Charaxum* fratrem, hujusque amicam *Doricham,* fupra modum proceffiffe, paulo ante obfervavimus, & *Andromedam* quoque multosque alios conviciis & fibilis confectatam effe teftantur *Athenæus* (not. 2. p. 68. b) & *Demetrius Phalereus* (not. 4. p. 51. a) Hac animi impotentia effectum eft, ut *Andromedam* & *Gorgonem* fibi æmulas comparaverit, tefte *Maximo Tyrio,* (CI.) cum antea ipfa amorem in Andromedam teftata effet apud *Hephæftionem,* (XII. fq.) atque adeo unica odii caufa videatur fuiffe hoc, quod Sappho ab ifta repulfam amoris nefandi acceperit. Se à prima juventute ad amorem impurum atque illicitum maxime pronam fuiffe, ipfa confitetur apud *Ovidium* (CCXXXIX. v. 79. fq.)

Molle meum, levibusque cor eft violabile telis:
Et femper cauffa eft, cur ego femper amem.

Sive

De alite quantumvis ferociffimo & validiffimo maximoque omnium ridicule ifta dicerentur; & Sappho igitur potius ad humanam pufionis Cupidinis formam, quam ad alas ei adfictas refpiciens, ἑρπετὸν *beftia* appellationem ei impofuit, eo modo, quo homines violenti, crudeles, rapaces, aftuti, urforum, leonum, luporum, vulpium indigitamento fignificari folent, quod cum hominis faciem præ fe ferret, vires humanis majores exerceret, eoque belluæ truculentæ & infuperabili, quam homini Deove hominiformi effet fimilior. Sint è veteribus, qui Cupidinem ὄρνιθα avem adpellaverint; hoc enim fortaffe opponet *Barthius*; At velox, vagabundum, inconftans amoris hoc verbo fignificarunt; *Sappho* autem ἀνήτητον ejus & potentiam indicatura, non potuit eum ὀρνίθιον adpellare magis, quam fi quis convitiaturus anui deformi, rugofæ & edentulæ, eam δορκάδα, δάμαλιν, *capream, juvencam*; vel blanditurus delicatæ puellæ, eam λέαιναν, κύνα. ὗν, αἶγα, *leanam, canem, capram, fuem* vocet; neutrum enim adfectui loquentis refpondebit, aut fubjecti conditionem exprimet. Pari modo Cupido, qua χρῆμα ἀμήχανον *res invicta, malum indomabile*, non erat ὀρνίθιον *avicula*, ftrepitu folum molefta, fed ἑρπετὸν *beftia, bellua*, feritate & robore formidabilis nominandus. Quæ fi confiderent eruditi & candidi cenfores, adftipulabuntur nobis fatius fuiffe, *Rutgerfii* lectionem, quæ primitivam una folum vocali mutat, adeoque adminiculata eft, & indubitato vera, amplecti, quam infelici diligentia novam tot modis laborantem abfonamque procudere.

Sive ita naſcenti legem dixere ſorores;
Nec data ſunt vitæ fila ſevera meæ;
Sive abeunt ſtudia in mores, arteſque magiſtræ;
Ingenium nobis molle Thalia facit.

Nihil igitur mirum erat, noſtram furoribus amatoriis adeo exagitari, ut non ſolum obſcœnis libidinibus animum quotidie explere, ſed etiam in carminibus ſubinde inſaniſſimas amoris illecebras commemorare omnibuſque commendare ſtuderet, unde Carmina ejus vocantur ἐρωτικὰ μέλη ab *Athenæo,* (CIII. ſq.) & *Dione Chryſoſtomo* (LXXXII.) *Pauſanias* (XCII.) ait, Sapphonem multa de amore & ea non ſatis inter ſe conſentanea ceciniſſe, quæ verba ingenioſiſſimus *Bælius* ita interpretatur, ut Poëtriam noſtram multis & variis modis de imaginariis jucunditatibus amoris egiſſe exiſtimet. Quamvis autem locus *Pauſaniæ* omnino intelligendus ſit de origine & genealogia Amoris, quam à Sapphone deſcriptam eſſe refert *Scholiaſtes Apollonii Rhodii;* (XCIX.) tamen *Autor laudatus* expreſſe dicit, (CVIII.) *Anacreontem* primum poſt *Sappho* magnam carminum ſuorum partem in exprimendis amoribus conſumſiſſe; *Plutarchus,* (CXXXIII.) *Sapphonem* amori deditam fuiſſe; & (CLIX.) ipſam verè igni mixta locutam eſſe, perque carmina calorem, corde conceptum, emittere, ſuave ſonantibus muſis amori medicantem ſuo; & alibi, (CVI.) ſe arbitrari, ſi carmina *Sapphus* & *Anacreontis* recitarentur, verecundia ductum debere poculum deponere; *Dio Chryſoſtomus,* (LXXXII.) non ſane decorum eſſe regibus, *Sapphus* aut *Anacreontis* carmina amatoria canere; *Themiſtius* (CLXVII.) *Sapphoni* & *Anacreonti* permiſſum fuiſſe, in laudandis amoribus ſuis modum ac menſuram excedere. Confirmantur iſta ab Autoribus latinis v. c. *Horatio:* (CCXIX.)

——— *Spirat adhuc amor,*
Vivuntque commiſſi calores
Æoliæ fidibus puellæ.

Ovidio: (CCXXIII.)

Me certe Sappho meliorem fecit amicæ.

& ab *eodem:* (CCXXII.)

Nota ſit & Sappho, quid enim laſcivius illa?

 & *Apu-*

& *Apulejo:* (CCXXIX.) *Fecit talia mulier Lesbia, lascive illa quidem tantaque gratia, ut nobis insolentiam linguæ suæ dulcedine carminum commendet;* quibus adde verba *Senecæ* (CCXLV.) Rectiſſime adeo *Tatianus* (LXXXIX.) infenſiſſimis Chriſtianæ religionis hoſtibus exprobrat hanc ſuam meretriciam mulierculam, quæ, inſano amore capta, ſuam ipſa laſciviam cantet. Ego vero ac lubens de carminibus *Sapphonis*, quæ ſuperſunt, mea facio verba *Olearii* τ͂ μακαρίτȣ in diſſ. de Poëtriis græcis p. 52. *Ipſa carmina animum impurum quod loqui ait Longapetræus in vita Sapphus juxta cum Bælio, rigide rem examinanti dubium videri poſſit. Exprimant illa vividiſſimum in quasdam puellas affectum, at nihil in eis obſcœnitatis; nihil, quod phantaſia poëtica elata fœmina, imitandi illius affectus ſtudio, de formis præſtantioribus ſine crimine dicere non poſſit.* Prohiberet me ſane pudor, niſi leges fidelis hiſtorici id efflagitarent, vel verbum proferre de monſtroſa illa & perdita libidine *Sapphus*, qua tribadem agens, puellas pariter atque juvenes arſit, quamobrem vulgo in mulieribus numeratur, quas D. *Paulus* Rom. I. ait uſum naturalem mutaſſe in non naturalem. Ipſam habemus confitentem ream apud *Ovidium* (CCXXXIX. verſ. 17.)

Vilis Anactorie, vilis mihi candida Cydno:
Non oculis grata eſt Atthis, ut ante, meis;
Atque aliæ centum, quas non ſine crimine amavi.

& v. 201.

Lesbides, infamem quæ me feciſtis amatæ.

Permulti putant, ad facinus hoc indignum ſpectare verba *Horatii:* (CCXVIII.)

Æoliis fidibus querentem
Sappho puellis de popularibus.

& *Ovidii* (CCXXI.)

Lesbia quid docuit Sappho, niſi amare puellas?

Plures ex inſcriptionibus Odæ (IX.) ad puellam vel ad mulierem adamatam conjiciunt, hanc à Noſtra, furoribus iſtis teterrimis abrepta, ſcriptam, licet doctiſſimus Vir *Zach. Pearce* (not. 3. p. 18. a) ſtatuat, *Sapphonem* derepente interveniſſe, cum *Dorica*, ipſius amica infamis, *Charaxum* fratrem in amatoris loco haberet, & vehementer

menter commotam in hac ode omnia ea, quæ tunc animo furens paſſa erat, expresſiſſe. Id ipſum fuiſſe in cauſa cur *Sappho* vocetur *maſcula* ab *Horatio* (CCXX) & ab *Auſonio,* (CCXL.) credit cum *Cruquio,* (not. 10. p. 171. a) *Tollio,* (not. 6. p. 21. a) *Daviſio* (not. 4. p. 101. a) & illis, qui in *Bælii* Lexico lit. E. allegantur, Vir præſtantiſſimus *Adr. Relandus* in notis ad *Tan. Fabri* vitas Poëtarum græcorum gallice editas ad p. 23. quod *Lucianus* in Dialogis meretr. T. II. Opp. p. 525. deſcribit mulierem *δεινῶς ἀνδρικὴν virilem ſupra modum,* turpiter de ſe prædicantem p. 527. *τὸ πᾶν ἀνήρ εἰμι* & *ἡ γνώμη καὶ ἡ ἐπιθυμία καὶ τἄλλα πάντα ἀνδρός ἐστί μοι.* At *Lambino* (not. 3. p. 172. a) fit veroſimile, Noſtram iſto nomine appellatam eſſe, quia ingenio maſculo fuerit, & venuſtiſſimos verſus ſcripſerit, non vero in lanificio aliisque muliebribus ſtudiis ætatem conſumſerit. Alii v. c. *Scaliger* in notis ad *Auſonii* Cupidinem cruci affixum, Auſonian. lect. lib. II. cap. 18. & ad *Virgilii* Cirin pag. 69. *Turnebus* Adverſ. X. 2. & *Barthius* Adverſ. XXXII. 14. malunt, eam dici maſculam, quod auſa ſit ſe è petra Leucade præcipitem in mare dejicere. Illorum ſententia nititur præcipue verbis *Statii.* (CCXXIV.) Nihilominus magnum ſignum infamiæ *Sapphus* eſſe videtur, quod mulieres in Lesbo, teſte *Luciano* l. c. tribades fuerint, & Lesbii eo dementiæ proceſſerint, ut turpem harum obſcœnitatum imaginem in nummis ſuis repræſentare haud erubeſcerent. Extat tale ectypon in *Hub. Goltzii* Numiſmatibus inſularum Græciæ tab. XIV. & in *Patini* Theſauro Numiſmatum c. 2. p. 20. ubi tamen non *Sappho,* puellam comprimens, ſed vir ex ſumme nervoſis artubus, barba & capillitio cernitur. Equidem nihil mallem, quam hanc ſuſpicionem ab illa cum *Maximo Tyrio* diſſert. VIII. *Theveto* & *Daceria* in *Sapphus* vita atque *Oleario* in diſſ. de poëtriis græcis p. 52. prorſus amovere, ſi ullo modo horum argumenta ad id efficiendum idonea eſſe viderentur. *Maximus Tyrius* amores ejus, non minus quam *Socratis,* honeſtos & pudicos fuiſſe contendit; *Thevetus* opinatur, hanc calumniam conflatam eſſe ex malevola interpretatione vocis *maſcula,* & ex honeſta conſuetudine atque familiaritate, quam Noſtra cum aliis mulieribus habuiſſe fertur; *Daceria* iſtam criminationem imputat odio Lesbiadum honoribus ſummis *Sapphonis* invidentium, atque addit, omnem veri ſpeciem amittere ea, quæ de Noſtra *Charaxi* amores vituperante & à Mitylenæis in maximo honore habita traduntur, ſiquidem mulier perditorum morum fuiſſet. *Olearius* de hac re diſputat ita: *Si ſuffragiorum multitudine Sapphonis cauſa agenda ſit, ſuccumbet haud dubie, valebitque Longapetræi oratio in vita Sapphus Daceriæ oppoſita; ſed multitudo teſtium veritatis ſemper argumentum haud eſt.* *Tanaqu. Faber* in notis ad Oden (IX.) fatetur quidem,

 Sappho-

Sapphonem fuiſſe Tribadem, atque *εἰς ἐρωμένην* hoc admirabile odarium ſcripſiſſe, illud tamen tale eſſe judicat, ei ut ignoſcendum putet, ſi quando à Viris ad Feminas deſultoriam faceret; ob quæ verba acerbo ſale defricatur à *Franc. Gacono* in prolegomenis ad duo *Sapphus* odaria, quæ græce & gallice *Anacreonti* ſuo ſubjunxit. Odioſo huic argumento finem faciet index puellarum, cum quibus Noſtra turpem conſuetudinem habuiſſe dicebatur, adeo ut eo nomine male audiret, teſte *Suida*, (CXVIII.) apud quem iſtarum nomina ſunt *Atthis*, quam commemorat Noſtra apud *Hephæſtionem* (XII.) & *Terentianus Maurus* (not. 20. p. 186. b) *Teleſippa* & *Megara*; apud *Ovidium* (CCXXXIX. v. 16.) *Anactorie*, *Cydno* & *Atthis* & in quibusdam editionibus v. 15. *Pyrino* & *Mnais*; apud *Maximum Tyrium* (CI.) *Gyrinna*, *Atthis* & *Anactoria*. Pro Γύριννα in loco *Maximi Tyrii* opinatur *Dan. Heinſius* ſcribendum Ἤριννα, quoniam hæc æqualis & amica *Sapphus* fuiſſe perhibetur; ſed ipſa *Sappho* laudat pulchritudinem *Mnaidis* & *Pyrinus* apud *Chœroboſcum* (CXCVI.) & *Hephæſtionem* (XXXI.) in cujus libro MS. pro Πυρίνω ſcribi Γυρίνω teſtatur doctiſſimus *Urſinus*, hancque ſcripturam à *Maximo Tyrio* confirmari ſuſpicatur. Num his annumerandæ ſint *Doricha* & *Andromeda*, quas jam attigimus, conſiderabunt, ſi tanti eſt, pro ſuo ingenio eruditi. *Gellonis* quoque mentionem fecit *Sappho*, teſte *Zenobio*, (XCV.) at hujus verba ſatis declarant, eam inter Poëtriæ noſtræ amicas nullum locum reperire poſſe.

Nunc de Sapphone lætiora narrare licet & juvat, quæ ipſi non modo ſolidam vitæ jucunditatem, ſed etiam perrennem famam laudemque apud poſteros pepererunt. In his primo loco amicitiam & converſationem cum doctis numero, quam inter Noſtram & *Alcæum*, Poëtam Lyricum magni nominis, viguiſſe ſupra de illorum ætate agentes oſtendimus. *Damophylam Pamphyliam*, mulierem ſapientem, quæ diſcipulas virgines habuit, & poëmata compoſuit, partem amatoria, partem Deorum laudes complexa, *Sapphonis* familiarem fuiſſe tradit *Philoſtratus*. (XC.) *Erinnam* Poëtriam celebratiſſimam, quæ mortua eſt virgo, amicam *Sapphonis* nominat *Euſtathius*, amicam & æqualem *Sapphus*, *Suidas*, (CXX.) atque huic in lyrica poëſi, illi in elegiaca prærogativam dat vetus *Epigramma*. (CCVII.) In *Georgii Scuderii* Orationibus feminarum illuſtrium gallice editis p. 42; ſqq. legitur elegans oratio, in qua *Sappho* noſtra Erinnam ad carmina componenda adhortatur. *Euſebius* tamen in Chronicorum libro poſteriore *Erinnam* Olympiade C VI. claruiſſe narrat, quam adeo noviſſe non potuit Noſtra, niſi duas *Erinnas* fuiſſe concedamus, quod accuratius inquirendi occaſionem alibi habebimus. Plures alias amicas & ſodales honeſtas

Sappho-

Sapphonem reperisse ipsa prædicat in fragmento, (XXVIII.) ex quo probat *Athenæus*, ἑταίρας ab ingenuis mulieribus vocari illas, cum quibus familiaritate ac necessitudine conjunctæ fuerint. Discipulas ejus fuisse *Anagoram* Milesiam, *Gongylam* Colophoniam & *Eunicam* Salaminiam, ex *Svida* (CXVIII.) novimus. Eruditorum pridem demortuorum non minus, quam viventium, conversatione eam valde delectatam esse & in illorum scriptis attente legendis atque eleganter imitandis sedulam operam posuisse, illustri exemplo probavit *Pausanias*, cum ait, (XCIII.) *Sapphonem* Lesbiam è *Pamphi* Atheniensis, (de quo accurate pro more suo egit Vir Summus, *Fabricius* in Biblioth. Græcæ Vol. I. p. 149.) versibus *Oetolini* nomen sumpsisse, atque *Adonim* simul & *Oetolinum* decantasse.

Aristoxenus, (CCXXVII.) prout testatur vetus Commentator *Cruquii* ad Horatii Sermon. II. Satyr. I. vers. 30. ait, *Anacreontem*, *Alcæum*, *Sapphonemque*, græcos Lyricos, libris propriis amicorum loco usos fuisse. Rectissime id de *Sapphus* scriptis pronunciavit Autor iste, quia ex multorum testimoniis liquet, ipsam in carminibus suis componendis & expoliendis nulli unquam operæ pepercisse, sive inventionem eorum, sive elocutionem, sive genera versuum spectes. *Longinus* (IX. p. 38.) miratur, eam in Ode in puellam ex animi corporisque affectionibus, quæ amatoriis furoribus familiares sunt, nonnisi summa quæque & ad altissimum intensionis gradum deducta sibi deligere, eaque apto inter se nexu colligare. *Plutarchus* in Amatorio T. II. Opp. p. 763. A. de hac Ode ita judicat: ταῦτα ὦ πρὸς τοῦ Διὸς οὐ θεοληψία καταφανής; οὗτος οὐ δαιμόνιος σάλος τῆς ψυχῆς; τί τοσοῦτον ἡ Πυθία πέπονθεν ἁψαμένη τοῦ τρίποδος; τίνα τῶν ἐνθεαζομένων οὕτως ὁ αὐλὸς καὶ τὰ μητρῷα καὶ τὸ τύμπανον ἐξιστᾶσιν. *Annon hæc aperte ostendunt à Deo occupatum animum? non hic animi æstus divinus? quid tale aut tantum accidit Pythiæ, cum tripodem attigit? quemnam orgia agentium tibia & Magnæ matris carmina atque tympanum sic animo abalienaverunt?* Idem Autor (CVII.) celebrat summam venustatem Sapphicorum carminum, delinientium & demulcentium auditores. *Demetrius Phalereus* (LXXIX.) ait totam Sapphonis poesin esse venustam atque argumenta carminum ipsius lepida; & (LXXXIII.) eam, de pulchritudine canentem, uti verbis pulchris, totamque suavem esse, & omne pulchrum nomen reperiri in ipsius poësi, nonnulla autem & ipsam esse fabricatam. &c. *Dionys. Halic.* (VI. p. 14) ex contextu verborum & compositionis lævitate probat, Oden ejus in Venerem inprimis & pulchre fluentem & mollem esse. *Demetrius Phalereus* (not. 1. p. 56.) affirmat, venustates quæ nascuntur è figuris, perspicuas esse plurimasque apud

14 c

apud *Sapphonem*. Reperiuntur adhuc in ejus fragmentis *Anadiplosis*, (XXIV.) qua maxime delectata est Nostra, quamobrem illam iterata vice adhibere videtur *Ovidius*, (CCXXXIX. v. 40. & v. 200 sq.) *Correctio*, (XIX.) *Anaphora* (XXII.) & *Hyperbole*. (XXXII.) Alias carminum Sapphus elegantias observarunt & exposuerunt recentiores Critici, atque in his *Tan. Faber*, (not. 3. p. 16. a) & *Is. Vossius* (ad n. X. p. 230. b) Quod ad versuum genera attinet, *Terentianus Maurus*,(CCXLIV.) *Marius Victorinus* (CCL.) & *Atilius Fortunatianus* (CCLI. & CCLIII.) tradunt, Poëtriæ nostræ inprimis familiare fuisse *hendecasyllabum*, quod *Sapphicum* appellari vulgo traditur, quia Sappho illud secundum *Ausonium* (CCXLI.) & *Diomedem* lib. III. p. 508. Autorum Grammat. *Putschii* invenerit. Sed *Victorinus* l. c. *Alcæum* ejus repertorem vocat, & *Atilius* illud sumtum esse ab *Alcæo* ait, cum quibus consentire videtur *Terentianus Maurus* (CCXLIV.) Sapphico genere quod quatuordecim syllabis constat, & Æolicum vocatur à *Terentiano* (CCXXVI.) totum librum secundum *Sapphus*, & alio, quod sedecim syllabis constat, totum ejus librum tertium scriptum esse testatur *Hephæstion*. (CXVI. sq.) Hendecasyllabum Phalæcium apud illam frequens esse, & in ejus libro quinto complures hujus generis versus & continuatos & dispersos legi refert *Atilius Fortunatianus*. (CCXXX.) Eodem teste (CCXXXI.) ipsa

(b) Epigramma vetus
omnia metra
Horatiana
continens.

1. Filia Solis
2. Æstuat igne novo,
3. Et per prata juvencum
4. Mentem perdita quæritat:
5. Non illam thalami pudor arcet,
6. Non regalis honos, non magni cura mariti:
7. Optat in formam bovis
8. Convertier vultus suos,
9. Et Prœtidas dicit beatas:
10. Ioque laudat, non quod Isis alta est,
11. Sed quod juvencæ cornua in fronte elevat.
12. Si quando miseræ copia suppetit;
13. Brachiis ambit fera colla tauri,
14. Floresque vernos cornibus inligat,
15. Oraque jungere quærit ori.
16. Audaces animos efficiunt tela Cupidinis,
17. Inlicitisque gaudent.
18. Corpus includit tabulis efficiens juvencam;
19. Et amoris pudibundi malesvadis
20. Obsequitur votis, & procreat (heu nefas!) bimembrem:
21. Cecropides juvenis quem perculit fractum manu,
22. Filo resolvens Cnossiæ tristia tecta domus.

ipſa in iſto libro uſa eſt Aſclepiadio metro, quin etiam Antiſpaſticon metrum invenit, (CCXXXII.) & Phalæcium metrum frequenter adhibuit, (CCLII.) nec non Anacreonticon. (CCLIV.) Ex dimetro metro, quod vocatur vulgo Sapphicum Adonicum, vel Pentaſyllabum, Noſtram carmen continuum formaſſe narrant *Terent. Maurus* (CCXLIII.) & *Marius Victorinus* (CCXLIX.) In his melicis ſive lyricis metris *Horatium* plurimum ſecutum eſſe *Alcæum* & *Sapphonem* affirmant *Vetus* ejus *Commentator* (CCXLVI.) & *Marius Victorinus*, (CCXLVIII.) quod egregie confirmat *Epigramma* veteris Grammatici in *Paſiphaen*, in quo verſus omnes Horatiani non ineleganter exprimuntur. Illud ex *Cruquio* & *Pithœo*, eademque metra & eodem ordine græce ex reliquiis *Archilochi*, *Alcæi* & *Sapphus* collecta Celeb. Vir *Rich. Bentlejus Horatio* ſuo ſubjunxit. (b) *Dionyſius Halicarnaſſæus* (CLXIII.) tradit, parvas illam cum *Alcæo* feciſſe ſtrophas, & *Hephæſtion*, (CLXXVII.) μονόστροφικὰ in ejus ſcriptis crebro reperiri. Quamvis vero inter omnes in lyrica poëſi una eminuerit Noſtra, & à *Luciano* vocata ſit μελοποιὸν ἄυχημα Λεσβίων (CXXXIV.) atque Λεσβία μελοποιὸς, (CX.) tamen illa aliquando dilapſa eſt in aliud genus carminis, i. e. hexametrum (XVII. XIX. & CCVII.) elegiacum, (LXV. ſq. & CCXXXIX. v. 5.)

c

Eadem metra
Horatiana,
Archilochi. Alcæi & Sapphus
verſibus expreſſa.

1. Πότνια θυμόν. *Sapp.* (VI. v. 4.)
2. Ἀχνυμένη σκυτάλη. *Arch.*
3. Νῦ δ' αἴθρως ἐρέεσαν. *Alc.*
4. Ὀινε δ' ἐξέπιον κάλιν. *Alc.*
5. Φαινόμενον κακὸν οἴκαδ' ἄγεσθαι. *Arch.*
6. Ἕσπερε πάντα φέρων ὅσα φαίνολις ἐσκέδασ' αὔως. *Sapp.* (XXIII.)
7. Ἔκ μ' ἐλάσας ἀλγέων. *Alc.*
8. Τίς σὰς παρήειρε φρένας; *Arch.*
9. Λαῖφος δὲ πᾶν ἄδηλον ἤδη. *Alc.*
10. Χαίροισα νύμφα, χαιρέτω δ' ὁ γαμβρός. *Sapp.* (not. 4. p. 50. a)
11. Τῶδ' ἀρ' ἀλώπηξ κερδαλῆ συνήντετο. *Arch.*
12. Ἄνδρες γὰρ πόλιος πύργος ἀρήιος. *Alc.*
13. Ποικιλόφρον' ἀθάνατ' Ἀφροδίτα. *Sapp.* (VI. v. 1.)
14. Τὸ μὲν γὰρ ἔνθεν κῦμα κυλίνδεται. *Alc.*
15. Ναὶ φορήμεθα σὺν μελαίνᾳ. *Alc.*
16. Μηδὲν ἄλλο φυτεύσῃς πρότερον δένδρεον ἀμπέλω. *Alc.*
17. Οὐκ ἔτος ὦ γυναῖκες. *Ariſtoph.*
18. Δεῦτε νῦν ἅβραι χάριτες, καλλίκομοί τε Μοῖσαι. *Sapp.* (II.)
19. Ἐμὲ δείλαν ἐμὲ πασᾶν κακοτάτων (πεδέχοισαν) *Alc.*
20. Τοῖος γὰρ φιλότητος ἔρως ὑπὸ καρδίην ἐλυσθεὶς. *Arch.*
21. Ἀλλά μ' ὁ λυσιμελὴς ὦ ταῖρε, δάμναται πόθος. *Arch.*
22. Ὦ ταῖρε δάμναται πόθος ἀλλά μ' ὁ λυσιμελής. *Arch.* (v. *Bentlej.* ad *Horatii* Epod. XI. v. 1.)

15ç

v. 5.) & jambicum. (CXI.) *Barthius* quoque not. 1. p. 53. a) observat, diversissima versuum genera in uno eodemque carmine ab ipsa esse conjuncta. Denique, ut nihil prætermitteret, quod carminibus suis ornandis & commendandis inservire posset, invenit prima harmoniam mixolydiam, teste *Aristoxeno* apud *Plutarchum*, (CXXVII.) & instrumentum musicum, quod *magadis*, vel *pectis* s. *pactis* vocatur, atque ab ipsa apud *Demetrium Phalereum* (XXXII.) celebratur, teste *Menæchmo* apud *Athenæum*, (CXXIX.) nec non plectrum, teste *Svida*. (CXVIII.) Dialecto æolica, quam *Jo. Floridus* (not. 9. p. 177. b) cum harmonia mixolydia perperam confundit, *Sapphonem* in carminibus suis usam esse, præter *Johannem Grammaticum* (CXCV.) & *Terentianum Maurum* (CCXLII.) abunde ipsius reliquiæ testantur. *Ammonius* (not. 1. p. 68. a) perstringit illam, quod particulam δϗπως pro ἄρα, & *Eustathius* atque *Auctor Etymologici* (CLXXXI.) quod πολυίδριδι pro πολυΐδρει usurpaverit, sed vocabulum ἴδρις *Sophocles* quoque & *Phrynichus* per δ flectunt, & de adverbio δϗπως vid. Illustris *Steinbeilii* observationem. (ad n. XLI. p. 239. b)

Commemorantur ab antiquis Autoribus hæc *Sapphûs* scripta: I. Μελῶν Λυρικῶν libri IX. à *Svida*. (CXVIII.) Librum primum allegat *Apollonius Dyscolus*, (CCXIII.) secundum *Hephæstion* (CXVI.) & *Apollonius*, (CCXII.) tertium *Hephæstion*, (CXVII.) quintum *Athenæus*, (not. 4. p. 76. b) *Julius Pollux* (not. 2. pag. 76. a) & *Atilius Fortunatianus*, (CCXXX. sq.) septimum *Hephæstio*, (not. 1. p. 42. a) octavum *Photius*. (CLXXI.) Magnam istarum Odarum partem amoribus impuris decantandis & celebrandis impensam fuisse supra me observare memini. *Demetrius Phalereus* (LXXXIII.) ait, in quibusdam carminibus Nostram uti pedestribus potius vocabulis quam poëticis, atque adeo licere magis illa loqui, quam ad lyram canere, id quod ex pauculis fragmentis, quæ nobis restant, abunde liquet.

II. Ἐπιθαλάμιον vel ᾠδαὶ ἐπιθαλάμιοι à *Dionysio Halic.* (not. 1. pag. 54. a & LXXXVII.) *Philostrato*, (ad num. XC. p. 248. a) *Aristæneto* (CLXXIX.) atque *Servio*. (not. 1. p. 162. b.) Conjicere licet ex *Dionysii* & *Servii* verbis, has odas peculiarem & integrum μελῶν λυρικῶν librum, forte nonum atque ultimum effecisse, ex *Philostrato* autem & *Aristæneto*, istas crebro in nuptiis decantatas esse; unde Vir doctissimus *Gaulminus* (not. 8. p. 157. b) merito existimavit, ex epithalamio Sapphûs illud Myrillæ maximam partem desumtum esse. *Jo. Bourdelotius* in Animadvers. ad lib. VI. Æthiopic. *Heliodori* p. 106. hæc scribit: *Quis fuerit hymenæi hymnus & cujus autoris, disseruimus jam olim copiose ad observationes V. Cl.* Ant. Mornacii,

nacii, *cui etiam ipſum imo αὐτόπτην hymnum, à virginibus cani ſolitum,* Sapphus *opus, ſumus largiti, hunc è ſcriptoribus primæ vetuſtatis variisque locis* Athenæi & *aliorum contexuimus primi, quem, ſi ferat animus, poteris in obſervationibus tanti viri reperire, atque illius vulgati beneficium nobis debere.* En iſtum locum ex *Mornacii* Obſervationibus ad lib. XXIII. Digeſt. tit. II. *de ritu nupt.* leg. 5. *Qui eſſent hymni hymenæi, cum valde ambigerem, obſervavit mihi Vir eruditus* Jo. Bourdelotius, *qui doctas nuper in Lucianum notas edidit, bipartitos in hunc modum fuiſſe, ut ſcilicet primum membrum contineret Muſarum & gratiarum invocationem, alterum laudes mariti & conjugis. Priorem partem tangit* Sappho:

Δεῦτε νῦν, ἀβραὶ χάριτες, καλλίκομοί τε μῦσαι. (II.)

& Theognis in Sententiis:

Μῦσαι καὶ Χάριτες, κῦραι Διὸς, αἵ ποτε Κάδμυ
Ἐς γάμον ἐλθῦσαι καλὸν ἀείσατ᾽ ἔπος.

Poſteriorem hymni partem compoſuerat eadem Sappho, *quæ in omnibus nuptiis canebatur. Teſtis* Ariſtænetus lib. I. ep. 10. (CLXXIX.) *tangitque rationem invocationis* Scholiaſtes Apollonii lib. III. *Qui autem ſuperſunt apud* Hephæſtionem, *ſunt hi:*

ὄλβιε γαμβρὲ, σοὶ μὲν δὴ γάμος, ὡς ἄραο,
ἐκτετέλεσ᾽, ἔχεις δὲ παρθένον, ἂν ἄραο. (XVIII.)

Deinde apud Sapphum *in fragmentis, nova nupta virginitatem ita compellat:*

Παρθενία, παρθενία, ποῖ με λιποῖσα οἴχῃ;

Virginitas autem reſpondet:

Οὐκέτι ἥξω πρὸς σε, ὐκέτι ἥξω. (XXIV.)

Iſta de eruditæ venuſtatis penu. Multo plures reliquias epithalamii Sapphici collegit ex *Hephæſtione* aliisque autoribus Vir diligentiſſimus *Urſinus* (not. 4. pag 50. & num. XIX - XXIII.)

III. Ὕμνοι à *Menandro* Rhetore (LXXX. ſq.) & *Juliano* Imp. (CXI.) quos itidem ad libros IX. μελῶν λυρικῶν pertinere, mihi ſit veriſimile.

 IV. Ἐπι-

IV. Ἐπιγράμματα à *Suida*, (CXVIII.) ex quibus duo exſtant in *Anthologia* Epigrammatum Græcorum, alterum in *Pelagonis* piſcatoris, alterum in *Timadis* puellæ obitum, (LXV. ſq.) quibus addere lubet tertium, quod Sapphoni ambiguè adſcriptum ex *Anthologia* inedita Cel. *Bentlejus* vulgavit & emendavit in Fragmentis *Callimachi* num. CCCCXVII. p. 417.

(c)

Παῖδες, ἄφωνος ἐοισά τ' ἔτ' ἐννέπω, αἴ τις ἔρηται.
  Φωνὰν ἀκαμάταν κατθεμένα πρὸ ποδῶν.
Αἰθοπίᾳ με κόρᾳ Λατῶς ἀνέθηκεν Ἀρισὼ
  Ἑρμοκλείδαο τῶ Σαϊωνιάδα,
Σὰ πρόπολος, δέσποινα γυναικῶν, ᾇ σὺ χαρεῖσα,
  Πρόφρων ἀμετέραν εὐκλέϊσον γενεάν.

Εἰς τὸ ἀντίβολον οὐκ εἶσαι τοῦ Κυροῦ Μιχαήλου. πόθεν οὖν ἐγράφη, οὐκ οἶδα.

Π Ε Ρ Ι Σ Σ Ο Ν

Ο Λ Ο Σ Φ Α Λ Τ Ο Ν

Pueri, etſi muta ſim, adhuc loquor, ſi quis interroget:
  Vocem non defecturam ante pedes ponens.
Æthopiæ Latonæ filiæ me dedicavit Ariſto,
  Filia Hermoclidæ filii Sajonis,
Tua miniſtra, o domina mulierum: qua tu lætata,
  Lubens familiam noſtram fac celebrem.

Statua

(c) *Jo. Corn. de Pauw* in fragm. Anacr. n. XCVI. p. 309. Diſtichum primum conſtituit Vir eruditus perperam & inepte: Quid enim? An ſolos pueros alloquitur ſtatua, & præter pueros rogaret nemo? Hoc nimis lepidum profecto. Dein, quid ἰδ, ubi præcedit ἄφωνος ἐοισα de ipſa ſtatua? Idne convenit, aut convenire poteſt? Abſit, abſit: Ipſa illa vocula requirit, ut muta iſta loqui potuerit aliquando, & puellam nobis commonſtrat certo: Scribe igitur:

Παιδὸς ἀφώνω ἐοισα τ' ἔτ' ἐνέπω, &c.

Sic ſententia & verba apta ſunt. Illud αἴ τις ἔρηται. ſi attendas, παῖδες etiam longe exulare jubet: Nam orationem aperte implicat & ſtrangulat. Difficilius eſt diſtichum alterum, & nullus ego dubito, quin ὁλόσφαλτον eo vel inprimis reſpiciat. *Bentlejus* ſcripſit illud ſatis prope ad lectionis depravatæ ductus, ſed quid amabo, illud Σαϊωνιάδα? An Σαϊων nomen tibi repertum alicubi? Neſcio: Ego certe id fruſtra quæſivi hactenus: Quare pro commento erit mihi, donec ſtabilitum fuerit teſtimonio antiquo. Viſne interim ſuſpicionem, quanquam locus ita comparatus eſt, ut ab eo manus abſtinere revera ſit tutius? Legendum fortaſſe:

Αἰθοπίᾳ με κόρᾳ Λατῶς ἀνέθηκεν Ἀρισὼ,
  Ἑρμοκλείδαο τῶ Σαΐω ἰδίᾳ.

Σάϊος ethnicum eſt ſatis notum ex *Stephano* & aliis: ἀνέθηκεν ἰδίᾳ, *dedicavit privatim*, non δημοσίᾳ, ſed ἰδίᾳ, ſuo ſumtu privatim in horto forte vel domo; Hoc appoſitum hercule. Addam quod rem omnem adhuc illuſtret magis. Puella ſtatuam Dianæ erigens ex voto, in medio opere diem obierat poſtremum: Quo factum, ut hæredes perficientes, quod illa inchoa-

Statua dicit, se vel mutam loqui posse; si quis inscriptionem quatuor, qui sequuntur, versiculis constantem legere velit, ante pedes in basi positam. Proprie autem dictum κατθεμένα. Nam καταθέσθαι *est literis aliquid mandare. Recte quoque emendavimus* ἃ σὺ χαρεῖσα. *Dii tum* χαρῆναι *dicuntur, cum victimas vel dona lubentes accipiunt, aut donantibus sunt propitii.*

V. Ἐλεγεῖα à *Suida*, (CXVIII.) è quibus forte fuit Epistola *Sapphus* ad Phaonem, quam latino carmine expressit *Ovidius*, (CCXXXIX.) Certe *Palæphatus* (CXXVI.) testatur, Nostram in ejus amorem sæpe carmen cecinisse.

VI. Ἴαμβοι à *Suida*. (CXVIII.) *Sapphonem* hymnis suis jambos intexere solitam esse legimus apud *Julianum*. (CXI.)

VII. Μονῳδίαι à *Suida* (CXVIII.) in quibus forte Nostra *Adonim* simul & *Oetolinum* decantavit. Vid. *Pausaniam*. (XCIII.)

c 3 VIII. Ἐπι-

inchoaverat, epigraphen hanc marmori inscripserint. Vides? sic παιδὸς ἀφώνω elegans & emphaticum est. Mortua enim erat puella, quando hæc marmori inscribebantur, & cum ipsa jam esset muta, marmor ejus adhuc loquebatur, & loqui poterat, interrogantes sibi nactum. Nihil accommodatius, singulaque sic pulchre sibi constant. Sequitur tertium distichum, & hoc ego non intelligo, etiamsi emendatum sit à Viro docto. Nam attende: ubi statua dicit, Σὰ πρόπολος, δέσποινα γυναικῶν, ἃ σὺ χαρεῖσα, eaque sine dubio ipsam puellam dedicantem respiciunt; quo jure & quo nexu sequi potest? Πρόφρων ἀμετέραν ἐκλέισον γενεάν. An statua habebat familiam, & neglecta familia dedicantis commendabat Deæ familiam suam? Id ἀμετέραν aperte ingerit, & adeo insulsum est, sive verba sive sententiam spectes, ut non potuerit sano alicui in mentem venire. Et quid igitur? An aliam lectionem excogitabimus, quæ sententiam meliorem promat? Vellem, sed nequeo, & semper eadem difficultas recurrit, quicquid comminiscar. Alii itaque videant. Ego dicam quod suspicor, & verum opinor plane. Distichum hoc postremum ab Epigrammate alienissimum est, & pessimi Amanuenses ei agglutinarunt tamen, cum alterius epigrammatis pars esset residua. Inde tenebræ, ut sæpe alias in Florilegii congerie: quæ omnes dispelluntur statim, si separanda rite separentur, & unum illud distichum, socio vel sociis destitutum, sibi relinquatur solum. Nihil apertius aut indubitatius. Δέσποινα γυναικῶν minus venuste dicitur Diana, quæ virginibus præest, & rectius dicitur δέσποινα παρθένων. Illud incongruum nunc etiam cessat. Nam de ipsa Junone, aut alia quavis Dea, cui γυναῖκες proprie dictæ parent, fragmentum accipi potest. Ἀμετέραν, ut vides, sic perquam appositum quoque est, & γενεάν, quod *familiam* vertitur, signatius *prolem* verti potest, ut non innupta sed nupta sit, de qua agebatur ibi: Ego certe ita sentio, idque tenebo, donec lectio offeratur mihi, quæ nexum ostendat certum inter adeo dissona. Visne aliud? Illud περιττόν, quod unum latus Epigrammatis occupat, ipsum illud innuere autumo, quod nunc tibi dico. Περιττὸν scilicet est epigramma in ipso illo disticho, & præter σφάλματα membrum etiam gerit redundans & resecandum: quod ab Apographo τοῦ Κυροῦ Μιχαήλου abesset, non erat ratio, cur περιττὸν dici poterat. Nam in eo non continebantur omnia adeo præcise, ut quæ exularent inde, haberi possent pro περιττοῖς: Hoc sentiunt omnes, qui animum advertunt. Aliud igitur erat, quod faciebat, ut περιττὸν esset Epigramma. Et hoc est ipsum illud Distichon temere assutum. Vides? Sic dicimus, quod oculatior Grammaticus ad marginem dixit.

121

VIII. Γρῖφος f. Ænigma de Epiſtola, quod à Noſtra propoſitum & explicatum eſſe tradit *Antiphanes* in fabula *Sapphus*, teſte *Athenæo* (CXXXI.) & *Euſtathio*. (CLXXXIII.) Exſtat illud græce & gallice in *Caſp. Bacheti Meziriaci* Commentariis gallice editis in *Ovidii* Epiſt. IV. Heroidum T. I. Opp. p. 327. ſq.

IX. Σκόλιον de *Admeto*, quod nonnullos *Alcæo*, alios *Sapphoni*, alios *Praxillæ* adſcribere teſtatur *Pauſanias* apud *Euſtathium*, (CLXXX.) qui ejus initium exhibet.

X. Verſus ad *Anacreontem*, quos ex *Chamæleontis* libro de Sappho recenſet *Athenæus*, (LXXVIII.) qui addit, *Sapphus* id carmen non eſſe, neminem latere.

Utinam Poëtria noſtra hujusmodi luſibus ingenii animum exſatiaſſet, non vero libidinibus obſcœnis ſimul inhiaſſet, rectius certe & famæ & vitæ conſuluiſſet ſuæ, neque in flore ætatis mortem obire coacta fuiſſet, cujus cauſa erat turpis, genus autem triſtiſſimum. *Phaonis* Lesbii, qui demum in adulterio comprehenſus & trucidatus eſt, teſte *Æliano* Var. Hiſt. lib. XII. cap. 18. amore captam fuiſſe *Sapphonem*, præter autores allegatos (not. 2. p. 115. & CXXIV. ſq.) memorat *Heſychius* Mileſius in opuſculo de Philoſophis: Σαπφὼ ἡ Λεσβία, δι' ἔρωτα Φάωνος τοῦ Μιτυληναίου, ἐκ τοῦ Λευκάτα καταπόντισεν ἑαυτήν. *Sappho Lesbia, amore Phaonis Mitylenæi ardens, de Leucate promontorio in mare præcipitem ſe dedit.* Attamen tanta fuit Noſtræ exiſtimatio apud pleroſque veteres, ut partem hanc infamiam alteri Sapphoni imputaverint, partem ridiculis fabulis ad excuſandam illam uterentur. *Phaon* enim omnium formoſiſſimus vulgo credebatur, vel quia transportata gratis Venere, ex ſene factus fuerit adoleſcens, vid. *Palæph.* de incredib. cap. 49. vel quia à Venere vaſculum unguentis plenum acceperit, vid. *Ælianum* l. c. vel quia radicem herbæ, *Centum capita* dictæ, invenerit, vid. *Plinium*. (CCXXXIII.) Sincerius & copioſius rem omnem enarravit *Ovidius*, (CCXXXIX.) à quo edocemur, Sapphonem, florida *Phaonis* ætate & forma irretitam, hunc ſibi expetiviſſe, & cum eo rem habuiſſe, donec ipſe, hujus amoris tædio captus, in Siciliam abierit. His omnino fides eſt tribuenda, quia Viri ſummi *Gyraldus* in vita Sapphus, *Urſinus* (not. 2. p. 60. b) *Victorius* (not. 35. p. 188. b) *Faber* in Commentario in *Urſini* imagines illuſtr. p. 74. *Fabricius* in Biblioth. Græc. Vol. I. p. 590. aliique plures exiſtimant, Ovidium in iſta epiſtola imitatum eſſe lepidiſſimum carmen *Sapphus*, quo Phaonem fugientem eſt proſecuta. Doctiſſima *Anna* (not. 29. p. 11. b & in vita *Sapphus*) ſtatuit,

tuit, Oden ad Venerem (VI.) scriptam esse, postquam *Phaon* in Siciliam profectus erat, & Marmor Chronicum, cujus sub initium hujus tractationis meminimus, testatur, *Sapphonem* ipsam, relicta patria, in Siciliam trajecisse. Omnia itaque tentavit, ut *Phaone* suo iterum frui posset, & cum nihil horum succederet, tandem eo insaniæ processit, ut amoris impotentis vim desperatissimo saltu è *Leucade* in mare solvere conaretur. In isto promontorio, quod etiam *Leucates* & *Leucata* appellatur, erat Apollinis Leucatæ fanum & *saltus amantium*, quo finiri amores creditum fuit. Hanc fabulam præter *Strabonem*, (CXXIII.) *Plutarchum* (not. 5. p. 114. a & not. 5. p. 175. b) *Athenæum* (not. 6. p. 221. b) *Ciceronem* (not. 3. p. 113. b) *Ovidium* (CCXXXIX. v. 164. sqq. *Ampelium* & *Servium* (not. 6. p. 221. b) accurate & copiose ex *Ptolemæo* filio Hephæstionis, narrat Vir magnus *Scaliger* (not. 6. p. 220. sq.) Respicit hæc *Ausonius* in fine Epigrammatis XC. vel XCII.

Suasi quod potui, tu alios modo consule, dic quos?
Phædra & Elisa tibi dent laqueum aut gladium.
Præcipitem pelago vel Leucados elige rupem.
Hoc das consilium? Tale datur miseris.

In aliis Codicibus duo intermedii versus leguntur:

Quod sibi suaserunt, Phædra & Elisa dabunt,
Quod Canace Phyllisque & fastidita Phaoni.

Meminit etiam Leucadis petræ *Anacreon* apud *Hephæstionem* p. 70. & in fragment. p. 292. ed. *Pauwii:*

Ἀρθεὶς δ' ἦυτ' ἀπὸ Λευκάδος πέτρης,
Ἐς πολιὸν κῦμα κολυμβῶ, μεθύων ἔρωτι.

Sublevatus autem tanquam à Leucade petra,
In canum fluctum urinor, ebrius amore.

Menander quidem apud *Strabonem* l. c. (d) tradit, *Sapphonem* primam ex hac petra se præci-

(d) *Phileleutherus* Lips. (sub quo nomine latere voluit *Rich. Bentlejus*) in Emendationibus in *Menandri* & *Philemonis* reliquias ex edit. *Jo. Clerici* p. 38. Ista ex *Strabone* petita sunt, sed mutila, & miror quidem Viros inconparabiles *Scaligerum* & *Casaubonum* non animadvertisse. Quin & *Hesychii* illa, quæ num. 2. à *Clerico* hic citantur, illis connectenda esse vehementer suspicor & bene compertum habeo. Locum integrum hic exhibebo:

Ὀυ

130

præcipitem in mare dediſſe, ſed multos alios id ante illam, & quidem proſpero cum ſucceſſu, feciſſe, ex laudatis autoribus liquet. Noſtram autem ex hoc ſaltu, cujus mentionem præter *Strabonem, Svidam* & *Heſychium Statius* (CCXXIV.) & *Auſonius* (CCXL.) faciunt, miſere periiſſe, apertiſſime ex ſilentio omnium Autorum, nihil amplius de rebus Sapphonis narrantium, colligere licet, & nonnulli credunt, in cauſa fuiſſe hoc, quod ipſa viriles, non muliebres ſaltus, ingredi fuerit auſa. Obſervandum adhuc eſt, in vulgari lectione duorum verſuum *Sapphonis* apud *Stobæum* (not. 1. p. 60. a) eam nobis vetulam repræſentari; at vero illos à Viro ſagaciſſimo *Urſino* (XXX.) è MSto Codice rectiſſime eſſe emendatos, Noſtramque in flore ætatis ſe prorſus perdidiſſe, ex ſingulis, quæ veteres de illa tradiderunt, liquido apparet, ut prætercam, vix fieri potuiſſe, ut in ætate ingraveſcente tot tantisque furoribus agitaretur.

Nihil

Ου δὴ λέγεται πρώτη Σαπφὼ
Τὸν ὑπέρκομπον θηρῶσα Φάων'
Οἰστρῶντι πόθῳ, ῥῖψαι πέτρας
Ἀπὸ τηλεφανοῦς· ἀλλὰ κατ' εὐχὴν
Σὸν, δέσποτ' ἄναξ, εὐφημείσθω
Τέμενος περὶ Λευκάδος ἀκτῆς.

Ubi prima dicitur Sappho,
Superbum Phaona venans
Inſano amore, præcipitaſſe ſe rupe
De excelſa: ſed ex voto
Tuum, o Phœbe, fauſtis verbis celebretur
Fanum circa Leucadium littus.

Verba Strabonis ſic habent: Καὶ τὸ ἅλμα τὸ τοὺς ἔρωτας παύειν πεπιστευμένον. οὗ δὴ λέγεται πρώτη Σαπφὼ, ὥς φησιν ὁ Μένανδρος, τὸν ὑπέρκομπον θηρῶσα. &c. Dubitare jam aliquis poterit, quin οὗ δὴ λέγεται πρώτη Σαπφὼ ad Menandri ῥῆσιν pertineant; cum ipſa verborum ſeries orationem poëticam indicet, cum numeri exacte reſpondeant, cum ſine illis ſequentia manca & imperfecta ſint? At Viri magni illud, φησὶν ὁ Μένανδρος, ad ſequentia tantum referebant. Quaſi vero paſſim apud *Strabonem, Plutarchum, Athenæum*, poſt inchoatam aliquam ῥῆσιν, auctoris demum nomen laudetur. Quinto autem verſu pro recepta ſcriptura κατ' εὐχὴν σὴν repoſui σὸν, hoc eſt, σὸν τέμενος; ut connectatur cum fragmento Heſychiano εὐφημείσθω &c. quod & cum metro priorum & cum ſententia tam apte coagmentatur, ut nihil magis. Sciunt enim, qui in Tragicis Græcis & *Ariſtophane* verſati ſunt, Anapæſtos, quales hi ſunt, ubique terminari verſu parœmiaco, qui poſterius colon eſt hexametri. Sententia vero hujusmodi eſt: Perſona hæc quæcunque eſt, ſive una ſeu plures, Apollini Leucatæ carmen dicens, Leucada petram memoraverat, unde, ait, prima Sappho ſe præcipitavit, & periit; ſed quid triſtia illa recenſeo? potius bona & fauſta verba dicantur in tuo templo, o Apollo, δέσποτ' ἄναξ. Sic de eodem Apolline uxor Chremyli in Ariſtophanis Pluto v. 748.

Ὅσην ἔχεις τὴν δύναμιν, ὦναξ δέσποτα,

Nihil aliud de *Sapphone* commemorandum restare videtur, nisi ut exponam honores amplissimos, quibus præ ceteris omnibus illam ejusque scripta veteres pariter atque recentiores omni tempore certatim ornarunt. Immortalitatem nominis sibi ipsa certissime pollicita est, cum apud *Plutarchum*, (XXVII.) *Aristidem* (LXXVI.) & *Stobæum* (XXVII.) mulierem divitem quidem, sed indoctam irrisit, & apud *Ovidium* (CCXXXIX. v. 27.) cecinit:

At mihi Pegasides blandissima carmina dictant,
Jam canitur toto nomen in orbe meum.
Nec plus Alcæus, consors patriæque lyræque,
Laudis habet: quamvis grandius ille sonet.

ad quod respicere etiam videntur ejus verba apud *Dionem Chrysostomum.* (CCVIII.) *Plato* Philosophus eam apud *Ælianum* (not. 8. p. 106. b) in *sapientibus* mulieribus numerat, quod non de profunda ipsius sapientia cum *Theveto* in Sapphus vita, sed de ejus doctrina cum *Bælio* lit. E intelligendum esse, liquet ex *Eustathii* verbis. (CLXXX.) Doctissima dicitur *Terentiano Mauro,* (CCXXVI.) Poëtria *Autoribus*, quos laudat *Heinsius,* (not. 113. p. 214. a) præclara poëtria *Terentiano Mauro,* (CCXLIII.) Poëtria *κατ' ἐξοχὴν Galeno,* (CLXII.) Musa decima *Platoni,* (CXLIV.) *Ausonio,* (CCXXV.) *Antipatro Sidonio,* (CCV.) *Poëtæ incerto,* (CLII.) & in ἱστοριῶν συναγωγῇ, (CLXXIII.) Musarum prima *Cedreno,* (CLXXII.) Lyricorum nona *Ausonio,* (CCXXV.) divina *Demetrio Phalereo,* (not. 1. p. 62. a) femina admirabilis, cum qua in poësi comparari nulla possit, *Straboni,* (CXIV.) quod confirmat *Eustathius.* (CXXI.) Verba *Gyraldi* in vita Sapphus: *Didymus Chalcenterus, in Græcis magni nominis scriptor, dubitat, Sapphon Sibyllamne potius an Poëtriam appellet,* illustrantur à *Lipsio* (not. 9. p. 223. b) Permultorum epigrammata elegantissima in honorem Poëtriæ nostræ exhibentur, (CXLI - CLIV. & CCV.) quibus addere juvat illud *Leonis Allatii*, quod exstat in Parte I. Gemmarum & Sculpturarum Ant. Augustini num. 75. atque in *Pauli Alexandri Maffei* Gemmis antiquis P. I. num 70. p. 84. mendosissime repetitum est.

Εἰς τὴν εἰκόνα Σαπφοῦς.
Κλωθοῖ δῶκε λίνον Λάχεσις, Κλωθὼ δ' ἐπιδινεῖ,
Μετροῦσαι Σαπφοῦς φῆμιν ἐφεψομένην.
Ἄτροπος ὀχθήσασα λίνου κλωστῆρας ἀράττει·
Σαπφοῦς, φᾶσα, χρόνοις οὐχ ὑπόειξε μίτος.

In imaginem Sapphus.
Clotho dedit linum Lachesis: Clotho vero nebat,
Metientes Sappho fatum consecuturum.
Atropos indignata lini fila recidit;
Sappho, inquiens, temporibus non cedit licium.

Comici etiam nonnulli in fabulis integris, sub *Sapphus* nomine editis, ejus memoriam & carmina celebrarunt, v. c. *Antiphanes Rhodius*, (CXXXI.) *Diphilus Sinopensis*, (CXXXII.) *Ephippus Atheniensis*, (CXXX.) & *Timocles* Atheniensis. (CLXI.) Imaginem *Sapphus* pinxit *Leon*, v. *Plinium*. (CCXXXVII.) Statuam ejus elegantem ex ære elaboratam, quam de Prytaneo sustulit Verres, fabricatus est *Silanion*, Statuarius celebris, v. *Ciceronem* (CCXXXVI.) & *Tatianum*. (CXXXVII.) Aliam, ex porphyrite egregie factam, à Romanis in ejus honorem erectam esse memorat *Thevetus*, Scriptor parum accuratus, quem omnino falli cum Celeb. *Bælio* lit. I. suspicor, nisi hæc sit hermes *Sapphonis*, quem statim commemorabo. *Ursinus* in Imaginibus Virorum illustr. pag. 38. *Lambinus* in *Horatii* Carm. I. od. 17. v. 18. & *Jo. Faber* in Comment. in Imagines illustr. p. 74. conjecerunt ex loco *Pausaniæ*, (CVIII.) Athenis in arce prope *Anacreontis* imaginem *Sapphonis* statuam collocatam fuisse, eam fortasse, quam à *Leone* factam scribit *Plinius*. Verum Clar. *Bælius* lit. I. recte observat, *Pausaniæ* verba nihil aliud dicere, nisi *Anacreontem* primum post Sappho magnam carminum suorum partem in exprimendis amoribus consumsisse, & nos paulo ante annotavimus, *Leonem* fuisse pictorem, non vero statuarium. Mitylenæos *Sapphonis* imaginem monetæ suæ insculpsisse, expresse dicit *Julius Pollux*, (CXXXVI.) atque illud ipsum per verba *Aristotelis* (CXXXV.) significari, nonnulli opinantur.

Monumentorum veterum, in quibus Poëtriæ nostræ caput vel imaginem totam exstare existimant Antiquarii, ectypa quædam in fronte hujus opusculi repræsentantur, nempe: I. Hermes *Sapphonis*, ex Tomo II. tab. 34. Thesauri Antiqq. Græcarum *Jac. Gronovii*, qui illum ex Veterum illustrium Philosophorum, Poëtarum, Rhetorum & Oratorum imaginibus à *Jo Pet. Bellorio* expositionibus illustratis Rom. 1685. fol. class. II. num. 78. ubi inter duas nummi, ab *Ursino* editi, areas ex schedis *Pyrrhi Ligorii* in Bibliotheca Vaticana delineatus exhibetur, ære exprimi curavit. Vocatur in ipso herma ΣΑΠΦΩ ΕΡΕΣΙΑ, quod mireris, ejusque vultus ab isto, qui in *Ursini* numo comparet, multum discedit, caput est nudum, & coma crispata, utrinque ad collum antrorsum promissa.

II. Gemma

II. Gemma Lapidis Sardii rufi, vulgo Carneoli ſ. Corneoli, ex *Leon. Auguſtini* Parte I. Gemmarum & Sculpturarum antiqu. num. 75. quæ etiam in *Pauli Alexandri Maffei* Part. I. Gemmarum antiqu. num. 70. exhibetur. Caput *Sapphonis* ſumma induſtria eſt ſculptum, & coma ejus tænia, reticuli in modum, concinne circumligata, inter duos ramos lauri, qui, circulum efficientes, Noſtram coronant. In *Jo. Mart. Ebermayeri* Capitibus Deorum & illuſtrium hominum in gemmis cap. 6. num. 325. comparet hoc caput absque ramis lauri in Sarda. *Jo. Faber* in Comment. in imagines Illuſtrium num. 129. p 73. teſtatur, *Sapphus* imaginem ſpectari apud *Urſinum* in Cameo, onychis genere, faberrime facto, itemque in alia gemma, cujus utriusque hoc diſcrimen ſit, quod unius caput lauro, alterius hedera, coronatum ſit. Aliam gemmam muſei regii ab uxore Dn. le *Hai* affabre delineatam deſcripſit *Tourneminius* V. C. in Memoriis Trevoltinis & in Ephemeridibus Pariſ. An. 1716. T. II. p. 694 ſq. in qua alii *Caſſandram*, ipſe autem *Sapphonem* vel potius *Semiramidem* repræſentari putat.

III. Nummus argenteus majuſculus ex *Fulv. Urſini* Imaginibus illuſtrium Virorum fol. 38. Extat quoque in Ejusdem Carminibus novem illuſtrium feminarum p. 2. *Jo. Pet. Bellorii* Imaginibus veterum Philoſophorum cl. 2. n. 18. & *Jac. Gronovii* Theſauro Antiqq. Græc. T. II. tab. 34. In parte *adverſa* eſt *caput Sapphonis, vitta opertum,* ſine inſcriptione; in *averſa*: ΜΥΤΙΑ *Polypus,* animal molle & exſangue aquaticum, ſymbolum urbium maritimarum, quod ex plurimis nummis Syracuſanorum in omni ære, ut & Tarentinorum liquet. Celeb. *Sigebertus Havercampus* in Comment. ad *Parutæ* Siciliam numiſm. Vol. VI. Theſauri Siculi p. 267. exiſtimat, polypum fuiſſe etiam Veneris ſymbolum. Ex hoc numiſmate imaginem *Sapphus* delineari curavit *Andr. Thevetus* in Hiſtoria hominum illuſtrium & eruditorum T. I. p. 221. paulo poſt pag. 224. ſe illud in inſula Lesbo repeririſſe, eique ſimile cum aliis pluribus nummis Baroni *de la Garde,* Legato Regis Galliæ, CPoli à primo medico Solimanni dono datum eſſe teſtatus. Alia *Sapphus* imago ex nummo antiquo exſtat in *Georg. Scuderii* Orationibus feminarum illuſtrium gallice editis p. 423.

IV. Nummus argenteus ex *Hub. Goltzii* Numiſmatis Græciæ tab. XIV. inſularum Græciæ num. 8. qui etiam in Celeb. *Hemſterhuiſii Polluce* ad p. 1064 repræſentatur. In parte *adv.* eſt *Sapphus caput, corona hederacea & coma prolixa ornatum;* in *averſa:* ΣΑΠΦΩ ΛΕΣΒΙΣ. *Sappho pſaltria gradiens lyram tenet.* Hæc pars

aversa perperam conjuncta cum capite gemmæ, quæ num. II. descripta est, in *Gronovii* Thesauro jam laudato T. II. tab. 34. comparet.

V. Nummus æneus secundæ magnitudinis ex *Pet. Seguini* Selectis Numismatibus antiquis c. 2. num. 31 p. 74. Similis fere nummi ectypon exstat cum inscriptione mutila partis adversæ: ΙΟΥ ΠΡΟΚΛΑΝ ΗΡ . . . . in *av.* ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ. in *Jac. de Wilde* Selectis Numismatis ant. tab. VIII. num. 1. p. 66. & in Celeb. *Hemsterhuisii Polluce* ad p. 1064. In parte *adv.* ΙΟΥ ΠΡΟΚΛΑΝ ΗΡΩΙΔΑ i. e. Ἰȣλίαν Πρόκλαν Ἡρωΐδα, *Proclæ caput, tutulo comæ ornatum, humeris amiculo obtectis.* Quæ sit Procla illa, incompertum est. Vide præter *Seguinum* & *Wildium* ll. cc. *Joannis Harduini* Nummos populorum & urbium illustr. p. 335. & Opera Selecta p. 111. a. tum vero incomparabilis *Ez. Spanhemii* diss. de Vesta & Prytanibus Græcorum, T. V. Thes. Antiqq. Rom. Græviani p. 701* b & *Jac. Gronovii* Tomum III. Thes. Antiqq. Græc. tab. 85. cujus cavillationibus obviam it laudatus *Spanhemius* in aureo Opere de usu Numism T. I. diss. 9. p. 712. *In aversa* legitur: ΕΠΙ ΣΤΡΑ ΑΠΟΛΛΩΝΙ ΜΥΤ i. e. Ἐπὶ Στρατηγȣ̃ Ἀπολλωνίȣ Μυτιληναίων. *Sappho stolata, & coma circa caput collecta sedens, lyram gremio impositam utraque manu tenet. Seguinus* & *Harduinus* imaginem Apollinis citharizantis esse statuunt, quorum sententiæ vestitus muliebris refragari videtur.

VI. Nummus æneus ex *Jacobi Sponii* Miscellaneis erud. Antiqu. Sect. IV. p. 130. qui etiam recensetur in *Harduini* Opere jam laudato pag. 334. In parte *adv.* est ΝΑΥΣΙΚΑΑΝ ΗΡΩΙΔΑ. *Nausicaæ caput, cujus coma tænia reticuli in modum componitur; & humeri amiculo teguntur.* Fuit illa *Alcinoi*, Phæacum Regis, cujus horti ab *Homero, Plinio, Martiale* & in numis celebrantur, filia, quæ apud Homerum Odyss. Z. v. 17. sqq. *Ulyssi*, ad Phæaciam sive Corcyram insulam delato, occurrit, eumque Patri suo commendat. *Sponius* arbitratur ejus memoriam in hoc nummo renovari, quod Corcyra & Leucas, ubi periit *Sappho*, sint insulæ vicinæ, & Mitylenæi fortassis inter hasce duas illustres feminas similitudinem quandam animadverterint. In *aversa:* ΕΠΙ ΣΤΡΑ. ΙΕΡΟΚΛ. ΜΥΤΙΛ. i. e. Ἐπὶ Στρατηγȣ̃ Ἱεροκλέȣς Μυτιληναίων. *Sappho sedens* uti num. V. *Sponius* addit: *Dissimulare non debeo Cl. Patino hanc figuram sedentem Apollinem videri Mytilenis cultum; at vestiri Apollinem stola ad pedes usque, eique comam non humeris sparsam tribui, vix mihi persuadere possum. Reperitur autem hic nummus Bononiæ, apud Alexandrum Nigri, qui typi ejus copiam mihi dedit, & in Thesauro Regio Ludovici XIV.* Celeb. *Vaillant*

lant in Numismatibus Imperatorum à populis græce loquentibus percussis pag. 93. memorat nummum Juliæ Domnæ, qui fuit in museo D. *Foucault*, in cujus *aversa* parte exstat: ΦΑΙΔΡΟΥ ΜΥΤΙΛΗΝΑΙΩΝ. *Phædro Mytilenæorum* subint. *Prætore. Sappho Mitylenea sedet dextra extensa, sinistra lyram tenens.*

VII. Nummus æneus minutus, ex *Christiani Sigismundi Liebe* Gotha numaria cap. 5. §. 10. pag. 162. cujus ectypa duo paululum diversa videre licet in *Nicol. Franc. Haym* Thesauro Britannico italice & anglice edito Part. I. pag. 128. In parte *adversa* est *caput laureatum & coma pulchrè composita. Id Sapphus esse*, (audis Celeb. *Liebe*) *nemo dubitaverit, opinor, quicunque editas adhuc imagines nobilissimæ hujus Poëtriæ cum nummo hoc contulerit. Neque enim, dum Mitylenæos illustrem hanc feminam numis insculpsisse testatur Pollux, id ceteras Lesbi urbes fecisse negat. Illorum nempe numos potissimum nominat, quod ii notiores essent, majorique longe, quam ceterarum Lesbi urbium numero prostarent. Haymus* autem *caput Numinis incerti, diademate ornatum*, interpretatur. In *aversa* extat: ΑΝΤΙΣ. i. e. Ἀντισσαίων, incolarum urbis haud ignobilis in insula Lesbo. *Larva comica cum stella in area*, quod *Liebius* conjicit ex mento, longius quam pro modulo vultus humani fieri solet, protenso, eique fit verisimile, larva hac memoriam *Alcæi*, Mitylenæi, Comici poëtæ, renovari. Clar. *Haymius* ΑΝΤΙΣ explicat Ἀντισθένης, atque *Antisthenis* Atheniensis, qui fuit auditor *Socratis* & Auctor sectæ Cynicæ, caput barbatum in hoc nummo comparere opinatur, cujus fortitudo per clavam in altero prototypo, & eloquentia in altero per caduceum significetur. Sed Cel. *Liebe* vix credit, *Antisthenis* vultum ullo unquam numismate fuisse expressum, & conjecturæ *Haymii* opponit, caput hoc primo aspectu longe aliud deprehendi, si cum capite *Antisthenis* in gemma expresso apud *Theod. Gallæum* in Imagin. illustrium num. 20. & apud *Gronovium* Tom. II. Thesauri tab. 87. conferatur.

VIII. Nummus æneus minutus ex *Nic. Franc. Haymii* Thesauro Britannico P. I. p. 136. In *adversa* parte est caput muliebre vitta opertum, quod cum vultu Sapphonis in aliis nummis multum convenire, Vir laudatus existimat. In *aversa* conspicitur *Vir galeatus & militaris gradiens, dextra hastam transversam, sinistra clypeum tenens*; symbolum virtutis bellicæ. In area extat E. i. e. Ἐρεσσίων, quos *Haymius* conjicit memoriam Sapphus in hoc nummo renovasse.

Quantopere Eruditi veteres ſcripta Poëtriæ noſtræ æſtimaverint, abunde probant præſtantiſſimi Autores, qui vocibus & phraſibus Sapphicis ſcripta ſua ſubinde exornare ſtuduerunt, nominatim *Plutarchus,* (IX. p. 40. XXVII. & CLVII.) *Julianus,* (LXXIII.) *Ariſtides* (CLXVI.) & *Anna Comnena.* (CLXXIV.) Plures *Sapphonis* quidem non meminiſſe, verba tamen ejus reſpexiſſe, probabile fit ex *Luciani* verbis, quibus ad Oden *Sapphus* (IX. v. 1. ſq.) alludere *Æg. Menagio* videtur in Amoribus T. I. Opp. p. 905. Ἐμοὶ μὲν, δαίμονες οὐράνιοι, βίος εἴη διηνεκὴς οὗτος, ἀπαντικρὺ τοῦ φίλου καθέζεσθαι, καὶ πλησίον ἡδὺ λαλοῦντος ἀκούειν· ἐξιόντι δὲ αὐτῷ συνεξιέναι, καὶ παντὸς ἔργου κοινωνίαν ἔχειν. *Mihi quidem, o Dii cœleſtes, utinam perpetua ſit hæc vita, ex adverſo amici ſedere, & ſuave loquentem prope audire, & cum exeunte, ſimul exire, & omne cum eo opus commune habere.* Grammatici aliique Scriptores ſignificationes vocum inuſitatas & locutiones, Æolibus proprias, ex *Sapphonis* præcipue ſcriptis obſervarunt, id quod permulta loca hujus Collectionis declarant. *Chamæleon Heracleenſis* ſcripſit ſingularem librum de *Sappho,* teſte *Athenæo;* (LXXVIII.) *Callias Lesbius* ejus verſus interpretatus eſt, teſte *Strabone;* (CXV.) & *Dracon Stratonicenſis,* Grammaticus, itidem de *Sapphonis* verſibus librum ſcripſit, teſte *Suida* voc. Δράκων. In imitandis Sapphicorum carminum generibus & ſententiis inter ſe certarunt Poëtarum latinorum Principes, *Lucretius,* (not. 3. p. 18. b & not. 25. p. 30. b) *Horatius,* cujus verſus, cum Sapphicis apprime convenientes, in notis *Fulvii Urſini* ſæpe afferuntur, *Ovidius,* de quo ſupra egimus, & *Catullus,* (not. 3. p. 18. b p. 34. & p. 230. b) quem in Epithalamio Thetidis & Pelei atque in altero de Heſpero *Sapphonem* imitatum eſſe, quin etiam ex ſingulari amore in hanc Poëtriam, *Lesbiæ* nomine ſuam ornaſſe amicam, credit doctiſſimus *Voſſius.* (not. 5. p. 94. ſq.)

Simulac elegantiores literæ aliquantum inſtauratæ fuerunt, permulti nihil magis doluerunt, quam deplorandam jacturam carminum Sapphus, quæ omnia injuria temporum præter Oden ad Venerem & alteram in amicam, quam tamen in fine mutilam agnoſcunt docti, (not. 31. p. 33. b) epigrammata duo, & exigua alia fragmenta perierint. Hæc auro cariora æſtimarunt & ſummo ſtudio colligere atque ſervare allaborarunt Viri ſummi, *Fulvius Urſinus, Henr. Stephanus, Æmilius Portus, Mich. Neander* & plerique *Anacreontis* editores, quibus addenda eſt noviſſima hujus Poëtæ editio, à Viro docto, cui nomen ſuum reticere placuit, curata, quæ inſcribitur: *Anacreontis Teii Carmina, accurate edita, cum notis perpetuis & verſione latina*

ne latina, numeris elegiacis paraphrastice expressa; Accedunt ejusdem, ut perhibentur, fragmenta, & Poëtriæ SAPPHUS, quæ supersunt. Lond. 1733. 12. Leguntur in ista p. 184. sqq. *Sapphus* ode in Venerem, cum versione prosaica, & altera in puellam, cum versione metrica *Catulli*, fragmentum ex *Hephæstione*, (XI.) græce & latine, duo ista Odaria græce ex emendatione Isaaci Vossii & Eprigrammata duo (LXV. sq.) græce & latine. Omnes, qui quidem harum deliciarum mentionem fecerint, Sapphonis memoriam ad invidiam usque celebrarunt, quorum judicia egregia omnino approbavit, cui in dijudicandis rite aliorum scriptis multum tribuitur, *Renatus Rapinus* in Observationibus gallice editis de arte poëtica speciatim considerata §. 30. p. 207. Alii id omnem dederunt operam, ut reliquias Sapphonis, librariorum incuria pessime maculatas, accurate emendarent, quorum tamen diligentia sæpe supra modum processit. (not. 3. p. 17. sq.) Inprimis *Is. Vossio* id vitio vertit post alios Editor *Anacreontis* laudatus, qui in præfatione pag. XX. ait: *Adjecit Autor Isaaci Vossii emendationem, ut vocatur, quanquam fatetur se nihil vidisse minus emendatum. Ridicula est tantum insuetarum dialectorum & vocum affectatio; estque vulgaris lectio longe præstantior. Sapphonis* existimationem, olim *Tan. Fabro* carissimam, deinde mirum in modum imminutam esse, conjicit Vir doctissimus *Adr. Relandus* in notis ad *Fabri* Vitas Poëtarum Græcorum gallice editas ad p. 23. ex hujus verbis, quæ in notis in *Longinum* p. 74. sq. ed. Tollianæ leguntur: *Ut ne tandem bona fide* ἔσσω . . . . *fiam, quod sane haud necesse est, decrevi nil quidquam ad hoc admirabile Sapphus odarium dicere. Fuit olim, fateor, cum Sapphonem amabam; sed ex quo illa me perditissima femina pene miserum perdidit cum sceleratissimo suo congerone, (Anacreontem dico, si nescis, Lector) noli sperare quidquam à me dictum iri, unde aut ipsa, aut ipsius opera, (queis tamen olim in Græcia nil elegantius, nil magis tenerum aut venustum quidquam extitit,) probari videantur. Itaque quando mihi imposita fibula est, hic lacuna esto, nisi scriptori librario aliter videbitur.* At vero Elegantiss. *Bælius* in Lexico suo non solum in vita Sapphonis lit. C. affirmat, *Fabrum* pristinum animum erga *Sapphonem* semper conservasse, sed etiam in vita *Bathylli* lit. D. copiose exponit, quænam fuerit vera causa irarum atque indignationis *Fabri.*

Sufficiant hæc de vita Sapphonis, quod argumentum præter ceteros copiose tractarunt *Lilius Gregorius Gyraldus* dial. IX. de Poëtarum historia T. II. Opp. p. 456.

Lud.

Lud. Nonnius in Commentario in *Hub. Goltzii* Numifmata Græciæ p. 212. fq. & p. 246. *Laur. Craffus* in Hiftoria Poëtarum Græcorum italice fcripta p. 448. *Tanaq. Faber* in Compendio Vitarum Poëtarum Græcorum fæpius gallice edito, *Andr. Thevetus* in Hiftoria illuftrium & eruditorum Hominum gallice edita Tom. I. pag. 221. *Anna Daceria* & *Longapetræus* (*Longepierre*) in vita Sapphus fragmentis ejus gallice præfixa, *Jac. de Wilde* in Selectis Numifmatibus antiquis ad tab. VIII. n. 45. p. 68. *Adr. Bailletus* in Judiciis de præcipuis operibus Autorum gallice editis Tom. III. P. I. pag. 303. *Pet. Bælius* in Lexico Hiftorico & Critico, Jo. Alb. Fabricius in Bibliotheca Græca, Vol. I. p. 589. *Gotfr. Olearius* in differtatione de Poëtriis Græcis §. 65. pag. 58. & DN. *de Larrey* in Hiftoria feptem Sapientum gallice edita, Tom. I. pag. 159.



ΣΑΠ-

ΣΑΠΦΟΥΣ ΤΗΣ ΛΕΣΒΙΑΣ ΜΕΛΗ.

SAPPHUS LESBIAE CARMINA.



ΣΑΠΦΟΥΣ ΤΗΣ ΛΕΣΒΙΑΣ ΜΕΛΗ.

I.

Δεῦρο (1) δεῦτε Μοῖσαι, χρύσεον λιποῖσαι.

II.

Δεῦτε (2) νῦν ἁβραὶ χάριτες, καλλίκομοί τε Μοῖσαι.

III.

(3) Βροδοπήχεες ἁγναὶ χάριτες δεῦτε, Διὸς κόραι.

IV.

(4) Ἄγε χέλυ δῖά μοι λέγε, φωνάεσσα δὲ γίνεο.

V.

(1) *Hephaestionis* verba sunt in Enchiridio p. 57. ima: καὶ τὰ ἐξ ἰθυφαλλικῶν δύο ἡ Σαπφὼ πεποίηκε. Δεῦτε & quæ sequuntur; *& illa ex ithyphallicis duobus Sappho fecit:* Δεῦτε &c. Epithetum vero χρύσεον videtur ad vocem δόμον, quæ desideratur, referendum; ita enim in ode ad Venerem locuta est:

> Πατρὸς δὲ δόμον λιποῖσα
> χρύσεον ἦλθες. vid. n. VI. *Ursin.*

pro: καὶ τὰ ἐξ ἰθυφαλλικῶν δύο lege καὶ τὸ ἐξ &c. ita præcedit, ita sequitur. *Pauw* in animadv. ad Hephæst. p. 152.

Δεῦρο δεῦτε] χορίαμβος καὶ ἴαμβος καὶ συλλαβή ἐστιν, ὅ ἐστιν ἑφθημιμερές, πέντε δὲ τοιαῦτα παρατίθεται. δοκεῖ δὲ τὸ σαπφικὸν μὴ εἶναι ἀσυνάρτητον. δύο γὰρ τροχαϊκά ἐστι. φαμὲν οὖν ὅτι, ἐὰν ἅμα συναρτήσωμεν τὰ δύο τροχαϊκὰ, εὑρίσκεται ἐν τῇ τρίτῃ χώρᾳ τῇ περιττῇ σπονδεῖος, ἐν τροχαϊκῷ, ὅπερ ἐστὶν ἄτοπον. *Chorrambus & Jambus & syllaba est, quod vocatur hephthemimerum, hujusmodi autem quinque in medium affert. Videtur vero Sapphicum illud non esse asynartetum: duo enim sunt trochaica; dicimus igitur, si simul duo trochaica conjunxerimus, reperiri in tertio loco impari spondeum, in trochaico, quod est insolens. Schol. Heph.* p. 59. χορίαμβος καὶ ἴαμβος] His præmittendum: Ὄλβιε γαμβρὲ v. infra n. XVIII. nam eo pertinent, non ad δεῦρο δεῦτε. res est longe apertissima; πέντε δὲ τοιαῦτα παρατίθεται, *quinque talia Hephthemimera.* Et hinc apparet bonum hominem sua ætate etiam Μελίχρος legisse in versu tertio, vid. infra n. XXXV. nam alias sex dixisset, ut nos restituto μηλόχροος dicimus nunc. Quod sequitur: δοκεῖ δὲ τὸ σαπφικὸν, mutilum est, & duce suo caret: lege δοκεῖ δὲ τὸ σαπφικὸν, Δεῦρο δεῦτε, μὴ εἶναι &c. recurrit ad superius Sapphicum; idque dubitat, an ἀσυνάρτητον sit: error natus est ex errore primo, quo δεῦρο δεῦτε male præfixum erat integro scholiolo. Ipsa observatio viri Grammatici de pede tertio non est unius assis, quia *Hephaestion* postremam uniuscujusque versiculi in Asynartetis ambiguam fecit cum aliis haud dubie magistris: diximus supra & hic repetimus, ne ducem cæcum sequantur cæcutientes. *Pauw* p. 155.

Ithyphallicum metrum describit *Scholiastes* Hephæstionis p. 21. summa. Τροχαϊκὸν δίμετρον, βρα-

SAPPHUS LESBIAE CARMINA.

I.

Huc adeste Musæ, aureum relinquentes.

II.

Adeste nunc pulchræ Charites, pulchricomæque Musæ.

III.

Lacertos roseos habentes castæ Charites adeste, Jovis puellæ.

IV.

Age Chely divina, dic mihi, vocalis autem fias.

V.

βραχυκατάληκτον, ὃ καλεῖται ἰθυφαλλικὸν, τρεῖς ἔχον τροχαίους. διὸ καὶ βραχυκατάληκτον αὐτὸ λέγει. λέγεται δὲ ἰθυφαλλικὸν, ἐπειδὴ τούτῳ ἐκέχρηντο ἐν τῇ τοῦ ἰθυφάλλου πομπῇ. *Trochaicum binis metris constans in brevem desinens, quod vocatur ithyphallicum, tres habens trochaeos, idcirco etiam illud in brevem desinens dicit. Vocatur autem ithyphallicum, quoniam illo usi sunt in ithyphalli pompa.* adde pag. 48, 12. pag. 58, 26. pag. 88, 28. De ithyphallis conf. *Athen.* IV. p. 129. D. & XIV. p. 622. B. *Harpocrat.* & *Suid.* v. ἰθύφαλλοι.

(2) *Atilius Fortunatianus* in libello, qui de metris circumfertur, adducit hoc fragmentum, descriptum, ut opinor, ex *Hephaestione*, è quo multa mutuatus est. ἄβραι χάριτες, *Horatio* Gratiæ decentes. *Ursin.*

Affertur hoc fragmentum ab Hephæstione p. 30. v. 7. in *Atilii* arte ap. *Putschium* p. 2703. Autorum Grammaticæ latinæ græca desiderantur.

(3) Reperitur hic versus apud *Theocriti* Scholiastem in argumento, quod apud me exstat manuscriptum εἰς ἠλακάτην. Ejus verba sunt: γέγραπται δὲ αἰολίδι διαλέκτῳ παρὰ τὸ σαπφικὸν ἑκκαιδεκασύλλαβον, τὸ ῥοδοπήχεες &c. *Scriptum autem est aeolica dialecto juxta Sapphicum illud sedecim syllabarum:* ῥοδοπήχεες &c. *Ursin.*

(4) *Hermogenes* περὶ ἰδεῶν τόμῳ β' cap. περὶ γλυκύτητος pag. 403. ed. Genev. καὶ ὅταν τὴν λύραν ἐρωτᾷ ἡ Σαπφὼ, καὶ ὅταν αὐτὴ ἀποκρίνηται. εἶον, ἄγε &c. *Quando Sappho lyram interrogat, ipsaque lyra respondet: nempe* ἄγε &c. Apud *Eustathium* vero ad Homeri Il. α. p. 8, 19. ed. Bas. (p. 9. C. ed. Rom.) versus hic aliter scriptus reperitur: ὁμηρικῶς δὲ πως καὶ ἡ λυρικὴ Σαπφὼ σχηματίζουσα, τῇ κιθάρᾳ ἐγκελεύεται.

Ἄγε μοι δῖα χέλυ φωνάεσσα γένοιο.

Homerice quodammodo quoque lyrica Sappho figurata oratione utens citharam hortatur: Age mihi divina chely vocalis fias Vocem autem φωνάεσσα ita expressit *Horatius* Carm. III. od. XI. v. 3. sqq.

Tuque testudo resonare septem
Callida nervis
Nec loquax olim neque grata &c. Ursin.

V.

(5) Αὐτὰ δὲ σὺ Καλλιόπα.

VI.

Ἆσμα εἰς Ἀφροδίτην.

(1) Ποικιλόθρον' (2) ἀθανάτ' Ἀφροδίτα, (3)
Παῖ Διὸς δολοπλόκε, λίσσομαί τε, (4)
Μή μ' ἄσαισι, (5) μηδ' ἀνίησι δάμνα,
Πότνια, θύμον. (6)

Ἀλλὰ τυίδ' (7) ἐλθ', αἴποκα (8) κατ' ἐρῶτα (9)

Τᾶς

(5) Exstat hic versiculus apud *Hephæstionem* pag. 49. 5. *Ursin.*

Verba *Hephæstionis* sunt: *δύναται δὲ καὶ εἰς τρίμετρον ἀνάπαιστον διαιρεῖσθαι, εἰ ἀπὸ σπονδείου ἄρχοιτο, οἷον τὸ Σαπφοῦς. Αὐτά &c. potest etiam dividi in trimetrum anapæstum, si a spondeo incipiat, quale est Sapphus:* Αὐτά &c. Hoc ineptum est, quia versiculus adscriptus nihil minus est, quam trimeter anapæsticus; vide modo, quæ ipse *Hephæstion* de anapæsticis scribit. Nihil notius, si hæc a limine modo salutaveris: *κατὰ διποδίαν* enim progrediuntur Anapæsti: in aliis membranis scriptum erat: *εἰς τρίτον ἀνάπαιστον διαιρεῖσθαι*, quod ego probo, & omne absurdum tollit; alias legendum esset: *εἰς δίμετρον ἀνάπαιστον*, nam talis est versiculus ille, sed brachycatalectus. *Pauw.*

(1) Exstat in Anacreonte T. *Fabri* p. 97. *Annæ Daceriæ* p. 242. *Longæpetræ* p. 374. *Baxteri* ed. 1695. 8. p. 122. absque notis & p. 126. ex emend. *If. Vossii* & ed. 1710. 8. p. 164. cum notis. *Gaconi* p. 347. in Catullo *Vossii* p. 115. in Opp. *Dionysii* Hal. T. II. p. 26. ed. *Wechel.* & p. 47. ed. *Hudson.* in *Mattaire* Dialectis græcæ linguæ p. 283.

(2) Citatur hæc ode a *Dionysio Halicarnasseo* ἐν τῷ περὶ συνθέσεως ὀνομάτων, sed in quibusdam veteribus libris pro ποικιλόθρον' scriptum est ποικιλόφρον'. *Ursin.*

Quoniam in his *Sapphus* carminibus miram poëseως licentiam φιλόμουσος lector inveniet; eum de singulis, quæ paulo duriora & ab usu remotiora merito videntur, accurate monere volui. Ne longius abeas, en, in voce ποικιλόθρονε syllaba θρον' sequente vocali præter morem producitur. In δολοπλόκε syllaba δο. Sed hic fortasse liquidam λ τῆς ἐκτάσεως causam esse dices, quod & apud alios non raro legas. Hic enim secunda sedes non trochæum sed spondeum requirit. *Portus.*

Sapphus locus in vulgatis *Dionysii* editionibus admodum corruptus est, & metrum multis in locis luxatum; verior lectio in Fulvii *Ursini* editione exstat, quæ cum editione H. *Stephani* consentit, pauculis exceptis. *Sylburg.*

ποικιλόθρον' *præpotentem* intelligo, *quæ multos ubique gentium thronos habeat*, cujus numen & cœlum & maria, terras ac tristia Plutonis regna pervadat. Posset tamen istud ποικιλόθρονος aliud significare, Venerem scilicet *florida & varia veste utentem.* Nam θρόνον est βαφή (tinctura) ut apud *Eustathium* in Hom. Il. X. p. 1278. ed. Rom. (p. 1383. 31. ed. Bas.) legere est. Moneo studiosos, gravissimum ibi esse errorem, cum scribitur scil. τὰ κάλλη pro pennis quibusdam sumi. Id quidem verum est, sed quænam illa avis? Græca sic se habent: καὶ τὰ ἐν τῇ οἱ τῶν (αὐτῶν Bas.) δὲ οὐρᾷ πτερά. Nullo sensu. Legendum: καὶ τὰ ἐν τῇ ΤΑΩΝΩΝ οὐρᾷ πτερά *& pennæ quæ in cauda pavonum sunt.* Eandem explicationem hujus vocis θρόνον apud *Hesychium* legas: θρόνα, inquit, ἄνθη, καὶ τὰ ἐκ χρωμάτων ποικίλματα. θρόνα *flores & varietates à coloribus*; unde & mox

V.

Ipſa autem tu Calliope.

VI.

Ode in Venerem.

Verſicolori ſolio, immortalis Venus,
Puella Jovis, nectens dolos, ſupplico tibi,
Ne me faſtidiis, neque mœroribus doma,
Veneranda, animo.

Verum huc ades, ſi quando alias in amore

Meam

mox additur ΘΡΟΝΙΤΗΣ, πρώτιςος, peſſime, legendum χρώτιςος, *coloratus* ſcilicet, neque adeo aliter ſcripſerat *Heſychius*. T. Faber.

In *Pindari* Iſthm. od. 2. v. 8. Venus vocatur εὔθρονος ex eadem ratione. *Anna.*

Vulgo ſcribitur ποικιλόθρονε, quod quamvis rectum poſſit videri, cum notum ſit, quam variis in locis templa & ſedes iſta habeat Dea, attamen cum in ſcripto Dionyſii libro invenerim, ποικιλόφρον, vocandi caſu a ποικιλόφρων, malui ſic reſcribere, ſenſu conveniente, & more æolico, ut notant Grammatici. *Voſſ.*

Picto ſcilicet curru ſeu χρυσόθρονε. *Voſſius* de ſuo inſcite repoſuit ποικιλόφρον, quo idem ſit, quod & δολοπλόκε, ταυτολόγως. *Baxter.*

Hic (ut ubique per totum Odarium) ſecutus ſum Voſſium, qui odam hanc pulchre emendatam dedit. Ποικιλόθρον' malit *Uptonus*, quod δολοπλόκε v. ſeq. idem fere quod ποικιλόφρον ſignificet. Verum (ut notavit *Portus*) ſyllaba θρον' præter morem produceretur. *Hudſon.*

Hephaſtion p. 45. ex v. 1. ſtrophes 1. & 2. probat, quartam ſyllabam in hoc carminis genere mox eſſe brevem mox longam.

(3) In *Aldi* Rhetoricis altera dialecto ſcribitur Ἀφροδίτη, quod & *Voſſius* ſecutus eſt. *Baxter.*

Ἀφροδίταν *Reg. I.* & *Colb.* Ἀφροδίτα *Vulg.* Hudſon.

(4) Repoſui τὲ pro σὲ αἰολικῶς, quod nemo improbabit. *Baxter.*

(5) Recte Voſſius pro ἄγχισι reſcripſit ἄσαισι, cum in *Aldi* Rhetoricis occurrat ἄχχαισι vitio librarii. *Baxter.*

(6) Hic verſiculus apud *Hephaſtionem* p. 46, 6. invenitur. *Urſin.*

Retrahendum cenſui accentum in voce θύμον, more æolico, ſicuti & in χάλαι, ςρῦθοι, πύκνα & πῖρα. *Baxter.*

(7) Reperitur hic verſus apud *Hephaſtionem* p. 45, 19. & 25. τυίδ' autem non τῇδ' ſcribendum eſſe admonuit me liber antiquus Farneſianus, quam ſcripturam confirmat *Priſcianus* Grammaticus lib. I. med. adducto hoc ipſo *Sapphus* verſiculo, ſed miſere depravato; ita enim ſcribit: *Eſt quando amittit* (τὸ u) *vim tam vocalis quam conſonantis, ut quum inter q & aliam vocalem ponitur, ſicut jam commemoravimus, ut* quis, quam. *Hoc idem plerumque etiam patitur inter g & aliquam vocalem, ut* ſanguis, lingua. *S quoque antecedente u & ſequente a vel e, hoc idem ſæpe fit, ut* ſuadeo, ſuavis, ſueſco, ſuetus, *quod apud Æoles quoque y ſæpe patitur & amittit vim literæ in metro, ut Sappho:* Ἀλλὰ τυίδ' ἔλθ' αἴποτε κατ' ἔρωτα. *Heſychius* etiam in voce τυΐδε (τύδαι) ea Æoles αὐτίκα & ἐνταῦθα uſos fuiſſe docet. *Urſin.*

Sed cum *Herodianus* in quarta claſſe verborum in μι ſcribat: τὴν υ δίφθογγον ἐξ ἐνεργητικῶν συμφώ-

Τᾶς ἐμᾶς αὐδᾶς (10) [αἴοισα πόλλας] (11)
Ἔκλυες (12) πάτρὸς δὲ δόμον λιποῖσα
Χρύσεον ἦλθες. (13)

Ἅρμ' (14) ὑποζεύξασα, κάλοι δέ τ' ἆγον (15)
Ὠκέες σρῦθοι (16) πτέρυγας μελαίνας,

Πύκνα

συμφώνῳ ἐπιφερομένῃ. *u diphthongum non reperiri consonante subsequente*; non absurde suspicetur aliquis, *Priscianum* aut τυίδ' scripsisse aut τύδ', cujus utriusque apud *Hesychium* quoque sunt vestigia. Nam τυὶ a Cretensibus usurpatum ait pro ὧδε, & τύδαι ab Æolensibus pro ἐνταῦθα. *Stephanus* scribit τῆδ'. In *Hephæstione* p. 45. legitur: ἀλλὰ τυίδ'. Leguntur autem apud *Hephæstionem* p. 45. & p. 46. tres duntaxat hujus odæ versus; primus scilicet primæ strophes, primus secundæ strophes & postremus primæ strophes. *Sylburg.*

Locus vulgo corruptissimus, ille sic concipitur in scriptis *Dionysii Hal.* libris: Ἀλλὰ τυίδ' ἐλθ' ἄιποκα κατ' ἔρωτα τᾶς ἐμᾶς αὐδῶς αἴοισα πολύ. Unde fecimus: Ἀλλὰ τυίδ' ἐλθ' αἴποκα κατέρωτα τᾶς ἐμᾶς αὐδᾶς αἴοισα πολλύ. Citat quoque hæc *Priscianus*, qui habet τυίδ' ἐλθ', & recte omnino, nam τυίδε æolicum pro τῆδε. Nec Æoles solum sed & Cretes quoque sic dicebant, ut ex *Hesychio* constat, cum τυὶ interpretatur ὧδε. Apud eundem quoque legas τύδαι, ἐνταῦθα. Αἰολεῖς pro τυίδε. Sic quoque legendum apud illos, qui de dialectis scripsere. *Voss.*

Pro τῆδ' satis scite *Vossius* τυίδ' cum *Aldus* ediderit τυδ' levi mendo. *Baxter.*

In *Vulg.* ἀλλὰ τῆδ' in *Reg. I.* & *Colb.* τυδ'. *Hudson.*

Τυίδ' ἔλθ' *Voss.* τυίδ' ἔλθ' dubito an satis bene, propter dialysin, quæ ex versu endecasyllabo facit versum dodecasyllabum, sed hæc alias loco suo. *Pauw* p. 139. ad Hephæst.

(8) *Vossius* pro ἄποτε repofuit æolicum ἄποκα. In *Aldino* libro monstrose ponitur ἐλθί πα pro ἐλθ' ἄποκα. *Baxter.*

Ἐλθί ποτε *Vulg.* ἐλθί ποκα *Reg. I.* & *Colb.* Hudson.

(9) Grave vitium in metro, nam κατ' hoc loco longum esse deberet, quod fando nunquam auditum est. Ille alter versus nihilo melior: Τᾶς ἐμᾶς αὐδᾶς αἴοις ἂς πολλάκ' Ἔκλυες &c. Nihilo inquam melior; namque illud ἂς breve esse deberet, quod tale esse non potest. Sic igitur legendam, interpungendam & emendandam existimo hanc strophen:

Ἀλλὰ τῆδ' ἔλθ' αἴποτε καδδ' ἔρωτα
Τᾶς ἐμᾶς αὐδᾶς ἀί' ἂς σὺ πολλάκ'
Ἔκλυες.

Sensus de verbo ad verbum expressus hic erit: *Sed huc veni, si quando alias; & per amorem audi meam vocem, quam tu ante hac exaudiebas*; καδδ' ἔρωτα poëticum est pro κατὰ δὲ ἔρωτα, nihil frequentius; ἀί positum cum apostrophi notula est ἀίε audi. Elegantes & venusti homines de hac emendatione judicabunt; mihi certe ejusmodi esse videtur, ut ea unica, si nihil aliud, pretium his notulis facere possit. *T. Faber & Anna.*

Ex κατ' ἔρωτα fecimus κατέρωτα quod & ipsum est æolicum, pro καὶ ἑτέρωθι. *Hesychius*: κατέρωτα, καὶ ἄλλοτε. Sic lege. *Apollonius* in Grammatica: παρὰ τὸ ἕτερος, ἑτέρωθε, ἀφ' οὗ καὶ τὸ παρ' Αἰολεῦσιν ἑτέρωτα. *Voss.*

Κατ' ἔρωτα] Apage, apage ineptias: perbene *Vossius*: κατέρωτα. *Pauw* ad Hephæst. p. 139.

De κατ' ἔρωτα *Vossius* ex ingenio suo unico vocabulo fecit, κατέρωτα, ex glossographis puto, quod videtur nimis φορτικόν. Nos ἰρῶτα posuimus æolice. *Baxter.*

(10) Quia in libris est: τᾶς ἐμᾶς αὐδῶς αἴοισα πολλύ i. e. τῆς ἐμῆς αὐδῆς πολὺ αἴουσα, τὸ αὐδῶς vel potius αἰδῶς, uti est in alio libro, accipi possit pro cultu & observantia, quemadmodum

Meam vocem tu audieris, (quam crebram acceperas)
Auſcultabas, patriſque domum relinquens
Auream veniſti;

Currum ſubjungens, pulcri vero te egerunt
Veloces paſſeres alis pullis,

Crebras

dum ſæpe alibi: ſed libentius credo, ſi recte ſe habet ſcriptura, αὐδῶς æolice poſitum pro αὐδᾶς, mutatumque ab imperitis in αἰδῶς. Simile mendum jam olim in *Euripidis* Hippolyto v. 78. obſervavimus; ubi enim ille coronam Dianæ offert, iſte occurrit verſus: Αἰδὼς δὲ ποταμίαισι κηπεύει δρόσοις. *Pudor vero rigat rore fluviatili.* Sed pudor, ſive Dea ſive affectus, quid hic ad rem facit? Profecto ſcripſerat *Euripides*: Αὔως δὲ ποταμίαισι κηπεύει δρόσοις. Auroræ eſt enim, non pudoris, matutino rore rigare terram. *Voſſ.*

Aldus immani vitio edidit: τὰς ἐμὰς αἰδὼς. *Baxter.*

Τὰς ἐμὰς αὐδὰς. Vulg. αὐδῶς *Reg. I.* αἰδῶς *Colb.* Hudſon.

(11) Αἴτοις ἄς πολλάκ'] N. L. Quarta ſedes ſpondeum non recipit, ſed trochæum. Hoc igitur metricæ legi repugnat, fortaſſe verſus ita poſſet emendari: αἴτοις, τὰ πόλλ' ἄς pro ἄς τὰ πολλὰ, τυτέςι πολλάκις ἔκλυες &c. Apud *Dionyſium Halic.* ἐν τῷ περὶ συνθέσεως ὀνομάτων, hæc omnia longe pejus ſcripta leguntur, quam hic. Eum conſule p. 26. Quanquam & ibi quædam ſunt, quæ melius habent, quam in *Stephani* editione. Si codex mendo caret, hoc obſervandum, quod Sappho ſui carminis autor arbitratu ſuo nunc protulerit, ut & alia quædam, quæ præter Sapphici carminis leges ab aliis poſtea receptas uſuque longo jam pridem confirmatas leguntur. *Portus.*

Πολλὺ pro πολὺ repoſuimus more æolico, qui ſolebant liquidam iſtam geminare, ut ex Etymologo & aliis conſtat Grammaticis: Itaque & σελλάνα & μέλλος pro σελάνα & μέλος dicebant. Hinc eſt, quod prima in μέλος non tantum a Græcis ſed & a *Perſio* in prologo v. 14. producatur, ubi tamen vulgo pro *melos* reſcripſere *nectar*. Hactenus invocatio. Sequitur dein ἔκλυες & mox ἦλθες & demum λίπα ἀλλ' ἐξίκευτο. *Audivisti, veniſti, ſed cito veniſti.* *Voſſ.*

Cum apud *Aldum* ſit αἴτοις ἀπόλας, levi negotio nos repoſuimus & περιγραφαῖς incluſimus αἴτοισα πόλλας. *Voſſio* placuit αἴτοισα πόλλυ: equidem prætulerim αἴτοισα πολλάκ' τῶ. αἴτοις ἄς πολλάκ' quod in editis eſt & lædit metrum. Sed libentius ſecutus ſum veſtigia Aldini codicis. *Baxter.*

(12) In *Aldino* monſtroſe ſcriptum eſt: ἐκλύευς pro ἔκλυες. *Baxter.*

(13) Itidem apud *Aldum* ἤλθευς pro ἦλθες errore ſcribarum. *Baxter.*

Ἤλυθες perperam in vulgatis. *Hudſon.*

(14) In *Aldino* libro ἅρμα eſt proclivi vitio. *Baxter.*

(15) Ἄγυον. ſcribendum ἄγον, μέτρῳ χάριν, ut recte apud *Dionyſium*. Portus.

De σ' ἄγον nos fecimus æolica ſcriptura τ' ἄγον. *Aldus* ediderat: σ' ἄγων. *Baxter.*

(16) Hos verſus interpretatus eſt *Athenæus* VIII. p. 391. ed. Lugd. ubi de paſſeribus multa ſcitu digna protulit: καὶ οἱ ςρυθοὶ δὲ εἰσιν ὀχευτικοί. διὸ καὶ Τερψικλῆς ἐμφανέντας φησὶ ςρυθῶν, ἐπικαταφόρυς πρὸς ἀφροδίσια γίνεσθαι. μήποτε ὖν καὶ ἡ Σαπφὼ ἀπὸ τῆς ἱςορίας τὴν Ἀφροδίτην ἐπ' αὐτῶν φησιν ὀχεῖσθαι καὶ γὰρ ὀχευτικὸν τὸ ζῶον καὶ πολύγονον. *Sunt & paſſeres ad libidinem proni. Quamobrem Terpſicles eos, qui paſſeribus veſcuntur, in Venerem præcipites eſſe tradit. Num vero & ideo Sappho ex hac hiſtoria ſcripſit,*

Πύκνα δινῦντες πτέρ' ἀπ' ὠρανῶ (17) αἰθέ-
ρος διὰ μέσσω.

Αἶψ' ἀλλ' ἐξίκοντο (18) τὺ δ' ὦ μάκαιρα,
Μειδιάσασ' (19) ἀθανάτῳ προσώπῳ,
Ἤρε' ὅττι γ' ἦν (20) τὸ πέπονθα, (21) κ' ὅττι δ'
Ἦν τι κάλημμι. (22)

Κ' ὅττι γ' ἐμῷ μάλιστ' ἐθέλω (23) γενέσθαι
Μαινόλᾳ θύμω, (24) τίνα δ' αὖτε πειθῶ

Καὶ

scripsit, Veneris currum ab illis trahi, quoniam & ad Venerem prompta est hæc avis & fæcunda. Huc etiam spectat versus ille in Priapum:

Vernis passeribus salaciores. Ursin.

(17) Apud *Dionysium* omnia confunduntur. Ego vero sic versum hunc arbitror emendandum: πυκνὰ δινεύοντες, ἀπ' ὠρὰν' αἰθέρος διὰ μέσσω. Illud vero ὠρὰν' est pro integro ὠρανῶ, quod æolice doriceque dictum in genitivo singulari pro communi ὐρανῦ, utraque diphthongo ου in ω mutata. *Portus.*

Sequentia in libris sic concipiuntur: πτέρυγας μελαίνας πυκνὰ δινῦντες πτέρ' ἀπ' ὠρανώθερος διὰ μέσσω. Priorem vocem correctores absurde mutarunt in πτέρυγας, ac si Veneris currus a nigris traheretur alitibus. Quis non videat legendum esse: περὶ γᾶς μελαίνας πυκνὰ δινῦντες πτέρ' ἀπ' ὠρὰν' αἰθέρος διὰ μέσσω. i. e. περὶ γῆς μελαίνης πυκνὰ δινέοντες πτερὰ ἀπ' ὐρανῦ διὰ μέσα αἰθέρος. Passim occurrit γαῖα μέλαινα estque perpetuum epithetum. *Voss.*

In *Aldi* Rhetoricis levi admodum vitio legimus πτέριγας, de quo *Vossius* nimis audacter extuderat suum περὶ γᾶς μελαίνας. ac si Venus passeribus vecta orbem peregisset lunarem, quod nunquam somniavit Sappho. *Baxter.*

Πτέρυγας μελαίνας πυκνὰ δινεῦντες, ἀπ' ὠρανῶ αἰθέρος. *Vulgati.* δινῆντες πτέραις ἀπ' ὠρανῶ θέρος *Reg. I.* δινῆντες πτέρ' ἀπ' ὠρανῶ θέρος *Colb.* δινέοντες ἀπ' ὠρὰν' αἰθέρος. *Ursinus*, quem secuti sunt *Stephanus, Portus* & *Faber.* Hudson.

In editis est πυκνὰ δινέοντες omisso πτέρ' quod reposuit *Voss.* ex *Aldino* libro, & de *Aldino* δινῆντες fecit δινῦντες, quod & nos secuti sumus. ἀπ' ὠρὰν' αἰθέρος, ita eleganter *Vossius*, secutus vestigia *Aldini* libri, in quo ista monstrose concepta sunt: ὠρανῶ θέρος δ' ἄμευς πω. *Baxter.*

(18) i. e. *Qui cum te advexissent, repente abibant.* Locus est venustus: Sappho enim indicat, Venerem non ad breve temporis spatium ad se venisse. *Anna.*

In αἶψ' ἀλλ' ἐξίκοντο & in δἦυτε κάλημμι secuti sumus librorum fidem, & omnino sunt meliora & αἰολικώτερα, quam quæ vulgo leguntur. κ' ὅττι δἦυτε κάλημμι, *quare jam dudum te invocem.* Voss.

Ita *Voss.* ex *Aldo*, cum in editis sit: αἶψα δ' ἐξίκοντο. *Baxter.*

αἶψα δ' ἀσ' ἐξίκοντο. *Vulg.* αἶψα δ' ἐξίκοντο ediderunt *Ursinus, Steph.* aliique. *Hudson.*

(19) Videtur *Horatius* ad hunc locum respexisse, cum Carm. I. od. 2. v. 33. sq. cecinit:

Sive tu mavis Erycina ridens,
Quam jocus circumvolat & Cupido.

nisi forte homericum epithetum φιλομειδὴς exprimere voluit. *Ursin.*

(20) Τὸ

Crebras vibrantes pennas de cœlo per
Æthera medium.

Protinus vero pervenere: Tu vero, o Beata,
Subridens immortali tuo vultu, quod vero
Rogabas, quodnam erat, quod passa sum, &
Erat, quod te vocarem.

Et quodnam meo maxime velim fieri
Penitus furenti animo, quamve rursus suadam,

Atque

(20) Τὸ ἤρε est pro ἤρεο, hocque *ἰωνικῶς* pro communi ἤρου, quærebas, rogabas, interrogabas, ab ἔρομαι, τὸ ἐρωτῶ. Sic autem hæc sunt construenda: ἤρεο δ' ὅττι ἦν τὸ πέπονθα pro: ἠρώτας δέ τίποτ' ἦν ἐκεῖνο, ὅπερ πέπονθα. Jam in hoc ὅττι τὸ ι est productum metri causa; quod propter ejus ancipitem naturam nequaquam παράδοξον est judicandum. Apud *Halicarn.* scribitur ὅττι quod non est æolicum sed commune; at in sequentibus bis legitur κὤττι pro καὶ ὅττι. In Stephani priore editione ὅττι constanter legitur. In posteriore scribitur: ἤρε' ὅττι & bis χ' ὅττι. Ego in primo quidem loco ὅτ, τι, in reliquis vero κ' ὅτ, τι vel κὤ, τι scribendum esse existimo, quæ sunt αἰολικώτερα. ὅ, τι autem vel ὅτ, τι apud Poëtas dicitur communiter pro ὅπερ, *quod*; distinctionis vero nota solet inseri, ne nomen hoc ex articulo subjunctivo & indefinito nomine τὶς καὶ τὸ τὶ cum conjunctione ὅτι, quæ causam significat, temere confundatur. *Portus.*

(21) In Aldino mendose legitur πέπονθε. *Baxter.*

(22) Χ' ὅττι δεῦρο καλοῖμι i. e. καὶ ὅτ, τι ἦν ἐκεῖνο, δι' ὅ σε δεῦρο καλοῖμι vel hic τὸ ὅττι est conjunctio pro communi ὅτι, geminato τ metri causa. Jam vero τὸ ὅττι sumetur pro διὰ τί *curnam, quam ob causam.* Latinus interpres, dum carminis suavitati sensuique fideliter exprimendo nimis studet, græcorum verborum vim & constructionem negligit, ex quo versionis genere vel nullum vel certe perexiguum fructum lectores percipiunt ad solidam græcæ linguæ notitiam adipiscendam. Quin etiam hæc liberior interpretatio nobis sæpe magnum affert impedimentum, ne germanam scriptorum mentem & acumen intelligamus, & musarum græcarum ornamentis deliciisque nos privat. *Portus.*

Pro eo quod in editis est: ὅττι δεῦρο καλοῖμι. *Vossius* fecit ὅττι δήυτε κάλημμι; cum vero in *Aldino* sit ὅττι δὲ ἦυτε κάλημμι, nos levi negotio reposuimus ὅττι δ' ἦν τε κάλημμι, quod longe videtur concinnius. *Baxter.*

Δύντε κάλημμι Reg. I. δηύτε κάλημμι. *Colb.* Hudson.

(23) Apud *Dionysium* scribitur: Κὤττιγ' ἐμῷ μάλιστα θέλω γενέσθαι, sed Sapphici carminis lex flagitat, ut potius versus hic ita legatur: χ' ὅττ' ἐμῷ μάλιστ' ἐθέλω γενέσθαι vel κὤτ' ἐμῷ μάλιστα θέλω γενέσθαι. In μάλιστα vero τὸ μα propter ancipitem τοῦ α naturam jam producetur. Quanquam fortasse melius vel communiter & poëtice χ' ὅτ, τ' ἐμῷ vel æolice κὤ, τ' ἐμῷ scribere. Qui metrorum sunt periti, nostram sat scio conjecturam haud aspernabuntur. *Portus.*

Stephanus scribit: Κ' ὅττι, itidemque in præcedentibus malim ego χὤττι seu κὤττι. *Sylburg.*

Vossius metu dactyli reposuit: κ' ὅττ' ἐμῷ. *Baxter.*

(24) Μαινόλᾳ valet, insanæ & furenti, quæque mentis suæ non est compos; hoc epithetum tribuitur Baccho ab incerto poëta, cujus versus repe-

Καὶ σαγηνεῦσαν (25) Φιλότητι, (26) τίς τ' ὦ (27)
Ψαπφοῖ ἀδικῇ; (28)

Καὶ γὰρ αἰ φεύγει, (29) ταχέως διώξει.
Αἰ δὲ δῶρα (30) μὴ δέκετ', ἀλλὰ (31) δώσει.
Αἰ δὲ μὴ φιλῇ, ταχέως φιλάσει, (32)
Κ' ὤυκι ἐθέλοις. (33)

Ἐλθέ

reperiuntur apud *Atilium Fortunatianum*, ubi μαινόλις verbum latinis literis notatum eſt:

> *Huc ades o Lyae Baſſaren bicornis,*
> *Manola, bimater, crine nitidus apta.* Urſin.

In Putſchii autoribus Grammaticæ lat. p. 2672. legitur: *Manale, bimater, crine nitidus apte* &c.

Satis ridiculo errore ab *Aldo* editum eſt καινόλα pro μαινόλα. *Baxter.*

(25) Hæc apud *Dionyſ.* corrupte leguntur: τίνα δ' εὖτε πύθωμαι σαγηνεῦσαι φιλότητός σ' ὦ Σαπφοῖ, δίκην. Sed melius in Stephani codice. Quanquam ἡ φράσις eſt ἐλλειπτικὴ· τὸ πλῆρες, τοῦτο, τίνα δ' αὖτε πειθὼ δηλονότι σοι προσοίσω; τίνας πειστηρίους λόγους σοι πάλιν προσοίσω; καὶ τίνα φιλότητα σαγηνεῦσαι σε; τίνα φίλτρα πάλιν σοι προσοίσω σε σαγηνεύσοντα, καὶ θηρεύσοντα ὥσπερ σαγήνη; i. e. *Quam ſuadelam, quæ verba perſuadendi vim habentia rurſus tibi adferam? quibus verbis ad perſuadendum accommodatis iterum te flectere potero, ut me mei voti compotem facias? quæ philtra, quæ venena vim amoris conciliantia tibi iterum præbere potero, ut te capiam, & rebus optatis fruar?* In illis verbis τίνα πειθὼ genus loquendi a rebus bellicis ſumptum dicemus, & πειθὼ tanquam ἑλέπολιν μηχανὴν intelligendam, quam hoſtes ad muros hoſtium capiendos admovent. In illis vero verbis καὶ σαγηνεῦσαι φιλότητα metaphoram a re piſcatoria ſumptam habemus. Quemadmodum enim piſcatores ſagena & retibus piſcatoriis piſces venantur & capiunt, ſic etiam amatores ſuis verborum illecebris & philtris eos capiunt vel capere conantur, quorum amore flagrant. σαγήνην Manilius ſagenam vocat, alii verriculum & everriculum, ut Cicero. Eſt autem rete piſcatorium, quod ab everrenda aqua ſic appellatum. Hinc τὸ σαγηνεῖν, unde τὸ σαγηνεύειν. τὸ τῇ σαγήνῃ θηρεύειν, καὶ ἁλίσκειν τοὺς ἰχθῦς. Valla non dubitat dicere everriculare, pro verriculo captare, venari, capere, ſed hæc in vulgatis lexicis fuſius declarantur. Σαγηνεῦσαι δὲ δωρικῶς καὶ αἰολικῶς ἀντὶ τοῦ σαγηνῆσαι ἤγουν σαγηνεύουσαι, hocque κατὰ χρόνου ἐναλλαγὴν, ἀντὶ τοῦ σαγηνεύσουσαι. Hic autem egregiam τῶν ἐρώντων καὶ τῶν ἐρωτικῶν παθῶν καὶ διαλογισμῶν ὑποτύπωσιν videmus, unde lectorum animi voluptate vix credibili perfunduntur. *Portus.*

Exiſtimat *Portus* poſt hæc verba τίνα δ' αὖτε πειθὼ ſubaudiendum eſſe προσοίσω, aut tale aliquid, ita ut ſenſus ſit, *quam ſuadelam tibi afferam? quam* &c. Sed ſi ſuſpicionem meam circa hunc locum audiviſſet, facile adducor, ut credam, talia non fuiſſe ſcripturum, quæ tam facile refelli queant. Primum omnium exiſtimo legendum eſſe non πειθὼ perſuaſionem, ſed πείθω mutato accentu; induco, ſuaſione impello. Deinde legendum non σαγηνεῦσαι φιλότητα, ſed σαγήνευσ' ἂν φιλότητα idque ſenſu tam eleganti quam facili. *Rogitabas* (nam ἤρεο *interrogabas* quod in ſuperiori ſtrophe legitur, vinculum eſt horum quatuor verſuum) *rogitabas*, inquam, *quid potiſſimum animo meo furenti fieri vellem; quem adoleſcentem in amorem ſuaſionibus meis inducerem, aut reti amatorio captarem; addens hoc quoque, quis te injuriâ afficit, quis tibi moleſtus eſt, mea Sappho?* Illud autem ἂν φιλότητα poſitum fuit pro ἀνὰ φιλότητα; inde major totius rei difficultas tollitur. *Faber.*

Πείθημμι σαγηνέοσαν φιλότητα, i. e. πείθω σαγηνεύουσαν φιλότητα, nam in libris ſcriptis inveni πείθομαι. Σαγηνέοσαν φιλότητα eſt φιλότητα

Atque irretientem amorem: Quis te, ô
Sappho, lædit?

Etenim si te fugit, cito sequetur:
Et si dona non accipit, quin ipse dabit:
Et si non amat, cito amabit,
Et si tu nolueris.

Veni

τηλα αἰχμαλωτίζοντα. *Cujus*, inquit, *o Sappho iterum capta amore teneris?* Sic apud Phædrum IV. 4. v. 4. *formosam & oculis venantem viros.* Vossius.

Magis æolicum θύμω quam θυμῷ. In *Aldi* Rhetoricis pro ἄυτε πεῖθω καὶ inscite scribitur ἔυτε πείθωμαι; de quo *Vossius* fecit: ἄυτε πείθημι, parum advertens, quid sit πειθω isto versu. *Theocriti* ἴυγξ dicitur interpreti græco ad Idyll. II. Pharmaceutria v. 17. Τῇ φύσει ἔχειν ἐρωτικήν τινα πειθώ, *natura sua habere quandam amatoriam suadam.* Baxter.

In vulgatis corrupte, τίνα δ' ἔυτε πύθωμαι σαγηνεῦσαι φιλότητος· σ' ὦ Σαπφῶ, δίκην, nec quidquam fere sanius in *Reg. I.* & *Colb.* nisi quod σαγηνέοσαν præferunt. *Ursinus* & *Steph.* ediderunt: τίνα δ' ἄυτε πειθώ καὶ σαγηνεῦσαν φιλότητα. τίς σ' ὦ Σαπφοῖ ἀδικεῖ. *Hudson.*

(26) Ex *Aldino* reposui pro φιλότητα, φιλότατα, αἰολικῶς. *Baxter.*

(27) Latinus interpres: *Quis lacessit te mea Sappho?* Sed hoc sonant verba: *Quis te, o Sappho, injuriâ afficit? Quis tibi facit injuriam.* Hic τὸ ἀδικεῖ syllabam δι propter ancipitem τῦ ι naturam habet productam. *Portus.*

Ex Æolismo τίς τ' ὦ reposui pro τίς σ' ὦ. *Baxter.*

(28) *Aldus* edidit: ψάπφα ἀδικῆ, de quo nos fecimus ψαπφοῖ ἀδικῆ. *Vossius*: Σαπφοῖ ἀδικῆ, sic & inferius φιλῆ. *Baxter.*

(29) Existimo hæc esse mere historica, atque oden scriptam esse, postquam Phaon ad vitandas Sapphus illecebras se ex Insula Lesbo in Siciliam deportaverat. *Anna.*

In Aldino altera dialecto scribitur ἐι. *Baxter.*

αἰ φεύγει *Vulg.* ἐι φεύγῃ *Voss.* Hudson.

(30) Τὸ ρα in δῶρα producitur ob eandem caussam, quam supra declaravi; vel est trochæus pro spondeo. *Portus.*

(31) *Aldo* vitiose editum est: δὲ κὲτ' ἄλλα, de quo recte *Vossius* δέκετ' ἀλλὰ. *Baxter.*

Μὴ δέχεται τ' ἄλλα δώσει. mendose in vulgatis. *Hudson.*

(32) Nos de φιλήσει fecimus φιλάσει convenientius dialecto. *Baxter.*

(33) Cum in libris scriptis invenerim: ἢ ὐκὶ ἐθέλεις, non dubitavi & sic rescribere, vel potius ἢ ὐκὶ ἐθέλοις more æolico. Est autem συνεκφώνησις ut apud *Homerum* Ιλ. ε. v. 349. Ἢ οὐχ' ἅλις ὅττι γυναῖκας ἀνάλκιδας ἠπεροπεύεις; *annon satis, quod mulieres imbelles decipis?* Voss.

In vulgatis editum est κ' ὅττι κελεύῃς, pro quo *Vossio* positum ἢ ὐκὶ ἐθέλοις. Verum cum apud *Aldum* sit κ' ὠὺκ' ἐθέλος. nos de eo tandem fecimus κ' ὤυκι ἐθέλοις. *Baxter.*

Κ' ὤτι καὶ θέλεις ἐθέλοιμι. καὶ νῦν χαλεπᾶν λῦσον ἐκ μεριμνᾶν in *Vulg.* κ' ὅτι κελεύῃς ἐλθέ μοι &c. *Ursin. Steph.* & *Portus.* κ' ὠυκ' ἐθέλοις ἐλθέ μοι καὶ νῦν. *Reg. I.* & *Colb.* Hudson.

(34) Pro

Ἐλθέ μοι (34) καὶ νῦν, χαλεπᾶν δὲ λῦσον (35)
Ἐκ μεϱιμνᾶν. (36) Ὅσσα δέ μοι πλέσαι (37)
Θύμος (38) ἱμέϱϱει πέλεσον, (39) τὺ δ᾽ αὐτὰ
Σύμμαχος ἔσσο. (40)

VII.

(34) Pro ἐλθέ μοι *Aldo* vitiosissime concipitur ἐθέλοιμι. *Baxter.*

(35) Pro χαλεπᾶν & λῦσον idem corrupte edidit χαλεπὰν & λῦσαν. *Baxter.*

(36) *Aldus* ἐκμέϱιμναν uno vocabulo nulla sententia. *Baxter.*

(37) Aldus τελέσαι singulari σ, pro τελέσσαι uti supra ἄσαισι pro ἄσσαισι duplicato. *Baxter.*

Male

Elia Andrea interprete.

Sedibus gaudens variis dolisque,
O Jovis proles Cypri sempiterna,
Confici ne me patiaris, oro,
Diva, dolore.

Huc ades tandem precibus vocata
Si meis unquam celer adfuisti;
Tecta me propter quia sæpe linquis
Aurea patris:

Et venis curru properante vecta:
Te nigris ad me tenues per auras
Passeres alis agiles ferebant
Æthere ab alto.

Hic jugales vix tibi sunt soluti,
Ore quum tu me, Dea, sempiterno
Incipis, ridens, animum rogare
Quæ mala tangant.

Cur vocem te, quid mihi tum furenti
Maxime poscam fieri, quis autem
Serviat captus mihi. Quis lacessit
Te mea Sappho?

Si

Veni ad me & nunc, durisque ſolve me
Ex curis: quæque mihi te perficere
Animus concupiſcit, perfice; tuque ipſa
Adjutrix eſto.

VII.

Male in vulgatis ὅσα & τελέσαι & ἔσο. *Hudſon.*

(38) Magis placuit nobis æolicum θύμος quam θυμός. *Baxter.*

(39) Voſſius recte reſcripſit ἰμέῤῥει de *Aldino* ἰμέῤῥε, cum in editis ſit ἱμείρει. *Baxter.*

(40) In *Aldino* geminato ſcribitur σ vitioſe, & ὅσσα ſingulari. *Baxter.*

(41)

Sam. Birkovio interprete.

Diva verſutæ Cytherea mentis,
Quæ dolos nectis, Jove nata, damnis
Ne domes, regina precor, gravique
Pectora luctu.

Huc veni, quondam mihi ſupplicanti
Si prece audita Venus adſuiſti;
Aurea dignata domo relicta
Viſere Sappho.

Vecta curru Te tulerunt venuſti
Paſſeres lapſu celeri per orbem,
Crebra jactantes per inane pennas,
Æthere ab alto.

Ilicet ventum eſt: placidoque vultu
Alma ſubridens, rogitas, quid eſſem
Paſſa; Te cœlo quibus invocarem
Anxia curis.

Quid velim; menti maleſana poſcam
Quid meæ: cuinam teneros amores
Suadeam capto: Tibi damna, Sappho,
Intulit ecquis?

Si fugit nunc te, cito prosequetur:
Accipit nunquam? dabit usque dona:
Non amat te nunc? at amabit & quodcunque jubebis.

O favens adsis quoque nunc, meumque
Libera curis animum molestis;
Adjutrix oro mihi sis in omni
Fortis amore.

(41) Ταύτης τῆς λέξεως ἡ εὐέπεια καὶ ἡ χάρις ἐν τῇ συνεπείᾳ καὶ λειότητι γέγονε τῶν ἀρμονιῶν. Παράκειται γὰρ ἀλλήλοις τὰ ὀνόματα καὶ συνύφανται κατά τινας οἰκειότητας καὶ συζυγίας φυσικὰς τῶν γραμμάτων. Τὰ γὰρ φωνήεντα τοῖς ἀφώνοις τε καὶ ἡμιφώνοις συνάπτεται μικροῦ δεῖν δι᾽ ὅλης τῆς ᾠδῆς, ὅσα προτάσσεσθαί τε καὶ ὑποτάσσεσθαι (42) ἡμιφώνων δὲ πρὸς ἡμίφωνα; (43) καὶ φωνηέντων πρὸς ἄλληλα συμπλώσεις αἱ διασαλεύουσαι τοὺς ἤχους, ὀλίγαι πάνυ εἰσίν. Ἔγωγ᾽ οὖν ὅλην τὴν ᾠδὴν ἀνασκοπούμενος, πέντε ἢ ἓξ ἴσως εὗρον, ἐν τοῖς τοιούτοις (44) ὀνόμασι καὶ ῥήμασι καὶ τοῖς ἄλλοις μορίοις, ἡμιφώνων τε γραμμάτων συμπλοκὰς τῶν μὴ πεφυκότων ἀλλήλοις κεράννυσθαι, καὶ οὐδὲ ταύτας ἐπὶ πολὺ τραχυνούσας τὴν εὐέπειαν (45) εὑρίσκων. Φωνηέντων δὲ παραθέσεις τὰς μὲν ἐν τοῖς κώλοις αὐτοῖς γινομένας, ἔτι ἐλάττους ἢ τοσαύτας. Τὰς δὲ συναπτούσας τὰ κῶλα ἀλλήλοις, ὀλίγῳ τινὶ τούτων πλείονας. Εἰκότως δὴ γέγονεν ἡ λέξις εὔρους τις (46) καὶ μαλακή, τῆς ἁρμονίας τῶν ὀνομάτων μηδὲν ἀποκυματιζούσης τὸν ἦχον. Ἔλεγον δ᾽ ἂν καὶ τὰ λοιπὰ τῆς συνθέσεως ταύτης ἰδιώματα, καὶ ἀπεδείκνυον ἐπὶ τῶν παραδειγμάτων τοιαῦτα ὄντα, οἷα ἐγώ φημι, εἰ μὴ μακρὸς ἔμελλεν ὁ λόγος γενήσεσθαι, καὶ ταυτολογίας τινὰ δόξαν παρέχειν.

(41) Judicium *Dionysii Halicarnassensis* de Sapphus ode transcriptum ex editione Hudsoniana.

(42) Post ὑποτάττεσθαι desideratur verbum φιλεῖ, ut supra, ὡς τὰ πολλὰ χρῆσθαι φιλεῖ, aut πέφυκε, ut paulo post, τῶν μὴ πεφυκότων ἀλλήλοις κεράννυσθαι, vel aliud consimile. *Sylburg.*

(43) Πρὸς

Si fugit jam te, cito te fequetur:
Si tuum fprevit, dabit ipfe munus:
Suavium avertit? tibi vix volenti
Porriget ultro.

Jam veni, jam nunc; miferisque mentem
Libera curis: fieri quod optem,
Id lubens, oro, facias; & armis
Protege fumptis.

Hujus orationis venuftas & gratia ex contextu verborum & compofitionis lævitate proficifcitur. Nam verba fibi invicem apponuntur, & neceffitudine quadam ac naturali conjunctione literarum contexta implicantur. Mutis fiquidem & femivocalibus vocales per totam fere oden, quæ præponi foleant aut poftponi, coaptantur. Sunt autem femivocalium cum femivocalibus vocaliumque inter fe concurfus, qui fonos perturbent, prorfus pauciffimi. Mihi quidem totam diligenter oden difpicienti, inter tot nomina & verba; aliasque partes orationis, quinque aut etiam fex literarum femivocalium connexiones, quæ fibi invicem à natura permifceri nequeant, repertæ funt; easque non ita multum invenio dictionis aptam concinnitatem exafperare: vocalium concurfationes, quæ ipfis membris acciderunt, aut totidem aut etiam pauciores: earum vero, quæ mutuo fibi membra connectunt, paulo plures. Jure itaque facta eft hæc oratio inprimis & pulcre fluens & mollis; fiquidem verborum ftructura fonum non reddit inquietum. Cætera quoque huic compofitioni quæ familiaria funt & propria, enarraffem, & quæ mihi funt tradita hac de re exemplis allatis vera effe oftendiffem, nifi quod in nimium inde excrevisfet oratio, & quandam iterationis otiofæ fpeciem præbuiffet.

(43) Πρὸς ἡμίφωνα ἢ ἄφωνα *Reg. 1.* Hudfon.

(44) Si quantitatis adjectivum malis, τοσούτοις, per me licet. *Sylburg.*

(45) Τὴν εὐέπειαν deeft *Reg. I. & Colb.* Hudfon.

(46) Εὕροις τις ἡ λέξις *Reg. I.* Hudfon.

VII.

(1) Ἤ σε Κύπρος ἢ Πάφος ἢ Πάνορμος (2)

VIII.

Εἰς Ἀφροδίτην.

(3) Ἐλθὲ, Κύπρι, χρυσείαισιν
Ἐν κυλίκεσσιν ἁβροῖς
Συμμεμιγμένον θαλίαισι
Νέκταρ οἰνοχοοῦσα
Τούτοισι τοῖς ἑταίροις
Ἐμοῖς γε καὶ σοῖς.

IX.

Πρὸς (1) γυναῖκα ἐρωμένην (2)

(3) Φαίνεταί μοι κῆνος (4) ἶσος θεοῖσιν (5)

Ἔμμεν

(1) Versus hic legitur apud Strabonem lib. I. *τῶν γεωγραφουμένων* pag. 40. edit. Paris. 1620. Opinor autem esse ex ode aliqua ad Venerem. *Alcman.* apud Eustath. ad Ιλ. β. pag. 231, 17. ed. Bas. Κύπρον ἱμερτὰν λιποῖσα, καὶ Πάφον περιῤῥύταν. *Cyprum amabilem relinquens & Paphum circumfluam.*

Horatius ad Venerem Carm. I. od. 30. v. 1. seqq.

O Venus Regina Gnidi Paphique,
Sperne dilectam Cypron, & vocantis
Thure te multo Glycera decoram
Transfer in ædem. Ursin.

(2) Paphum oppidum esse insulæ Cypri, quod hic significat Strabo, notum est. Panormus quoque alius ejusdem insulæ locus fuisse videtur. Sed ego ejus adhuc alibi mentionem fieri non reperi; non memini certe. Fortasse scripsit *Sappho*, ἢ πάνορμος. Sic *Homero* λιμένες πάνορμοι Odyss. V. v. 195. Sane *Strabo* lib. XIV. p. 683. Paphi portum commendat. Sed de hoc docti judicent. *Casaub.*

(3) Exstat in *Athenæi* lib. XI. p. 463. E.

(1) Alii: *Ἆσμα εἰς κόρην* Ode in puellam. Neque Tan. *Fabri* de hac Ode, neque Wilhelmi *Baxteri* de emendatione Is. *Vossii* judicium, quod legitur in ejus Anacreonte p. 128. sq. ed. Lond. 1695. 8. afferre lubet, quia hoc æquitatis, illud pudoris terminos migrare videtur. v. *Gaconi* Anacreont. p. 343. sq.

(2) Exstat in Jacobi *Nicolai Loensis* Miscellaneis Epiphyllidibus lib. VIII. c. 4. Suppl. T. V. Lamp. *Gruter.* pag. 583. in Tan. *Fabri* Parte I. Epistolarum p. 161. in Anacreonte Tan. *Fabri* p. 99. *Annæ Daceriæ* p. 248. *Longapetræi* p. 380. *Baxteri* ed. 1695. 8. p. 124. absque notis & p. 128. ex emendatione Is. *Vossii* & ed. 1710. 8. cum notis. *Gaconi* p. 351. in Catullo *Mureti* p. 57. b. & *Vossii* p. 113. in Longino *Tollii* p. 76. *Hudsoni* p. 34. & Zach. *Pearce* p. 38. in *Mattaire* Dialectis Græcæ Lingvæ p. 283. in *Actis Erud.* germanica L. scriptis P. LX. p. 918.

(3) *Longini* libellus περὶ ὕψους mihi semper plane admirabilis visus est, sed in eo præcipue loco, ubi de hoc poëmatio sententiam fert. Eum igitur legat, qui scire velit, quid sit cum judicio legere. Nihil addam, nisi hoc unum ad cognitionem

VII.

Seu te Cyprus habet, seu Paphus, aut Panormus.

VIII.

In Venerem.

Ades, Venus, aureis
In poculis, elegantibus
Commixtum germinibus
Nectar ut affundas
His amicis
Meisque tuisque.

IX.

Ad mulierem adamatam.

Videtur ille mihi par Divis

Vir

tionem artificii. Septies repetitam fuisse in octo exiguis versiculis particulam δὲ, quæ deficientis corpusculi animique paulatim cadentis imaginem ingeniosissime effingit. En tibi exempla: ἂν δὲ λεπτὸν, ὀμμάτεσσι δὲ, βομβεῦσιν δὲ, καδδὲ [i. e. κατὰ δὲ] τρόμος δὲ, χλωροτέρη δὲ, τεθνάκαι δὲ. Idque tanto magis observes, quod ei particulæ locum in octo superioribus versibus nullum esse videas. Scio, qui dicturi sint, isthæc esse somnia hominis otio abutentis. Sed hoc etiam scio, talem ei non fore hanc observationem, qui *Dionysium* Halicarnassæum περὶ συνθέσεως legerit; nam *Dionysius* certe in illo opere non somniabat. *Faber.*

Codicem primum nacti Vossianum ipsius Vossii beneficio, in quem variantes carminis hujus lectiones è MS. Bibliothecæ Regiæ Parisinæ transscriptæ erant, deinde & ipso illo codice MS. Parisiis consulto; post & excerpta quædam alia è Longini vetere codice alio adepti emendare jam olim hoc Sapphus carmen conati sumus. Prodiit interea Vossiana *Catulli* editio, & in ea Viri eruditissimi in idem carmen notæ atque emendationes, in quibus aliqua & à nobis in eandem sententiam formamque restituta, nonnullisque amicis tum temporis ostensa. Qua de causa monendum lectorem existimavimus, ne aliena sublegisse videamur. Et ille quidem breviter veluti digitum tantum in singula intendit, nos in imperitiorum usum plusculа firmandis emendationibus contulimus. Noluimus igitur quidquam de pridem notatis mutare, licet trium postea MSS. Vaticanorum, Venetique S. Marci Codicum lectionibus usi: sed in quibus nil ferme alicujus momenti à Parisino codice diversum reperimus. *Toll.*

Odarium Sapphus, cujus ultima pars periit, adeo usque lancinatum est à correctoribus, ut in isto hodie ipsa se *Sappho*, si adesset, esset quæsitura. Emendavit jam olim istud Henr. *Stephanus* & Franc. *Robortellus* libro & capite I. emendationum. [Tom. II. Lampad. Gruter. pag. 29.] Sed Robortellum, quod Mureti gloriam, qui idem ad Catullum præstiterat, in se transmovere voluerit, male excipit Car. *Sigonius* Emendat. I. 3. (ib. p. 148.) Leguntur etiam aliqua ad ejus explicationem facientia apud Guilh. *Canterum* lib. V. c. 27. Nov. Lect. (Tom. III. Lamp. Grut. p. 637.) & Jac. *Nicolaum Loënsem* Miscell. Epiphyll. lib. VIII. c. 4. (ib. in Supplemento Tomi V.

mi V. pag. 583.) ut & If. *Casauboni* Lectionibus Theocriticis (ubi frustra ea quæruntur) & alios. If. *Vossius* ad Catullum in reliquos ejus interpretes ὅλῳ μυκτῆρι, ut solet, utitur, dataque opera ostentare videtur voluisse, non tam se *Sapphus* carmen emendare, quam αἰολισὶ optime intelligere. Ipsum superare etiam conatur J. *Tollius*. Jam nobis etiam aliquid permittemus, quum norimus, ὅτι ἀγαθὴ καὶ μάζα μετ' ἄρτον. *H. L. Schurzfleisch* in Longino ad fidem codicum à Tollio omissorum recensito Vitemb. 1711. 4. pag. 26.

Multa indigna tulit Ode hæc elegantissima & à librariis & à Criticis, in quorum manus incidit. Male quoque scripta est in Codice antiquo regio, ubi neque versuum distinctio neque interpunctio neque orthographia observatur. Melius tamen fuisset eam intactam relinquere, quam totam prorsus immutare. Omnes fere æolismi ex illa sublati sunt, multa in ea resecta, alia addita, alia mutata, alia denique transposita. *Vossius*, qui Codices evolverat, primus observavit, parum diligenter Criticos in hac ode corrigenda versatos fuisse. En ejus verba in notis ad Catullum: *Sed ipsam nunc Lesbiam Musam loquentem audiamus; cujus odam celebrem nobis Longini beneficio emendatam ascribemus. Nam certe in hac corrigenda Viri docti operam lusere.* Crebrius tamen, quam quod opus fuit, ipse Vossius à MSto illo Regio discedere videtur. *Boivin* in notis in Longinum quæ leguntur in Operibus Boilavii Despræi Parisiis, Amstelodami & Genevæ editis, atque in editione Longini Oxoniensi 1717. 8.

Sappho fuit Poëtria Lesbia, Sapphicique (quale est hæc ode) carminis inventrix: cujus tamen nullum ferme poëma extat, si excipias hanc oden, unamque aliam, quæ apud *Dionysium* Halicarn. περὶ συνθέσεως &c. legitur. Titulus hujus odes apud *Ursinum* in fragmentis Sapphus est: πρὸς γυναῖκα ἐρωμένην; & recte quidem; *Plutarchus* enim, (ut prætercam testimonia *Tatiani*, *Maximi Tyrii*, *Suidæ*, & *Philostrati* in vita Apollonii Tyan. quæ edidit *Hesinus*) in Ἐρωτικῷ habet hæc verba: ἡ καλὴ Σαπφὼ λέγει, τῆς ἐρωμένης ἐπιφανείσης τήν τε φωνὴν ἴσχεσθαι &c. Adde quod Strabo & Athenæus nos docent, nomen huic mulieri fuisse *Doricam*, eamque à *Charaxo* Sapphûs fratre amatam fuisse. Puta igitur, Lector, hanc Doricam, amicam infamem Sapphûs, familiariter Charaxum sermone hospitioque excepisse; imo in amatoris loco habuisse. Intervenit derepente Sappho, vidit, vehementer commota est; & in hac ode conatur ea omnia, quæ tunc animo furens passa est, exprimere. Hoc est, ut opinor, Odes argumentum: Ille igitur, cui hæc nota sunt, parum probabit *Boilavii*, qui hanc Oden sermone gallico donavit, sequentes versus:

- - *dans les doux transports, où s'égare mon ame*
Et - - *je tombe en de douces langueurs.*

vox enim *doux* longe aliter sonat, quam furentis animi *Sapphus* æstus requirit. Apud *Catullum* extat hujus odes (non versio ut vulgo putant, sed) Imitatio: multa enim mutavit, ut ea ipsi suæque Lesbiæ convenirent, nec eam totam in animo habuit latine exprimere: unde eos censeo Criticos errasse, qui vellent hanc Oden ad Catullianæ imitationis fidem emendare. Nec solum *Catullus* eam imitatus est, sed & *Lucretius* lib. III. v. 153. huc respiciens ait:

Verum ubi vehementi magis est commota metu mens,
Consentire animam totam per membra videmus:
Sudores itaque & pallorem existere toto
Corpore, & infringi linguam vocemque aboriri,
Caligare oculos, sonere aures, succidere artus:
Denique concidere ex animo terrore videmus
Sæpe homines, ————

Liceat tandem mihi hic subjungere ea, quæ *Virgilius* in Æn. IV. v. 68. de Didonis furioso amore protulerit; cum vix minus, quam Sappho, ille ibi suam descriptionem sublimem effecerit, præcipuas circumstantias eligendo & in unum consociando:

Uritur infelix Dido, totaque vagatur
Urbe furens: ————
Nunc eadem labente die convivia quærit,
Iliacosque iterum demens audire labores
Exposcit, pendetque iterum narrantis ab ore.
Post ubi digressi, lumenque obscura vicissim
Luna premit, suadentque cadentia sidera somnos,
Sola domo mæret vacua, stratisque relictis
Incubat, illum absens absentem auditque videtque:
Aut gremio Ascanium, genitoris imagine capta,
Detinet, infandum si fallere possit amorem:
Non cœptæ assurgunt turres, non arma juventus
Tuta

Tuta parant, pendent opera interrupta, minaque
Murorum ingentes, aequataque machina caelo.
Pearce in not. ad Longin.

Extat haec Ode apud Dionysium *Longinum* ἐν τῷ περὶ ὕψους λόγῳ Sect. X. quam à *Catullo* paene ad verbum conversam multi jam admonuerunt. *Ursinus*, qui Catulli metaphrasin & loca *Dionysii* atque *Plutarchi* ἐν τῷ Δημητρίου βίῳ affert, quorum verba post hanc Oden Lectoris oculis subjicere lubet.

(4) In initio statim rescripsimus Φαίνεταί Fοι κῆνος, quemadmodum citatur ille locus ab *Apollonio* Alexandrino in Grammatica (MS.) nam Fοι Æolrs dicebant pro μοι, & iidem ϝνὴρ vel ϝὴρ pro ἀνήρ. *Voss.*

Quod *Vossius* hic Fοι pro μοι è vetere Grammatico contra libros MSS. omnes restituit, non tam improbo, quam non & paulo post factum miror, ubi τό μοι τὰν legitur. Nam tum & hic τό Fοι τὰν reponendum fuerat. Κῆνος aeolicum est, uti doricum τῆνος. *Priscianus* lib. I. 'Fι Diphthongo nunc non utimur, sed loco ejus in graecis nominibus e vel i productas ponimus. Et in priore sequimur Æoles. Illi enim τῷ Δημοσθένη dicunt pro Δημοσθένει & ἦπον pro εἶπον. *Terentianus Maurus*:

Inde vertunt hanc in η saepe diphthongum Graji,
Quando quos ἱππεῖς solebant, aut ἀχαρνεῖς dicere,
Levigant, ἱππῆςque potius aut ἀχάρνης nominant.

vid. & Schol. *Hesiodi* p. 147. Autorem *Etymolog.* in παρειά, ἀη, ἀηδών &c. & *Stobaeum* in dictis philosophorum pythagoricorum, unde innumera peti poterunt exempla. *Tollius.*

Φαίνεταί Fοι legerat olim graecus Grammaticus *Hephaestion.* (leg. *Apollonius*) quem & *Vossius* secutus est; unde patet multa à Librariis innovata in dialectis. *Baxter.*

In editione principe manca est haec ode & luxata, incipiens ab hisce verbis: κῆνος ἴσος θεοῖσιν, prout edidimus, occurrit in edit. *Veneta* aliisque. Verum Æolum more Fοι κῆνος pro μοι κεῖνος ex *Apollonio Alexandrino* in Grammatica rescripsit *Vossius* ad Catullum p. 113. Contra μοι faciunt omnes MSS. κῆνος vero habet MS. *Ambros.* Hudsonus.

Contra omnium MSS. fidem Φαίνεταί Fοι κῆνος ἴσος θεοῖσιν emendavit *Vossius*, *Apollonii* Grammatici auctoritate fretus, qui tamen potuit falli. Pro F aeolico enim, quod ad Athenaeum *Casaubonus* & *Salmasius* in Epistolis satis docuerunt, Æoles, inprimisque Lacones, Cretenses & Pamphilii etiam scribebant B. Jam notum est in vulgus, B & M in MSS. vix à se posse secundum librariorum scripturam distingui. Potuit ergo esse, ut BOI vel FOI in MSS. legerit *Apollonius*, quum MOI legendum esset. At vero talem errorem tanto tribuamus Grammatico? Immo vero homo fuit, idemque Apollonius, qui etiam articulum vocavit τὸ ὦ, quod vocativis praeponere solemus casibus, quum sit adverbium. Deinde neque rationem video, quare Æolibus in unica hac voce M in F sit commutatum. Si qua tamen est, cur non etiam audet in accusandi casu Fε pro με scribere Vossius? Porro confusio inde extaret. Nam pro οὗ & οἷ, quomodo aliter, quam Fοῦ & Fοῖ Æoles scripsisse credamus? Νέσορα δὲ Fοῦ παιδός citat nescio quo è Poëta *Priscianus* lib. I. qui late de aeolico digammate agens, hujus rei non meminit. Cyprii, ut Hesychius ait, γίο pro ϝ scribunt. Sed mendum est in *Hesychio*. Fεῖο enim scribendum esse, alia ibidem vitiosa, qualia γεῖνος, γίσχυς & similia, quae in Fοῖνος & Fίσχυς mutanda sunt, satis comprobant. At, inquiunt, etiam vocum initio tamen praefigebatur tertia olim litera, ut γέτο & γδοῦπος apud *Eustathium* ad Odyss. M. p. 1722. & apud eundem ad Odyss. X. p. 1926. ed. Rom. γεῖνος pro ῥινός evincunt. Verum ut illi non demonstrare possunt, quod aeolica omnino dialectus intelligenda sit, quum Homeri interpres ita dici κατά τινα γλῶτταν vel κατὰ τὴν τῶν Ηπειρωτῶν διάλεκτον dicat: ita eodem modo legendum esse apud *Hesychium* jam ante monuit, ne quid dissimulem, Angelus *Caninius.* Sane quidem fatendum est, librariorum vitia, ut *Casaubonus* olim jam observavit, hodieque in *Pindaro*, *Theocrito* aliisque minus vulgo nota dialecto usis scriptoribus reperiri. Nihilominus idem non ausus fuit in *Pindaro* Olymp. I. v. 132. Τάκέ τις ἀνώνυμον γῆρας κ. τ. λ. quum tamen ita laudarent *Pindari* locum Grammatici, pro vulgato, τί κέ τις, rescribere. Opponunt denuo, esse tamen hoc αἰολικώτατον. Finge ita rem se habere, quod nunquam tamen concedo: Cur vero nec *Vossius*, nec *Tollius*, scribunt etiam ἰσδάνη pro ἵζάνει, uti ὕσδων pro ὄζων alibi legitur; quum ἵζάνει non satis sit aeolicum, neque αἰολικώτατον sit,

ἔμμεν ὠνὴρ, (6) ὅςις ἐναντίον τοι (7)
ἰζάνει, (8) κὴ πλασίον ἀδὺ φωνεύ-
σας (9) ὑπακύει.

Καὶ

sit, spiritum densum sub emendatione hujus carminis aliquando retinere, aliquando vero rejicere? Denique ratio nulla est, cur libris MSS. omnibus diutius resistamus, nisi quod *Apollonius* locum hunc non aliter citaverit in Grammatica sua. Grammatica illa nondum edita extat in Bibliotheca Galliarum Regia, evolvitque eam etiam Ez. Spanhemius, ut suspicamur ex Observat. in *Callimach.* pag. 723. Operæ nunc pretium esset ipsam ad manus esse. Sed dicam jam, donec eam nanciscamur, quod sentio. Aut fallitur Apollonius, si FOI pro MOI dici à Sapphone asseverat, aut putavit pro OI accipiendam esse dictionem, ut sensus sit: *Merito ille sibi in cælum videtur abire, qui tibi præsenti adest, ut ego.* Hanc interim lectionem, etsi fortasse ferri posset, restitavit *Catullus*, quando interpretatur: *Ille* MI *par esse Deo videtur.* Κῆνος in MS. Ambr. recte se habet: κατὰ μὲν τὴν διάλεκτον. *Schurzfleisch.*

Post tot viros doctissimos hanc Oden velle emendare, vereor, ne mihi non concedatur: sed vetustissimi MSti Paris. aliorumque MStorum vestigia secutus multa hic emendanda censeo: nam pro vulgato κεῖνος MSti Par. & Ambr. habent κῆνος, quam lectionem etiam *Vossius* protulit ex *Apollonio* Alexandrino in Grammatica; notavit item *Joh. Grammaticus* in suo de dialectis tractatu, κῆνος æolice dici pro ἐκεῖνος, fortasse tamen legendum est: τῆνος pro ἐκεῖνος, quæ vox æolice scribentibus usitatior est. *Pearce in emend. ad Longin.*

In Excerptis *Apollonii* Dyscoli Spanhemianis legitur Sect. περὶ τῆς ἐκεῖνος. Αἰολεῖς κῆνος. Φαίνεταί μοι (non Foι) κῆνος ἴσος θεοῖς ἔμμεν ὠνήρ. Σαπφώ. Sed in Sect. περὶ τῆς ἐμοί, σοί, οἷ. Αἰολεῖς σὺν τῷ F Φαίνεταί Foι κῆνος. Σαπφὼ &c.

(5) Sic & Polyxena apud *Euripidem* in Hecuba v. 354.

Δέσποινα δ' ἡ δύςηνος ἰδαίαισιν ἦν
Γυναιξὶ, παρθένοισί τ' ἀπόβλεπτος μέτα,
Ἴση θεοῖσι πλὴν τὸ κατθανεῖν μόνον.

Domina vero infelix Trojanas eram
Mulieres virginesque inter conspicua,
Similis deabus, præter mori solum.

Felices autem veteres non Diis tantum pares, sed & ipsos Deos prædicabant. Electra apud *Sophoclem* v. 150.

Νιόβα, σὲ δ' ἔγωγε νέμω θεόν.

Niobe, te vero egomet existimo Deam;
i. e. felicissimam te prædico.

Et adolescens amator apud *Plautum* in Curcullione Act. I. Sc. 3. v. 11. cum amicam videret: *Sum Deus;* subjiciente facete servo: *Imo homo haud magni preti.* Quod autem nostra ait: ἴσος θεοῖσιν, latine cum *Plauto* verteris: *Dis aequiperabilis.* Ibidem enim mox sequitur: *Quid vidisti, aut quid videbis Dis magis aequiperabile?* Tollius.

Extat Epigramma in *Antholog.* lib. VII. n. 136.

Εὐδαίμων, ὁ βλέπων σε· τρισόλβιος, ὅςις ἀκούει·
Ἡμίθεος δ' ὁ φιλῶν· ἀθάνατος δ' ὁ γαμῶν·

Felix qui te videt: ter felix, qui te audit:
Semideus, qui osculatur: immortalis, qui congreditur. Longapetræus.

(6) Apud *Longinum* à patre meo olim emendatum legitur ἔμμεν' ἢ μήν. *Portus.*

V. C. ὠνὴρ, æolice pro ὁ ἀνήρ. Mutare enim solebant vocales, præsertim α in ω. *Pindarus* apud *Stobaeum* Serm. XI. p. 136. ed. Genev. A. 1609.

Ἀρχαὶ [Ἀρχὰς] μεγάλας ἀρετᾶς ὦνασσ' [pro ἄνασσ'] ἀλάθεια.

Principia magna virtutis promovet veritas.

Alcaeus apud Heraclidem Ponticum in Allegoriis Homeri

Vir esse, qui adversus te
Sedet, & propiùs dulce prosantem
Te auscultat.

Et

Homeri p. 413. Opusculorum Galei, ubi alia extat lectio:

Τὸ δ' ἔνϑε κῦμα τῶ προτέρ' ἀνέμω σίχει.

Quando hic fluctus priore vento procedit; uti eo loco legendum monuit Douza. Sed quid hic faciet ὤνηρ, inquiet aliquis, cum *Sappho* certe vir non fuerit? Sed quod non fuit, induit. Unde & *mascula* dicta *Horatio* & *Ausonio* meo. Neque tamen illud ἦ μὴν plane rejectitium puto. Ἦμεν æolice id est εἶναι scriptum fuit: pro quo alii ἔμμεν substituerunt. *Diotogenes* Pythagoricus apud *Stobæum* Serm. 46. de regno p. 330. ed. Genev. A. 1609. στραταγὸν τ' ἀγαθὸν ἦμεν, *bonum Imperatorem esse*, pro εἶναι & ita passim *Theages* apud *Stobæum* Serm. I. de virtute pag. 8. sqq. Alias perquam ingrata sit auribus illa repetitio: Ἔμμεν ἦ μὴν, nec est ut delicatissimam puellam ita scripsisse suspicemur. Et tum Ἦ μὰν vel Ἆ μὰν legendum foret, uti Æoles loqui solitos vel ex *Pindaro* constat. *Tollius.*

Vossius legit probabili ratione ἔμμεν ὤνηρ. *Baxter.*

Ita primus quod sciam, edidit Vossius, ὤνηρ æolicum ponens pro ὁ ἀνήρ. ὦνηρ malit *Schurzfleischius*, quod æolismus tonum retrahat, densoque spiritu careat. In *Cod. Vat.* Ἐμμένων ἥρως, in edit. *prima:* ἐμπρέπων ἥρως, in *edit. Ven.* ἔμμεν ἢ μὴν, quo modo *Portus* & *Faber.* Ἔμμεν ἀνὴρ *Stephanus* cum aliis, (leg. potius: *Ursinus, Stephanus, Portus, Faber* aliique: Ἔμμεν' ἀνήρ,) in MS. *Ambros.* Ἐμμένων ἥρως τις. *Hudson.*

In MS. *Ambros.* confusæ inter se sunt dictiones. Ezech. *Spanhemius* ad Callimach. p. 502. è veteri Codice *Vossii* emendationeque ejusdem: Ἔμμεν ὤνηρ ὅστις, rescripsit. Æolismus, qui tonum retrahit, densoque spiritu caret, ὤνηρ potius requirit. *Schurzfleisch.*

Manutius: Ἔμμεν' ἦ μὴν ὅς τις, sed cum editio *prima* habet ἐμπρέπων ἥρως, ὅς &c. & cum *Vatic.* duo habent Ἐμμένων ἥρως τις, cumque MSti *Paris.* & *Ambr.* & *El.* habent Ἐμμένων ἥρως τις, legendum omnino censeo cum Cl. Vossio: Ἔμμεν' ὤνηρ ὅστις. Vox ὤνηρ æolice dicitur pro ὁ ἀνὴρ, ut *Corinthus* in tractatu suo de dialectis notavit ὦλλος legi pro ὁ ἄλλος & in *Theocrito* Ὤδωνις legitur pro ὁ Ἄδωνις & *Herodotus* lib. I. c. 162. dicit: ἔτος ὤνηρ. *Pearce.*

(7) Alii legunt: ἐναντίος τοι. *Ursin.*

Vossius reposuit ἐναντίος τοι, sed nil opus. *Baxter.*

Sappho alibi ad formosum: Στᾶϑι κἄνϑα φίλος &c. v. num. XXXVIII. Ut pasceret scilicet oculos suos amore dulci ebrios, quam voluptatem nemo Lucretio meo mollius expressit, ubi de Marte ad Venerem respectante ait lib. I. v. 36.

Atque ita suspirans tereti cervice reposta
Pascit amore avidos inhians in te, Dea, visus.

Achilles Tatius lib. I. p. 35. Οὐκ οἶδας, οἷόν ἐστιν ἐρωμένη καὶ βλεπομένη, μείζονα τῶν ἔργων ἔχει τὴν ἡδονὴν &c. *An nescis majorem in exoptata virgine contemplanda voluptatem esse, quam in contrectanda.* vid. *Casaub.* ad Athen. p. 864. & lib. VII. *Antholog.* Græc. Latini *astare contra* dixerunt. *Plautus* in Persa Act. II. Sc. 2. v. 26. *Quid ages? fœminam scelestam te astans contra contuear.* Tollius.

Ἐναντίος τοι *Manutius* aliique; ἐναντίος σοι *edit. pr.* ἐναντίον τοι *Ursinus, Stephanus, Portus* aliique. *Hudson.*

(8) Ἰσδάνει quam ἰζάνει malit *Schurzfleisch* utpote αἰολικώτερον. *Hudson.*

(9) Variant libri veteres; pro ἀδυφώνεισαι enim, ἀδυφωνήσας in aliquibus codicibus scriptum est. *Ursin.*

Καὶ γελώσας (10) ἱμερόεν (11) τό μοι τὰν (12)

Καρ-

Lego cum veteri Codice ἀδυφωνεύσαις, more Æolum, qui α in αι mutabant, ut καλαὶ pro καλά. Sic *Alcaus* apud *Hephastionem* p. 35, 2.

Νύμφαις ταῖς Διὸς ἐξ Ἀιγιόχω φασὶ τετυγμέναις.

Nymphas, quas ex Jove Ægiocho ferunt genitas.

ubi Janus *Douza* frustra fuit, cum τὰς τετυγμέναις legeret, ut in margine sui codicis testatum voluit. Idem *Alcaus* apud *Athen.* X. p. 430. D.

Καδδ' ἄνειξε κυλίχναις μεγάλαις, ἄιτ' ἔπι ποικίλαι.

Distribue pocula majora, qua sunt variata.

Ita namque illic legendum arbitror. *Priscianus* lib. I. *Æ ponitur pro a, ut* Æsculapius pro Ἀσκληπιός: *in quo Æoles sequimur.* Illi enim νύμφαις pro νύμφας, & φαισιν pro φασὶν dicunt. Sic & ἄιτις pro ἅτις dorice vel ἥτις comm. Lacones dixisse ex *Aristophane* constat. Alii nonnulli legunt: ἀδυφώνω σεῦ υπακόει. *Tollius.*

Pro φωνείσας & sequenti γελώσας nos reposuimus poscente dialecto φωνείσας & γελοίσας, etsi magis æolicum sit φωνεοίσας & γελασίσας: raro enim hæc dialectus utitur contractis. In causa erat metrum. *Vossius* de suo fecit γελάις in infinitivo. *Baxter.*

Ἀδυφώνω σεῦ *Manutius* edidit. MS. *Ambros.* corrupte: Ἀδυφων. σαῖς. *Stephanus*: Ἀδυφωνεύσας. Nisi ἀδυφωνεύσαις *Tollii* recta est lectio, possit fortasse non incommode etiam legi: Ἀδυφώνω σεῦς. Σεῦς αἰολικῶς pro σεῦ, quomodo dixerunt pro σοῦ Dores. Auctor est *Priscianus*, qui lib. XIII. ita pergit: *Apud Græcos* ἐμοῦ & ἐμοῦς *dorice*, σοῦ & σοῦς, οὗ & οὗς *dici solet.* Schurzfleisch.

Sic vulgo. Ἀδυφωνείσας in *edit. prim.* ἀδὺ φωνείσας *Stephanus*, *Portus* & *Commelinus*. Ἀδυφώνω σεῦ *Venet.* & *Ursin.* ἀδυφωνεύσαις Æolum more malit *Tollius*; ἀδὺ φωνείσας *Boivinius*, aut potius, (cum ἀδύφων σαις habeat MS.) ἀδὺ φωνάσαι σ' dulce loqui te inprimis cum γελάις quoque, quod sequitur, infinito modo ponatur. *Hudson.*

Edit. *prim.* & MSti *Vatic.* duo habent ἀδὺ φωνείσας & φωνείσας æolice dicitur pro φωνούσης. *Manutiana* lectio ἀδυφώνω σεῦ non placet, quia adjectivum ἀδυφώνω & participium γελώσας non bene copulantur. Interim MSti *Paris.* & *Ambr.* habent αδυφων σαις, quod Cl. *Boivinius* vertere jubet in ἀδὺ φωνᾶσαι σ': si hæc conjectura recipiatur, legendum est paulò infra γελαῖς pro γελᾶν. *Pearce.*

(11) *Dulce ridentem* reddit *Horatius* Carm. I. od. 22. v. 23. aliquot libri habent καὶ γελᾶς δή, sed non placet. *Ursin.*

Vulgo legitur: καὶ γελώσας ἱμερόεν, sed secuti lectionem libri scripti Dion. *Longini*, qui adservatur in Bibliotheca Regia Lutetiæ, fecimus καὶ γελάις ἱμερόεν. Γελάις Æoles dicebant pro γελᾶν, ut πεινάις pro πεινᾶν, πλαταῖς pro πλατᾶν, χρυσόις pro χρυσοῦν, uti colligere est ex auctore *Etymologici*, *Hesychio* & iis, qui de dialectis scripsere. *Voss.*

Magnum patronum suique vindicem vulgata lectio habet, *Catullum* scilicet, qui γελώσας, seu potius γελώσαις æolice legisse videtur, dum vertit: *Spectat & audit dulce ridentem.* Quis igitur affirmare jam ausit, veriorem veteris esse libri lectionem, γελάις pro γελαῖς, ut illic male scriptum? Æoles enim per diæresin αι in αϊ distrahebant, ut πάϊς pro παῖς, κόϊλον pro κοῖλον, βοάϊς pro βοᾷς. Quodsi vero antiqui Codicis scriptura retinenda est, distingue hoc verbum à priore sententia, & explica: *& suave rides.* Est enim secunda præsentis indicativi pro γελᾷς &c. Nam quid risus ille, qualis hic laudatur, auditum ita juvet, non video, ut ea se voluptate *Sappho* velut extra se raptam dicat. At vultus ille puellæ blandum καὶ ἐπαγωγὸν ridentis mirum quantum potest. Et norunt illi, qui Venerem φιλομειδῆ benignam experti. Ignaros & ἀμυήτους *Lucianus* in dialogo meretr. instruet; aut hoc aliquanto castior *Musæus* v. 65. Ἐις δέ τις inquiens, Ἡρῶς

Ὄφθαλ.

Et ridentem amabiliter, quod mihi

Cor

Ὀφθαλμὸς γελόων ἑκατὸν χαρίτεσσι τεθήλει.

Unus vero oculus Herûs si riserit, centum amœnitatibus floruit. Unde apud *Aristænetum* lib. I. epist. 1. p. 6. in delicatissima illa formosulæ Laidos descriptione hæc etiam duo conjunguntur, vox suavissima & risus venustus. Ἡνίκα δὲ φθέγγεται, βαβαί, ὅσαι τῆς ὁμιλίας αὐτῆς αἱ σειρῆνες. ὅσον ἡ γλῶττα στωμύλληθρον. τῶν χαρίτων πάντων ἡ Λαῒς τὸν κεστὸν ὑπεζώσατο, καὶ μειδιᾷ πάνυ ἐπαγωγόν. *At quum loquitur, quanta, o Dii, sermonis ejus dulcedines; quam facunda lingua, gratiarum omnium zonam præcincta Lais dulcissime pellacem risum fundit.* Nec minima hinc querelarum desumta est materies amatori, cujus amica mortua, apud Alciphronem lib. I. epist. 38. p. 178. Ἡ δὲ, inquit, οὐκ ἔτι με φαιδροῖς τοῖς ὄμμασιν ὁρῶσα μειδιῶσα. *At illa non amplius me hilaribus suis oculis aspicet, subridens.* Sed & γέλως ipse risus modestus diversusque à καγχασμῷ, qui Latinis *cachinnus* & κιχλισμῷ, qui petulans & meretricius, acceditque ad μειδίαμα, quæ vultus tantum ad risum remissio est, unde Veneri cognomen, de quo plura *Clemens* Alexandr. lib. II. Pædagog. cap. V. *Vossii* sententiam amplecterer, si præcedens ἀδυφωνεύσας etiam infinitivus esset. Meam tuentur illi delicatuli, qui apud *Athenæum* lib. XV. p. 685. exstant versus:

Ὦ μαλάχας μὲν ἐσορῶν, ἀναπνέων δ᾽ ὑάκινθον,
Καὶ μελιλώτινον λαλῶν, καὶ ῥόδα προσεστηκώς &c.

Age tu, qui malvam intueris, hyacinthum spiras,
Melilotum loqueris, rosas distractis labris rides &c.

ubi item dulcis vox & suavis risus eodem modo conjunguntur, sed non ut hic auditu percipiuntur sed visu: unde ῥόδα additum, qui flos colore oculos plurimum delectat. *Tollius.*

Vulgata lectio est à *Manutio* profecta, cum qua faciunt *Editt.* fere omnes præter *primam*, quæ habet γελᾶς δή. *Vossius* reposuit γελάις ex *Cod.* MS. quod Æolibus familiare sit αἰς pro ᾶν ponere, ut se collegisse dicit ex *auctore Etymologici*, *Hesychio* & iis, qui de dialectis scripserunt. Verum Catullum (ut ait *Tollius*) patronum habet vulgata lectio; dum enim vertit *dulce ridentem* γελώσας seu potius γελώσαις æolice legisse videtur. Si qua autem fides Codici MS. verisimilius est, ut γελάις poneretur pro γελαῖς id est γελᾷς, ac deinde verteretur *& suave rides.* Hudson.

MS. *Ambros.* καὶ γελᾷς legit. *Vossius* mavult καὶ γελάις, satis quidem æolice, sed syntaxis non concordat: nisi & hic fortasse nobis syntaxin aliquam æolicam fingamus. Dicam ergo, quod res est, legendum videlicet esse: Καγγελάις ἱμερόεν ut καγγόνυ pro κατὰ γόνυ Poëtæ dixerunt. Aliter nec Catullum legisse versio ejus satis probat. *Schurzfleisch.*

Manutius: καὶ γελώσας sed MSti *Par.* & *Vat.* duo habent γελαις, quod Vossius putat solvi debere in γελάις. Tamen multum dubito, an metrum hic se satis tueatur; nullibi enim, opinor, α ante vocalem sequentem longa est. *Edit. prima* habet καὶ γελᾶς δή, quæ lectio ad veritatem nos potest ducere; legendum enim censeo, καὶ γελαῖς δή: & vox γελαῖς est vel præsens indicativi (reddique potest, *& rides sane,* posito puncto post verbum ὑπακούει) à γέλαιμι, quod testatur *Eustath.* in Homer. ed. Rom. p. 613. l. 21. Æolibus, Lesbiis præsertim, in usu fuisse pro γελάω: vel est modus infinitivus & copulatur per καὶ voci præcedenti φωνεύσαι, quam legendam censet *Boivinus*; nam γελαῖς pro γελᾶς antiquo more, τῷ ι (non infra scripto, sed post α in verbum inserto) ponitur æolice pro γελᾶν: sic idem *Eustathius* p. 1756. l. 10. monet æolice dici φιλεῖς & νοεῖς pro φιλεῖν & νοεῖν: sic ν in aliis vocibus iidem vertunt in ς, ut legitur μεῖς, ἤκομες, αἰὲς, pro μήν, ἤκομεν, αἰέν: imo notant *Corinthus*, Jo. *Grammaticus*, & Jac. *Zwingerus*, si qua his de Dialectis scribentibus fides est, inveniri apud Æoles γελαῖς, πειναῖς, φρονεῖς pro γελᾶν, πεινᾶν, φρονεῖν. *Pearce.*

(11) ἱμερόεν cum accentu leni æolice legitur in MS. *Boivin.*

(12) VV. CC. μὴ ἐμὰν pro μήμαν contracte,

Καρδίαν (13) ἐν στήθεσιν ἐπτόασεν (14)

Ὡς ἴδον σ᾽, ὡς βρόγχον (15) ἐμοὶ γὰρ αὐδᾶς

Οὐδὲν

ɛte, ut puto, pro μὲ ἰμάν Æoles enim ἰμὲ & μὲ pro ἐμοὶ & μοὶ dicebant. Pro quo Attici & Dores ἔμεγε. *Tollius.*

Reposui Fοι pro μοι ut superius, atque etiam inferius χλοαὶ Fοι pro χλοαὶ μοι. Exscriptores vitabant dialectos. *Baxter.*

Hoc modo in omnibus *editionibus* excepta *prima*, quæ habet τό μοι καρδίαν ἐν στήθεσιν ἐπτεπτόασεν. In *vert. Codd.* (ut *Tollii* verbis utar) μὴ ἰμὰν pro μ᾽ ἡμὰν. Æoles enim μὲ pro μοὶ dicebant. *Hudson.*

MS. *Ambros.* τό μοι ἰμὰν legit. Recte *Tollius* μήμαι emendavit, non item recte Atticos ἔμεγε affirmat usurpare. Priscianus lib. XII. *de figura pronominum*: *Et hoc quoque sciendum*, inquit, *quod ad Graecorum imitationem id facimus, ut inveniantur quidam casus admittentes compositionem vel adjectionem, alii vero abnegent. Solent enim apud illos Attici* ἔγωγε & ἔμοιγε *per duos Casus, id est, nominativum & dativum dicere, qua παραγωγὴ per alios casus non invenitur.* Quid ergo? sciendum est Atticos non ἔμεγε sed ἐμέ γε duabus vocibus dixisse, ut patet è *Sophocl.* Electr. v. 149. Sed hæc mittamus. *Schnrzfleisch.*

Legendum credo τό μοι ἰμὰν, ut μοι ἰ una sit syllaba per συνίζησιν, nisi quis maluerit τό μοι ᾽μὰν, quod idem est. *Borvin.*

MSti *Paris.* & *Vat.* duo habent τὸ μὴ ἰμὰν, quod Tollius contrahit in μήμαν: Interim MS. *Ambros.* legit τό μοι ἰμὰν & edit. *Robert.* habet μοι, quamvis illic desit ἰμὰν, unde non displicet illa Cl. *Borvini* lectio τό μοι ᾽μὰν. *Pearce.*

(13) *Longinus* explicat ψυχήν. Ita *Anacreon* od. 7. v. 7. καρδίαν pro ψυχῇ posuit. *Plato* in Convivio p. 1204. A. Operum ed. Franc. 1602. Τὴν καρδίαν, ἢ ψυχὴν, ἢ ὅτι δεῖ αὐτὸ ὀνομάσαι, πληγείς τε καὶ δηχθεὶς ὑπὸ τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ λόγων. *Sive cor, sive animum, sive quomodocunque id appellandum sit, saucius cupiditate in philosophia sermonum.* Anna Fabri.

(14) V. C. ἐπτόασεν more Æolico, quo ο in υ mutatur. Sic apud nostram ὕσδων pro ὄζων, apud *Hermogenem* de formis orat. lib. II. p. 400. ed. Genev. 1614. 8. ubi ita legit Janus *Douza*:

Ἀμφὶ δ᾽ ὕδωρ ψυχρὸν κελαδεῖ δι᾽ ὕσδων
Μαλίνων, αἰθυσσομένων δὲ φύλλων
Κῶμα καταῤῥεῖ.

Aqua frigida murmur edit circumcirca ramos pomorum, concussis autem foliis omnis ornatus defluit. *Proclus* in Chrestomathia apud Photium, ubi de Hymenæo agit Cod. CCXXXIX. pag. 524. med. ed. *Heschel.* Ἐγὼ δὲ εἶμαι, inquit, βίου τινὸς εὐτυχοῦς προσκαφώνησιν ὑπάρχειν, καὶ συνεύχεσθαι τοῖς συνοῦσι πρὸς γάμου κοινωνίαν μετὰ φιλοστοργίας. αἰολικῇ παραπλέκοντας τὴν εὐχὴν διαλέκτῳ, οἷον ὑμεναίειν καὶ ὁμονοεῖν τούτους, ἀεὶ ὁμοῦ μένοντας. *Ego vero felicis vitæ acclamationem esse puto, præsentibusque fidam matrimonii societatem cum mutuo amore comprecari. Æolica dialecto votum innectendo, quasi* ὑμεναίειν & ὁμονοεῖν, *id est, una habitare & eadem sentire eos concorditer viventes optarent.* Ubi ὑμεναίειν τὸ ὁμοῦ ναίειν significat. Vide Etymologicum in voce ὑμέναιος; quod & in voce γυνὴ respici poterit. Item *Eustathium* in Homer. Ιλ. α. pag. 27. edit. Rom. *Quintilianum* lib. I. Instit. *Priscianum* lib. I. p. 553. *Schol.* Hesiodi p. 147. Exemplorum vero apud *Pindarum*, *Theocritum*, *Alcæum* ceterosque, quorum apud *Stobæum* fragmenta extant, ὅσα κόνις. *Tollius.*

(15) In veteri codice Vaticano vidi olim βρογχίως pro βραχίως notatum, quæ lectio non omnino rejicienda. *Plutarchus* ad hunc locum respexit in Ἐρωτικῷ, (cujus verba huic Odæ subjungentur.) *Ursin.*

Apud Longinum à patre meo olim emendatum legitur ὡς ἴδον σ᾽ ὡς βρόγχον. Est autem ἔλλειψις. Subaudiendum enim ἐμοὶ ἐπίεσας ἢ ἔσφιγξας. Ut te vidi, ut mihi guttur, faucesque pressisti, strinxisti. Cum quadam autem admiratione hæc sunt proferenda. Sequitur ratio: Nulla enim vox amplius hinc prodit, adeo mihi fauces strinxisti, adeo omnem vocis emittendæ facultatem

Cor in pectoribus obstupefecit;
Ut enim vidi te, in fauces mihi vocis
Nihil

tem eripuisti & vel ipsam respirationem præclusisti. Hæc autem omnia ut plurimum illis accidunt, qui alicujus amore capti detinentur. Sed pulcherrimum horum carminum artificium apud Longinum lege. *Portus.*

In his versibus error est, quem nec M. Antonius *Muretus*, nec Jos. *Scaliger*, nec *Stephanus*, nec *Commelinus* animadverterunt. - - -

Vulgo editus est locus:

- - - - - - τό μοι τὰν
Καρδίαν ἐν στήθεσιν ἐπτόασεν,
Ὡς ἴδον σε, βρόγχον. ἐμοὶ γὰρ αὐδᾶς
Οὐδὲν ἔθ' ἥκει.

quorum verborum nulla alia esse possit sententia, quam quæ in hac latina versione à me expressa est: *Quod mihi cor in præcordiis perculit, ubi te vidi, guttur. mihi enim nil vocis amplius venit.* Vides quam ridicula ea sint. ——— Emendandum est tam amabile carmen, legendumque addita vocula, quæ in omnibus editionibus desideratur, & mutata interpunctione:

- - - - - - τό μοι τὰν
Καρδίαν ἐν στήθεσιν ἐπτόασεν,
Ὡς ἴδον σ', ΩΣ βρόγχον ἐμοὶ γὰρ αὐδᾶς
Οὐδὲν ἔθ' ἥκει.

Primum enim ita legendum suadet ratio, imo cogit; dein *Longini* præstantissimi Scriptoris auctoritas, apud quem ita legitur, ut restituo; Tum vero hoc quoque, quod à nemine intelligi possit is locus, si ita legatur, ut vulgo editus est, quamvis sic docti omnes & nostra & patrum memoria legerint legantque. Sic autem latine converti decet: *οὐδὲν ἔτι αὐδᾶς ἥκει μοι ὡς βρόγχον. Nihil mihi vocis in fauces seu guttur venit.* Neque quisquam, nisi in his literis male firmus, à me postulaverit, ut exempla afferam, quibus probetur, ὡς significare εἰς & πρός. Id si quis exiget, ei bis mille (πόῤῥω τῆς ὑπερβολῆς loquor) afferri possint; nam ita omnes Scriptores Attici loqui amant. *Faber* Epistol. P. I. ep. 49. p. 161. sqq.

Idem liber MS. Longini habet: *ὡς γὰρ εἴδω σε, βροχέως με φώνας οὐδὲν ἔθ' ἥκει,* quod omnino rectum est. Æoles pro βραχὺς dicebant βροχύς. Βροχέως itaque pro βραχείας. *Hesychius* βροχέως interpretatur *σαφῶς, συντόμως.* Male vulgo βρυχέως. *Vossius.*

Pindarus apud *Athenæum* lib. XIII. p. 564. D. & pag. 601. D. *Τὰς δὲ Θεοξένου ἀκτῖνας ὄσσων μαρμαριζοίσας δρακείς, ὅς μὴ πόθῳ κυμαίνεται, ἐξ ἀδάμαντος, ἢ σιδάρου, κεχάλκευται μέλαιναν ψυχάν. Qui micantes oculorum Theoxeni radios & scintillantes cernit, nec amore & cupiditate undabundus fluctuat, atra illius anima ex ferro & adamante fabricata est.* Parthenis apud *Aristænetum* lib. II. epist. 5. *Θεωροῦσα δὲ τὸν καλὸν, αἰδοῦμαι, φοβοῦμαι, ὑφ' ἡδονῆς πνευστιῶ. Ubi formosum meum video, pudore suffundor, quatior timore, suspiro gaudio.* Jan. *Douza* legit: Ὡς ἴδον γάρ σε βραχέως ἐμ' αὐδᾶς. Malim ego partim ex antiquo codice, partim ex conjectura: Ὡς γὰρ εἴδω σε, βρόχε' ὥς με φώνας οὐδὲν ἔτ' εἴκει. Si quis vero τὸ αὐδᾶς (vel αὔδας, retracto in priorem syllabam accentu, quemadmodum Æoles solebant) magis probet, me non nolente legat: ὡς ἐμ' αὔδας &c. vel etiam, ὥς με αὔδας. Τὸ βρόχε' pro βρόχεο ponitur partim ionice partim æolice; communiter βρόγχου pro ἐκ βρόγχου è gutture. Non enim ad fauces, sed è faucibus vox venit: siquidem βρόγχος ἐνεῤῥίζωται ἐν μέσῳ τῷ πνεύμονι. *Faux radices agit in medio pulmone,* ut est apud *Pollucem* lib. II. Sect. 205. vel ut *Cicero* lib. II. de Nat. Deor. c. 59. *A pulmonibus arteria usque ad os intimum pertinet: per quam vox principium à mente ducens percipitur, & funditur. Deinde in ore sita est lingua, finita dentibus. Ea vocem immoderate effusam fingit & terminat.* Ἐκ βρόγχου igitur vox venit, non ὡς βρόγχον, ut *Faber* aliique voluerunt. Hinc sequitur: ἀλλὰ κάμμεν γλῶσσ' ἔαγε. *Sed lingua mihi torpet.* Quia scilicet spiritus nullus è pulmonibus per fauces in os veniebat. Notum illud Poëtæ: *Vox faucibus hæsit. Lactantius* de Opificio Dei c. 11. *Aperuit igitur viam voci divina solertia ex illa fistula spiritali, ut posset lingua ministerio suo fungi, & vocis ipsius inoffen-*

Οὐδὲν ἔθ' ἥκει. (16)

Αλλὰ καμμὲν γλῶσσ' ἔαγ' (17) ἂν δὲ λεπτὸν (18)

Αυτίκα

sum tenorem pulsibus suis in verba concidere. Qui meatus, si aliquo modo interceptus est, mutum faciat necesse est. Potest tamen altera lectio hoc pacto defendi, quod mens obstupefacta, unde vocis principium, omnem loquendi vim ac facultatem intercluderet, nullo in fauces immisso spiritu, qui per eas dilapsus ope lingvæ vocem articulatam effingeret. Sed prior magis placet. Anonymus apud *Barthium* in Adverſ. XLIV. 17. *Spiritus vocem negat, & tertiatis diffidet verbis hians.* Est autem æolica dialectus βρόχος pro βρόγχος, ut φάρυξ pro φάρυγξ, θώμιξ pro θώμιγξ, unde latinum tomex; καχάζω pro καγχάζω, unde latinum cachinnus; φόρμιξ pro φόρμιγξ, φίγα pro σφίγγα apud *Hesychium* &c. Præterea apud *Pindarum* vocalis ante duas consonantes sæpe corripitur: ita ut βρύγχε' hic legi posset æolice pro βρόγχεο seu βρόγχου, nam in eodem Hesychio βρύγχος, βρύχος, pro βρόγχος legas, o æolice in υ mutato. Fortean aliquis & βραχέως hic scriptum contendat, quia apud *Hesychium* βραχέως, σαφῶς συντόμως. Αἰολεῖς. legitur, ubi Salmasius βραχέως reponendum censet. Verum Æoles ου diphthongum sæpius corripiebant, ut mox videbimus: quod doctissimum *Schmidium* pag. 335. Pyth. in voce ὀικυρίαν fefellit. *Tollius.*

Non reperitur hic ἔλλειψις quam statuit *Portus.* Constructio recte se habet, & particula γὰρ tantum est transposita. *Simul enim te vidi, simul nihil vocis pervenit ad fauces meas.* Anna Fabri.

Vossius universum hunc versum ita intervertit: ὡς γὰρ εἴδω σε βροχέας μοι φώνας οὐδὲν ἔθ' ἥκει, nescius τὸ βρόγχον modo figurate dici pro ἐς βρόγχον, quo pacto & *Theocritus* de Apro Idyll. XXX. in mortuum Adonidem v. 43. καὶ ὕλαν οὐκ ἔβαινε pro ἐς ὕλαν. Quid opus nos admonere etiam pro σὲ legendum esse τε æolica dialecto. *Baxter.*

Editio Ven. habet: ὡς ἴδον σ' ὡς βρόγχον, quam sequuntur *Portus* & *Faber.* ὡς ἴδον σε, βρόγχον· ἔμοι &c. legunt alii, nullo plane sensu. Melius *Fabri* Filia: ὡς ἴδον σε, βρόγχον ἐμοὶ &c. In *Cod. Vat.* ὡς γὰρ σ' ἴδω, βροχέως με φωνᾶς. Οὐδὲν ἔτ' εἴκει. In Edit. *prima:* ὡς γὰρ ἴδω σε, βρόχεως με φωνᾶς. Οὐδὲν ἔθ' ἥκει. Sic autem *Vossius* è *Codice Gallico:* ὡς γὰρ εἴδω σε, βροχέας με φώνας Οὐδὲν ἔθ' ἥκει. existimans βροχέας æolice poni pro βραχείας. *Jan. Donza* & *Ursinus* legunt: ὡς ἴδον γὰρ σε, βραχέως ἐμ' αὐδᾶς. Sed malit *Tollius* partim ex *Cod. Vet.* partim ex conjectura: ὡς γὰρ εἴδω σε, βροχέως με φωνᾶς Οὐδὲν ἔτ' εἴκει. Edidit autem: ὡς γὰρ εἴδω σε, βροχέας με φώνας Οὐδὲν ἔθ' ἥκει. Demum Cl. *Barnesius*, ad Tollii plane mentem, aliquanto tamen felicius: ὡς γὰρ εἶδόν σε, βροχόθεν με φωνᾶς Οὐδὲν ἔτ' ἦλθε. *Hudson.*

In MS. *Ambr.* est: ὡς γὰρ σ' εἴδω, βροχέως με φώνας οὐδὲν ἔτ' εἴκει. Ut Tan. *Faber* in Epistolis se emendasse hunc locum gloriatur, ita expresse legitur in *Mannutii* editione. *Catulli* interpretatio suadet, ut legamus: ὡς γὰρ εἴδω σε, βροχέας με φώνας Οὐδὲν ἔτ' εἴκει. *Schurzfleisch.*

Vossius βροχέας MS. βροχέως. Si recte dicitur æolice βροχέας pro βραχείας, dici quoque poterit sensu non minus eleganti βροχέως pro βραχέως. *Boivin.*

Ὡς γὰρ ἴδω σε, βροχέως με φωνᾶς est lectio *Editionis primæ*, nec aliter MSti *Parif. Fl.* & *Vat.* duo, nisi quod pro ἴδω σε habent hi MSti σ' ἴδω, habet etiam MS. Ambr. ὡς γὰρ σ' εἴδω βροχέως με φωνᾶς, unde legendum censeo: ὡς γὰρ εἴδω σε, βροχέως με φωνᾶς: vox βροχέως æolice dicitur pro βραχέως, ut θροσέως pro θρασέως notante *Jo. Grammatico:* & στροτὸς pro στρατὸς profert Jac. *Zwingerus*, occurritque apud *Theocrit.* πέσσορων pro τεσσάρων, & *Schol.* in Nicandr. dicit: ἀγμὸς ὄγμος μεταθέσει τοῦ α εἰς ο αἰολικῶς, καὶ ὑπερθέσει τοῦ τόνου. Nec quenquam moveat, quod dicitur εἴκει με pro εἴκει ἐς ἐμὲ, dicit enim *Sophocles:* ἦλθες τάφον pro εἰς τάφον, & Poëtæ frequenter præpositiones omittunt; præterea per vocem βροχέως intelligo idem, quod signi-

Nihil amplius venit.

Imo quidem lingua fracta est, & per tenuem

Proti-

significant voces ἐν βραχεῖ *repente:* nec *Mannttii* lectio, nec conjectura *Tollii* mihi placet, quia βρόχος vel βρόγχος locum hic habere non potest, si cum MStis mox legamus κὰν μὲν γλῶσσα ἔαγε, quæ verba satis nos docent, vocem *Sapphus* per guttur ejus venisse, sed in lingva fractam esse; porro *Plutarchus* videtur innuere vocem φωνᾶς in hac Ode olim extitisse, quum in vita *Demetrii* enumerat inter ea, quæ *Sappho* acciderant: τὴν φωνὴν ἴσχεσθαι. *Pearce.*

(16) Non amabant Æoles aspiratas voces; ideoque quantum fieri poterat mutabant spiritum asperum in lenem, ut ἕρκος in ἔρκος, ὑμεῖς in ὔμμες, ὅτι in ὄττι, ὅμοιος in ὔμοιος &c. vid. *Eustath.* in Homer. Ιλ. α. pag. 27. edit. Rom. & *Apollon.* Alexandr. lib. I. Syntaxeos. Sic & η in ει mutare illis solemne fuit, notantibus *Schol.* Lycophronis pag. 69. Autore *Etymolog.* in πλειαίρειν & ὑπείκυκλα, *Prisciano* lib. I. extremo &c. rectius igitur in V. C. εἴκει pro ἥκει legitur. *Tollius.*

Vossius ὐδὲν ἔθ᾽ ἥκει. MS. ὐδὲν ἔτ᾽ εἴκει. Æoles mutant spiritum asperum in lenem, εἴκει est pro ἵκει quod olim in usu fuit. *Boruin.*

MSti *Ambr. Paris.* & duo *Vat.* εἴκει æolice pro ἥκει vel pro verbo antiquo ἵκει. *Pearce.*

(17) Hujus loci meminit Plutarchus in eo libello quem inscripsit: Πῶς ἄν τις αἴσθοιτο ἑαυτῦ προκόπτοντος ἐπ᾽ ἀρετῇ, (cujus verba odæ huic subjicientur.) *Ursin.*

Quod in scriptis libris est: Ἀλλὰ καμμὲν γλῶσσα σέσιγε λεπτὸν δ᾽ αὐτίκα & hoc quoque rectum. Σέσιγε non est à σιγᾶν, sed à σίζω, cujus præteritum medium σέσιγα, quod ex *Eustathio* & autore *Etymologici* constat. *Vossius.*

Καμμὲν pro κατὰ μὲν. Sed in Excerptis invenio, γλῶσσα μευ καταέσιγε. Quare prima fronte & verior lectio fuerit, κάμμευ pro κατά μευ. Quomodo & in *Plutarchi* quibusdam legitur editionibus, in syntagmate de profectu in virtute sentiendo. Verum nihil affirmo. Τὸ κατὰ vero ad ἔαγε referendum est; à quo per tmesin divulsum fuit. Sic καμμονίη Æolibus victoria pro καταμονίη apud *Plutarch.* de aud. Poët. T. II. Opp. pag. 22. C. καββὰς pro καταβὰς, apud Pindarum Nem. VI. v. 87. Καχκεφαλὴν pro κατὰ κεφαλὴν apud Homerum Ιλ. υ. v. 387. & 475. & mox apud nostram: κάδδε pro κατὰ δέ. ἀλλὰ μὴ κατ̓ τὸν πλῦτον pro κατὰ τὸν πλῦτον apud *Diotogenem* in *Stobæo* Serm. XLVI. de Regno p. 330. & sexcenta id genus alia apud *Hesychium.* Tollius.

Ista ex Vossii ingenio sic concepta sunt: Ἀλλὰ καμμεῦ γλῶσσα σέσιγε λεπτὸν. Verum parum advertit vir doctus *Plutarchum* in libello, quem inscripserat: πῶς ἄν τις αἴσθοιτο ἑαυτῦ προκόπτοντος ἐπ᾽ ἀρετῇ, hunc locum his verbis adducere:

Κατὰ μὲν γλῶσσαν γε - - - λεπτὸν.
Αὐτίκα χρῷ πῦρ ὑποδεδρόμακεν.

Quæ quidem, ut ut exscribentium inscitia corrupta, vulgatam lectionem Vossiana emendatione saniorem ostendunt. *Baxter.*

Hunc versiculum non agnoscit *Edit. prima*; in *Venera* aliisque nonnullis eo modo legitur, quo edidimus: Ἀλλὰ καμμὲν γλῶσσ᾽ ἔαγ᾽ ἂν δὲ λεπτὸν, nisi quod ἐν δὲ in *Veneta*, in altera ἀν δὲ occurrat. Verum ut καμμὲν accipiatur pro κατὰ μὲν, & κατὰ jungatur cum ἔαγε, faciatque κατέαγε præteritum medium Ionicum pro κατῆγε à verbo κατάγνυμι, nos monuit *Fabri* Filia doctissima. A vulgata lectione parum admodum discrepat illa *Codicis Vatic.* Ἀλλὰ κὰν μὲ [vel μὲν] γλῶσσαν ἔαγε λεπτὸν δ᾽. Sed *Vossius* è suo Codice habet: Ἀλλὰ καμμεῦ γλῶσσα σέσιγε, λεπτὸν δ᾽ illud σέσιγε deducens à σίζω autoritate *Hesychii* & auctoris *Etymologici*, quibus non adeo fidit *Barnesius*, dum scribit: Ἀλλὰ καμμεῦ γλῶσσα πέπηγε λεπτὸν δ᾽. *Hudson.*

Vossii lectio non est contemnenda, meliusque *Catulli* versioni respondet: Sed *Plutarchi* auctoritas

Αὐτίκα (19) χρῶ πῦρ (20) ὑποδεδρόμακεν,

Ὀππάπεσσιν (21) δ' ὐδὲν ὄρημι, (22) βομβεῦ- (23)

σιν

ritas non erat negligenda. Vid. Gvilh. *Canteri* Nov. Lect. lib. V. c. 27. Lingvæ torporem φωνῆς ἐπίσχεσιν vocat in Demetrio idem *Plutarchus*. Idem in Ἐρωτικῷ· Ἡ καλὴ Σαπφὼ λέγει, τῆς ἐρωμένης ἐπιφανείσης, τήν τε φωνὴν ἴσχεσθαι καὶ φλέγεσθαι τὸ σῶμα. Mallem in *Plutarcho* legere, τήν τε φωνὴν ἐπισχέσθαι. In eo *Vossium* non sequor, quod τὴν ΔΕ apostrophatam fini adjunxerit lineæ, quæ erat à principio apponenda; Sic enim vides factum apud *Pindarum* passim, & apud *Sophoclem* quoque Οἰδίπ. ἐπὶ Κολων. v. 18. Erratum idem habetur in Odario *Anacreontis*, quod extat apud *Dionem Chrysostomum* Orat. II. pag. 31. plane inemendatum, quodque, ut legendum istud censemus, cum interpretatione nostra apponemus:

Ὦναξ, ᾧ δαμάλης ἔρως,
Καὶ νύμφαι κυανώπιδες,
Πορφυρέη δ' Ἀφροδίτη
Συμπαίζουσ' ἐπιστρέφον-
Θ' ὑψηλῶν κορυφὰς ὀρέων.

* * *

Γουνοῦμαί σε. Σὺ δ' εὐμενὴς
Ἔλθ' ἡμῖν, κεχαρισμένης
Δ' εὐχωλῆς ἐπακούειν,
Κλευβούλῳ δ' ἀγαθὸς γενοῦ
Σύμβουλος, τὸν ἐμὸν δ' ἔρω-
Τ' ὀτεύνειν ὦ δέχεσθαι.

O Rex, quem bovis est amor,
Quicum Naiades improba,
Et tota aurea Cypris,
Quamvis edita conglobes
Alterum juga montium,
Nunquam ludere cessant.
Adoro. Huc ades, o, mihi
Latus, aureque non gravi
Supplicis bibe vota,
Cleobulo bene consulens,
Sibi dum male consulit,
Ne me spernat amantem.

Versus sunt Glyconici, quorum tres stropham constituunt, ut adeo post quintum: Τὴν δ' ἀιχλὺν νεφελάων vel simile quid excidisse arbitrer. Per δαμάλης ἔρωτα non intellige cum Feder. *Morello* & Lilio Gregorio *Gyraldo amorem omnibus dominantem*, sed potius Europam in bovem à Jove commutatam, cujus amor eum exedisse à græcis Poëtis dicitur. Πορφυρέη trisyllabum & ὀρέων dissyllabum per συνίζησιν sunt. Reliqua fere per se sunt clara. Causas enim correctionum nostrarum, si quis contulerit cum Morelliana editione hosce versus, facile poterit comminisci, qui sensum habet communem, ὅπερ δὲ δὴ σπάνιόν ἐστι. *Schurzfleisch.*

Vossius: Ἀλλὰ καμμὲν γλῶσσα σέσιγε. MS. Ἀλλὰ κὰν μὲν γλῶσσα ἔαγε. Nihil mutandum est, quam κὰν μὲν, quia verba γλῶσσα ἔαγε omnino significant: *Lingva fracta est*, eaque cum metro conveniunt. Pro ἀλλὰ κὰν μὲν forte legendum est ἀλλ' ἀκὰν μὲν, *sed tacite quidem*; non ἀλλὰ καμμὲν pro ἀλλὰ κατὰ μὲν. *Boivin.*

Ἀλλὰ καμμὲν γλῶσσ' ἔαγ' ἐν δὲ λεπτὸν &c. ita *Manutius*, & videtur vox ἔαγ' ab ipso poni pro ἐάγη & ἐν æolice pro εἰς; sed multum aliter se habent MSti. MS. enim *Paris.* habet ἀλλὰ κὰν μὲν γλῶσσα ἔαγε, λεπτὸν δ' (non σέσιγε, ut falso testatur *Vossius*) & MSti duo *Vaticani* habent: ἀλλὰ κὰν μὲν γλῶσσαν ἔαγε, λεπτὸν δ': ex quibus MStis legendum censerem: ἀλλὰ κὰν (pro καὶ ἐν) μὲν γλῶσσα ἔαγε, λεπτὸν δ' &c. si satis constaret vocem ἔαγε posse usurpari pro *se fregit*, & vocalem α in eadem voce posse produci poëtica licentia: neutra quidem res exemplis apud Poëtas, opinor, caret: certe in Sect. III. *Longini* perf. κέκραγα primam vocalem α longam habet: Νῦν δ' ὡς κέκραγά που τὸ γενναῖον μέλος: & ultimam vocalem in voce γλῶσσα corripi posse ante sequentem vocalem nos docet illud Homeri in Ιλ. α'. v. 16. χρυσέῳ ἀνὰ σκήπτρῳ. *Pearce.*

(18) Ἂν δὲ λεπτὸν ita citat Plutarchus. Λέπτον vero scripsit Æolia puella more gentis accentu retracto in priorem, de quo consule *Apollonium* Alex. lib. II. & lib. IV. Syntax. *Priscian.* lib. XIV. & *Eustathium* in Homer. Ιλ. α'. p. 75. ed.

Protinus cutem ignis demanavit;
Oculisque nihil video; bombitantque

Mihi

ed. Rom. Ἂν pro ἀνὰ positum per apocopen æolicam, ut apud *Alcaum* in *Heraclidis* Pontici Allegor. Hom. p. 413. Opuscul. Galei:

- - - ἄμμες δ' ἂν τὸ μέσσον
Ναΐ φορήμεθα σὺν μελαίνᾳ.

Nos vero per medios fluctus cum navi nigra jactamur. Alii legunt ἐν æolice pro εἰς. *Tollius.*

(19) Edit. *prima* habet: κ' αὐτίκα &c. quoad reliqua in hoc versu consentiunt omnes. *Hudson.*

(20) Per vocem πῦρ intelligendus est is ignis, qui colorem rubeum in iis, qui re aliqua afficiuntur, efficit; eam enim per ἐρύθημα πυρῶδες explicat *Plutarchus* in Demetrio Poliorc. ubi Antiochum dicit omnia amoris signa habuisse, quæ in sua Ode Sappho notârat: eodem modo per vocem χρῶ Sappho videtur significare cutem totius corporis: huic etiam sensui conveniunt *Plutarchi* in Ἐρωτικῷ verba, hujus Odes virtutes enumerantia: φλέγεσθαι τὸ σῶμα, & Catulliana imitatio: *Tenuis sub artus flamma demanat.* Pearce.

(21) Recte idem liber MS. ὀππάτεσσι δ' ὐδὲν ὄρημι. Sed nec contemnenda est altera lectio ὄρημι in eodem libro. Sæpe enim apud Æoles μ in π transit, sæpe quoque apud eos consonæ geminantur. *Vossius.*

Præstat, quod in V. C. legitur ὀππάτεσσι, in quo consvetudo loquendi æolica observata, ut mox etiam in ὄρημι pro ὁρῶ. Sic & ἄλιππα pro ἄλειμμα iidem Æoles dicebant, ut est apud Autorem *Etymologici* in ἄλιππα. *Tollius.*

Sentio legendum esse cum Vossio ὀππάτεσσιν pro ὀμμάτεσσι quod æolicum non est. *Baxter.*

Ὀμμάτεσσιν habent *Manutius*, *Ursinus*, *Portus*, *Stephanus*, *Faber* aliique. In edit. *prima* Ὀμμάτεσσιν ὐδὲν ὁρῶμι. E Codice gallico (cui consentit Vat.) ὀππάτεσσιν legit *Vossius*, & mox ὄρημι (ut in eodem Codice) non plane rejiciendum esse censet; quod apud Æoles μ in π sæpe transeat. *Hudson.*

In MS. *Ambros.* legitur recte: Ὀππάτεσσι. *Schurzfleisch.*

Ὀππάτεσσιν habent MSti *Paris.* & *Vatic.* duo & *El* & *Ambr.* quod Æolum magis proprium est, quam Manutiana lectio ὀμμάτεσσιν. *Pearce.*

(22) *Plutarchus* in Demetrii Poliorc. vita hæc Sapphus respiciens ὄψεων ὑποδείξεις vocat, cum potius illic ὄψεων ὑπολείψεις vel ὑποδύσεις legendum esse quivis facile videat. *Archilochus* apud *Stobæum* Serm. LXII. de vituperio Veneris pag. 399.

Τοῖος γὰρ φιλότητος ἔρως ὑπὸ καρδίαν ἐλυσθεὶς
Πολλὴν κατ' ἀχλὺν ὀμμάτων ἔχευε,
Κλέψας ἐκ στηθίων ἁπαλὰς φρένας.

Tantus enim amoris ardor sub corde volutus
Multam caliginem oculis offudit
Suffuratus è pectore teneram mentem.
Tollius.

(23) Βομβεῦσ' ἐν δ' ἀκοαί μοι, in aliis βομβεῦσιν δ' ἀκοαί. *Ursin.*

Βομβεῦσιν δ' ἀκοαί μοι. Apud *Longinum* sic: Βομβεῦσ' ἐν δ' ἀκοαί μοι utraque lectio bona. Quare nihil mutandum. *Portus.*

Βομβεῦσιν δ' ἀκοαί μοι. habent *Stephanus*, *Portus*, *Faber* atque etiam *Vossius*, nisi quod Foι pro μοι habeat; κ' ἀπιπομβεῦσιν δ' ἀκκαὶ ἐκ δὲ μεῦ in Edit. *prima*. Επιρρομβεῦσι δ' ἀκκαὶ ἐν δέ με in uno *Cod. Vatic.* Ἐπιρρομβεῦσι δ' ἄκκε ἔκαδεμ' in altero; Βομβεῦσ' ἐν δ' ἀκοαί μοι *Ven.* Hudson.

ὐδὲν ὄρημι βομβεῦ-σιν δ' ἀκοαί Foι *Vossius.* ὐδὲν ὀρῆ μὴ ἐπιρρομβεῦσι δ' ἄκκε MS. Credo legendum esse: ὐδὲν ὄρημ' ἐπιρρόμ-βευσι δ' ἀκουαί. Ῥόμβος vocabatur instrumentum æneum,

quo

σιν δ' ἀκοαί (24) μοι.

Καδδ' (25) ἰδρὼς ψυχρὸς χέεται, (26) τρόμος δὲ
Πᾶσαν ἄγρει (27) χλωροτέρη δὲ ποίας (28)

Εμμὶ,

quo usi sunt incantatores & Cybeles Sacerdotes :

Ῥόμβῳ καὶ τυπάνῳ Ῥείην Φρύγες ἱλάσκονται.

Rhombo tympanoque Phryges placant Rheam; ait *Apollonius Rhodius* Argonaut. I. v. 1139. *Theocritus* etiam in Idyll. II. Pharmaceutria v. 30. hujus instrumenti meminit: χ' ὡς δινεῖθ' ὅδε ῥόμβος ὁ χάλκεος, *utque volvitur hic aneus orbis*; & v. 36. τὸ χαλκίον ὡς τάχος ἄχει, *vas aneum quam primum pulsa.* Ex hac voce ῥόμβος formatum est verbum ἐπιῤῥομβεῖν, quod significat *resonare, sonum rhombi edere.* Hoc verbum in Lexicis non reperitur, uti multa alia. *Boivin.*

Ὄρημι βομβεῦσι -- εν δ' ἀκοαί μοι, ita *Mannttius*; sed edit. *prima* habet ὁρῶμι κ' ἀπιβομβεῦσιν δ' ἀκουαί, & MS. *Vat.* 2. habet ὄρημι ἐπιρρομβεῦσι δ' ἀκουαὶ, *Vat.* vero 3. & MS. *Paris.* ὁρῆ μὴ ἐπιρρομβεῦσι δ' ἄκυε. unde conjectura legendum censeo: ὄρημ' ἐπιῤῥομβεῦσι δ' ἀκυέ. Vox ἀκυὲ videtur æolice dici pro ἀκυαὶ, ut *Simonides* apud *Clement.* Alex. Strom. IV. p. 211. l. 48. ed. Heidelb. dicit æolice νέαιν pro ναίειν & apud eundem Strom. I. pag. 304. A. ed. Paris. dicit *Democritus*: γέας pro γαίας, unde γεάοχος pro γαιάοχος legitur apud *Pindarum* Olymp. Od. 13. v. 114. Porro ἐπιῤῥομβεῦσι dicitur æolice pro ἐπιῤῥομβοῦσι ut θορυβεῦσι occurrit apud *Theocrit.* Idyll. 21. v. 5. pro θορυβοῦσι. *Pearce.*

(24) V. C. ἀκυὲ pro ἀκυαὶ. Corripiebantur enim diphthongi ab Æolibus. Sic θυγάτηρ pro θυγάτηρ dicebant, ut est apud *Priscianum* p. 554. Ὀυδυσσεὺς pro Ὀδυσσεὺς apud *Fabium* lib. I. cap. 4. Plura ex Pindaro exempla Schmidius notavit. Με pro μοι scriptum puto partim è vestigiis corruptæ lectionis, quæ id ipsum verbo ὄρημι priore versu male inseruerat, partim ex æolica loquendi consvetudine, de qua supra. Sic nostra alibi: Ἀιδώς κέν σε ὐκ εἶχεν ὄππατα pro σοί. v. num. XVI. Alii legunt teste *Donza*, βομβεῦσ' ἐν δ' ἀκοαί μοι. *Tollius.*

Ἄκουε agnoscit MS. *Ambr.* deleta ultima voce. Ego aliquando putabam ἀκουαῖ posse recte legi vel potius ἀκουά Fr. *Schurzfleisch.*

Ἀκυαὶ est idem, quod ἀκοαί. Ἀκυὴ pro ἀκοὴ sæpius apud *Homerum* exstat. *Boivin.*

(25) Similes ferme perturbationes exprimit Simætha apud *Theocrit.* Idyll. II. v. 103. & 106. seqq.

- - - - - - ἐγὼ δέ νιν ὡς ἐνόησα,
Πᾶσα μὲν ἐψύχθην χιόνος πλέον, ἐκ δὲ μετώπω
Ἱδρὼς μὲν κοχύεσκεν ἴσον νοτίαισιν ἐέρσαις
Οὐδέ τι φωνᾶσαι δυνάμαν, οὐδ' ὅσσον ἐν ὕπνῳ
Κνυζῶνται φωνεῦντα φίλαν ποτὶ ματέρα τέκνα.
Ἀλλ' ἐπάγην δαγύδι καλὸν χρόα πάντοθεν ἴσα.

- - - - - - *at ego ut ipsum aspexi*
Tota quidem obrigui, plus nive: ex fronte vero
Mea, sudor abunde defluebat similis australibus pruinis,
Neque quicquam eloqui poteram, ne tantum quidem, quantum in somnis
Murmurant clamantes caram ad matrem pueri:
Sed obrigui toto corpore, sicut glacies riget.

Et *Lucretius* lib. VI. v. 1181. in dissimili argumento:

Perturbata animi mens in mærore metuque;
Triste supercilium, furiosus voltus & acer:
Sollicita porro plenaque sonoribus aures:
Creber Spiritus aut ingens raroque coortus:
Sudorisque madens per collum splendidus humos:

Tollius & Longapetræus.

(26) V. C.

Mihi aures.

Et gelidus ſudor defluit; Tremorque
Occupat totam, pallidiorque herba

Sum:

(26) V. C. ἱδρῶς. Scripſit forte Sappho ἴδρων, more gentis, quæ iſtiusmodi in ως deſinentia nomina acutitona in recto caſu per ων efferebat, & in patrio per ωνος. Hinc & *Salluſtius* in Hiſtor. Fragment. lib. II. apud Priſcianum lib. VI. & Servium: *Dædalum ex Sicilia profectum, quo Minonis iram atque opes fugeret*; pro *Minois*. Tollius.

Hic conveniunt *Edit.* niſi quod in *prima*: Ψυχρὸς ἱδρὼς ἐκχέεται, τρόμος δὲ πᾶσαν, quo fere modo in *Vat. Cod.* ἱδρὼς ψυχρὸς κακχέεται, τρόμος δὲ πᾶσαν. *Hudſon.*

Multum à *Manutii* lectione: καδδ' ἱδρὼς ψυχρὸς χέεται differt illa MStorum & editionis *primæ*: habent enim MSti *Pariſ.* & duo *Vat.* ἔκα δέ μ' ἱδρὼς ψυχρὸς κακχέεται, niſi quod *Vat.* 2. legit: ἐκ δέ με &c. Editio vero *prima* habet: ἐκ δὲ μευ ψυχρὸς ἱδρὼς ἐκχέεται. Neutra lectio ſana eſt; at iſta vocalis ε in MStorum lectione ἔκα δε plane nata eſt ex ultima litera præcedentis vocis ἀκυέ. *Pearce.*

(27) V. C. τρόμος. Malim tamen τρέμος vel τρέμορ, ita enim ſcribebant Æoles, mutantes ο in ε, unde apud latinos, qui eos ſecuti ſunt, *Tenor* à τένος comm. Æol. τένορ, *Genu* à γόνυ, *Pes* à πὺς &c. Neque vero ignoro, eosdem ſæpe ο in ι vertiſſe: unde κίῤῥος *cirrus* pro κόῤῥος, æolice, comm. κόρσος, ἴμβρος *imber*, pro ὄμβρος. Sic & *Siſſitam* Junonem veteres latinos dixiſſe *Feſtus* tradit, pro *Soſpitam*. Iidem & σ in ρ mutabant, μάρτυρ dicentes pro vulgato μάρτυς, de quo plura *Euſtath.* in Homer. *Plato* Eretrienſes σκληροτὴρ pro σκληρότης dixiſſe refert in Cratylo pag. 297. D. edit. Francof. 1602. Opp. *Tollius.*

Pro πᾶσαν αἱρεῖται in quibusdam libris notatum eſt πᾶσαν ἀγρεῖ. *Urſin.*

Æolicum eſt ἀγρεῖ pro αἱρεῖ. *Heſychius*: καταγρεῖ, καθαιρεῖ, καταλαμβάνει. Sed & ipſa *Sappho* apud *Apollonium* in Grammatica (MS.) ὄτα πάννυχος ἄ σφι καταγρεῖ. *Voſſius.*

In Excerptis Apollonii Dyſcoli Spanhemianis Sect. περὶ τῆς σφὲς (f. σφὶν) legitur: Ἡ διὰ τοῦ ψ γραφὴ ἐπὶ πλήθους ταασομένη οἰκειοτέρα τῆς διὰ τοῦ σφ. καὶ σὺν τῷ α λέγεται παρ' Αἰολεῦσιν. Ὄτα πάννυχος ἄσφι κατάγρει. Σαπφώ. *Scriptura per* ψ *de multitudine poſita magis propria eſt, quam per* σφ. *Et cum* α *dicitur apud Æoles: quando per totam noctem illos comprehendit.* Sappho.

V. C. ἀγρεῖ. Et ſic nonnulli teſte *Donza* ante *Voſſium* legerunt. Quod non improbo, puto nihilominus verius eſſe ἄῤῥει æolice pro αἱρεῖ. Æoles enim duplicabant conſonantes, ut è Lycophronis *Scholiaſte*, Auctore *Etymologici* & aliis liquet. Ideo in altero *Sapphus* odario ad Venerem legendum: θύμος ἰμέῤῥει pro θυμὸς ἱμείρει. v. ſupra num. VI. not. 39. Sic iidem Æoles πέῤῥαμος dicebant pro πρίαμος, πέῤῥοχος pro ὑπέροχος, ut apud hanc noſtram: Πέῤῥοχος ὡς ὅτ' ἀοιδὸς ὁ Λέσβιος ἀλλοδαποῖσιν. v. num. XVII. Nec hi tantum, ſed & Dores idem factitarunt. Ita Seleucus ab Heracleenſi legato Hercules Κάῤῥων appellatus, id eſt, κρείων, ut eſt apud *Memnonem* in Bibliotheca *Photii* Cod. CCXXIV. p. 371. 30. ed. Hoeſch. & κάῤῥονες πολλῶν pro κρείττονες ſeu κρατίονες apud *Plutarchum* in Lycurgo Tom. I. Opp. p. 53. B. & κάῤῥον βέλτιον, item κάῤῥον φυτὸν ἢ καιρόν. κρεῖττον ἢ ἰσχυρόν apud *Heſychium*. Ita enim illic pro καῤῥὸς legendum, ubi ſi καιρὸν bonum eſt, eadem eſt literarum mutatio, quæ in ἄῤῥει. Sic apud *Epicharmum* in nobili illa gnome: Ἀλλὰ σιγᾶν ἀγαθόν, ὄκκα παρέοντι κάῤῥονες. *At tacere bonum; adſunt enim præſtantiores.* apud *Athen.* lib. VIII. p. 363. F. *Tollius.*

Ita recte *Voſſius* pro αἱρεῖ, neque enim hoc æolicam ſapit dialectum. *Baxter.*

Πᾶσαν αἱρεῖ fere in editionibus omnibus præter *primam*, quæ habet: Ἄγρει, χλωροτέρα δὲ ποίας ἔμμι quomodo & in *Codd. Vett.* Æolicum ἀγρεῖ pro αἱρεῖ probant *Voſſius* & *Barneſius*. Verum

Ἐμμὶ, πεθνάκην δ' ὀλίγω δέοισα (29)
Φαίνομαι ἄπνυς. (30)

Ἀλλὰ πᾶν τολματόν ἐπεὶ πένητα. (31)

Inter-

Verum ἄρρει pro αἰρεῖ malit *Tollius*, quod Æolum mos erat consonantes duplicare. *Hudson.*

In MS. *Ambr.* recte legitur: πᾶσαν ἄγρει χλωροτέρα. *Schurzfleisch.*

Πᾶσαν ἀγρεῖ habent editio *prima* & MS. *Ambros. Par. El.* & *Vat.* duo. Ἀγρεῖ dicitur æolice pro αἱρεῖ, sic *Hesychius* dicit κατάγρει, καθαιρεῖ. *Pearce.*

(28) Πὐας in V. C. pro πόϝας i. e. πόας. *Vossius.*

Malui cum scripto codice legere πύας pro πόας, nisi quis malit πόϝας, ut πῦρ τε δάϝιον apud *Priscianum* lib. I. Solebant enim Æoles digamma suum F sive V latinum inserere inter duas vocales, quod syllabas pro scriptorum lubibitu & produceret & corriperet. Vide & *Etymologicon* in ἀγαυός. Alias ποίας pro πόας doricum & æolicum est, ut ex *Pindaro* liquet aliisque. *Tollius.*

Nihil necesse hic legi πύας à *Vossio*, cum possit tam æolice quam ionice dici ποίας. *Baxter.*

Χλωροτέρη δὲ πύας *Voss.* Χλωροτέρα δὲ ποίας MS. *Boivin.*

Χλωροτέρα habent MSti *Paris.* & *Ambros.* & editio *prima*. Vox χλωρὸς significat *ita viridis, ut in pallorem vergat*; vel simpliciter etiam *pallidus*, referens colorem herbarum foliorumque flaccescentium & arescentium; arentes enim herbæ virorem illum pristinum paulatim amittunt, & pallorem induunt. *Steph.* Thes. in voce χλωρός. *Pearce.*

(29) In libro MSto sic concipitur: τεθνάκην δ' ὀλίγω 'πιδεῦσα, id est: τεθνάναι δ' ὀλίγυ ἐπιδέουσα. A τέθνακα, more Æolum, qui solent à præteritis seu activis seu mediis verba formare, fit τεθνάκω, ut à πεποίηκα πεποιήκω, à κέκραγα κεκράγω, ab ἐγρήγορα ἐγρηγορῶ & infinita similia. Itaque τεθνάκην seu τεθνάκειν est τεθνάναι. *Vossius.*

Differt multum vetusti Codicis scriptura à vulgata lectione. In eo enim legas: τεθνάκην δ' ὀλίγω πιδεύσην. Τεθνάκην, vel, ut Æoles & Dores, τεθνάκεν, à τεθνάκω, quod à præterito medio derivatum, ut Æoles solebant. Sic & γεγάκεν à γεγάκω apud *Pindarum* Olymp. VI. v. 83. Φοίβου γάρ αὐτὸν φᾶ γεγάκεν πατρός. *Phœbo enim ipsum dicebat genitum esse patre.* Pro γεγαέναι, ad quem locum notæ consuli possunt Benedicti. Pro ὀλίγυ melius V. C. & æolικώτερον, ὀλίγω. Pro δέοισα V. C. πιδεύσην id est, ἐπιδεύησα ἂν æolice. Sic supra citavimus πέρροχος pro ὑπέρροχος deficiente priore vocabuli litera, sicut & ὤρσεν pro ὥρμησεν extrita syllaba media iidem Æoles dixere. *Tollius.*

Recte *Vossius* τεθνάκην reposuit pro communi τεθνᾶναι, atque etiam ὀλίγω pro ὀλίγυ quod & nos secuti sumus. *Baxter.*

Τεθνᾶναι δ' ὀλίγυ δέοισα habent *Manutius, Portus, Faber* aliique, multum discrepat Scriptura *Vett. Codd.* τεθνάκην δ' ὀλίγω πιδεύην, & πιδεύκην & πιδεύσην. In editione *prima* τεθνάκην δ' ὀλίγω δέω, ἦν φαίνομαι, verum in codice gallico (quem sequitur *Vossius*) τεθνάκην δ' ὀλίγω 'πιδεῦσα. *Hudson.*

In MS. *Ambr.* recte legitur: τεθνάκην δ' ὀλίγω πιδεύσην, nisi ultimum tamen nimis durum, quemadmodum sane mihi, videatur. *Schurzfleisch.*

Τεθνάκην δ' ὀλίγω πιδεῦσα φαίνομαι ἄλλα. *Voss.* τεθνάκην δ' ὀλίγω πιδεύσην φαίνομαι. ἀλλὰ, MS. Ita est legendum, uti mihi quidem videtur, si modo addatur apostrophe post ὀλίγω. Sensus est: *à moriendo parum abfore videor*, ὀλίγω 'πιδεύσην pro ὀλίγυ ἐπιδεύσειν vel ἐπιδεήσειν. *Boivin.*

MSti *Par.* & *Ambr.* habent: τεθνάκην δ' ὀλί-

γω

Sum: à moriendo paululum abſens
Videor exanimis.

Sed quidvis audendum eſt, quia egentem.

Inter-

γω ᾽πιδεύσην, à quibus MSti *Vat.* duo & *El.* non aliter differunt, quam quod ᾽πιδεύκην aut πιδεύην exhibent; Editio prima habet ὀλίγω δέω, κήν. Sed lectio τεθνάκην δ' ὀλίγω ᾽πιδεύσην mihi (uti Cl. *Boruino*) veriſſima videtur. Τεθνάκην æolice dicitur pro τεθνάναι & ὀλίγω ᾽πιδεύσην pro ὀλίγυ ἐπιδεύσειν vel ἐπιδεήσειν. *Pearce.*

(30) Ἄλλα æolicum eſt pro ἀλάλη, id eſt, muta, mortua, & ſimiliter ἄλλος eſt ἄλαλος ut teſtantur Grammatici veteres, qui de dialectis ſcripſere. *Voſſius.*

Quod hic ἄλλα pro ἄλαλος æol. Voſſius mavult, in eo fruſtra eſt. Nam præterquam quod hoc cum ſequentibus cohæreat, jam ante ſibi lingvam obmutuiſſe Sappho dixit. Quare illud ἄπνυς multo hic aptius eſt & convenientius. *Tollius.*

Quid opus fuerat *Voſſium* immutaſſe τὸ δέοισα in πιδύσα, atque ἄπνυς in ἄλλα, niſi quod forſan iſta repererit apud Technicos atque Gloſſographos? Importune, ne dicam inepte, infercit multa Vir haud indoctus, ut fere reliqui Critici δοξοκοπίᾳ corrupti. *Baxter.*

Φαίνομαι ἄπνυς habent edit. *Ven.* aliæque fere omnes, excepta *prima*, in qua (pariter ac in Codd. MSS.) deeſt vox. Verum ἄλλα æolicum pro ἀλάλη *muta* amplectitur *Voſſius*, non diſſentiente *Barneſio*, contra quam *Tollius*, qui vulgatum ἄπνυς præfert. *Hudſon.*

Vox ἄπνους in MS. *Ambroſ.* deeſt. *Schurzfleiſch.*

Ἄπνυς *Plutarchus* in vita Demetrii Poliorc. explicat per τῆς ψυχῆς ἀπορίαν, quapropter hæc lectio vera eſt, & idcirco retinenda potius videtur, quam Voſſiana illa ἄλλα pro ἄλαλα muta. *Pearce* in notis, qui tamen in emendationibus ſcribit: Iſta vox ἄπνυς deeſt in omnibus MStis & in editione *prima*: à Manutii conjectura videtur profecta eſſe.

(31) In MS. *Ambroſ.* male habetur: ἐπεὶ καὶ πένητα. Ceterum poſt hæc verba aut ſatis magna ῥῆσις Odæ iſtius excidit, aut more Longini conſveto τὸ ΚΑΙ ΤΑ ΕΞΗΣ ὑπονοητέον. *Schurzfleiſch.*

Ultima verba hujus Odæ apud *Voſſium* ſunt: Φαίνομαι ἄλλα. MS. ant. poſt φαίνομαι addit: ἀλλὰ πάντολματον ἐπεὶ καὶ πένητα ὐ θαυμάζοις: forte pro ὅτι θαυμάζοις, unde liquet, oden hanc non extare integram. *Tollius*, qui editionis ſuæ textui omnes fere emendationes Voſſii inſeruit, initium quintæ ſtrophes non, uti *Voſſius*, omiſit. Legit autem, ut verſus ſibi conſtet, ἀλλὰ πᾶν τολματὸν, ἐπεὶ πένητα. Ita ponit bis vocem ΑΛΛΑ & tollit καὶ poſt ἐπεί. Verba ὐ θαυμάζοις non Sapphoni ſed Longino tribuit legitque θαυμάζεις pro θαυμάζοις, atque in notis permultas varias lectiones affert. Equidem puto rectiſſime agere illos, qui veſtigiis MSti vetuſti preſſe inſiſtunt, quia hoc eſt exemplar reliquorum omnium. Ceterum fatendum eſt, omnes illas lectiones varias haud multum immutare verborum ſenſum. *Boruin.*

Opinor Longinum non plus ex iſta Sapphûs ode citaſſe, quam quod jam habemus, reliqua enim Odes pars non (ut conjicere eſt) amplius illa, quæ amantibus accidunt, mala deſcripſit: videtur *Sappho* in ſequentibus velle ſe conſolari, aut potius fortem animum contra fœminæ illius amatæ injurias gerere. Imo dubito, an *Longinus* ſuo commentario inſeruerit illa: ἀλλὰ πᾶν τολματὸν, ἐπεὶ πένητα, ſunt Sapphûs verba, ſed forte ab alia, quam *Longini*, manu huc profecta. *Pearce.*

Interpretatio metrica Catulli & H. Stephani.

(32) Ille mi par esse Deo videtur, (33)
Ille, si fas est, (34) superare divos,
Qui sedens adversus identidem te
Spectat (35), & audit

Dulce ridentem, (36) misero quod omnes
Eripit sensus mihi: nam simul te
Lesbia adspexi, nihil est super mi (37)
Quod loquar amens. (38)

Lingva sed torpet, tenuis (39) sub artus
Flamma dimanat, (40) sonitu suopte (41)
Tinti-

(32) Elegantissimum carmen ad Lesbiam est, in qua *Sapphus* svavissimam Oden expressit Veronensis Poëta, quæ comparare invicem & contendere operæ pretium est. Nam & secundum versum totum adjecit de suo, & in tertio detraxit ἁδὺ φωνέσας, cujus loco posuit *spectat*, quod in græco non est. In nono autem ac sequentibus sententiæ ordinem invertit plane, ut non tam latinam eam reddere, quam certare cum illa voluisse videatur. *Dousa* F.

(33) Magnam gratiam Longino Rhetori debemus, qui Oden hanc Sapphus in scripta sua transtulit, & majorem iis, qui hæc ipsa vulgarunt. Phaonem vero Lesbium, impense perditeque amatum, indicat etiam *Plautinum* illud in milite glor. IV. 6. v. 31.

Nam nulli mortali scio obtigisse hoc, nisi duobus,
Tibi & Phaoni Lesbio, tam misere ut amarentur.

Loquitur autem *Euripides* eodem modo in Electra v. 67. quo Sappho:

Ἐγώ σ' ἴσον θεοῖσιν ἡγῦμαι φίλον.

Ego te Diis æqualem amicum duco.
A. Statius.

(34) Si pote est. *Idem.*

(35) Θαμα' ἐπισκοπεῖται. Sic *Plato* in Lyside pag. 499. Opp. ed. Franc. περιστρεφόμενος ὁ Λύσις θαμα' ἐπεσκοπεῖτο ἡμᾶς, καὶ δῆλος ἦν ἐπιθυμῶν προσελθεῖν. *Conversus Lysis frequenter in nos oculos conjiciebat, utpote qui propius accedere cuperet.* Idem.

(36) *Catullus* Epigr. LXII. v. 214. *Dulce rideat ad patrem.* Et *Horatius* Carm. I. Od. 22. v. 23. sqq. *Dulce ridentem Lalagen amabo, Dulce loquentem.* Et *Plato* in Epigrammatis de Laide Anthol. VI. 8. n. 1.

Ἡ σοβαρὸν γελάσασα καθ' Ἑλλάδος, ἡ τὸν ἐρώντων
Ἑσμὸν ἐνὶ προθύροις Λαῒς ἔχουσα νέων.

Insolenter ridens Græciam, amatorum
Multitudinem in vestibulo Lais habens juvenum.

Quos versus pene expressit *Propertius* II. el. 5. v. 1.

Non ita complebant Ephyrææ Laidos ædes,
Ad cujus jacuit Græcia tota fores. Idem.

(37) Est

Interpretatio gallica Boilavii Deſpræi. (45)

Heureux ! qui près de toi, pour toi ſeule ſoupire ;
Qui jouït du plaiſir de t'entendre parler :
Qui te voit quelquefois doucement lui ſourire.
Les Dieux dans ſon bonheur peuvent-ils l'égaler ?

Je ſens de veine en veine une ſubtile flâme
Courir par tout mon corps, ſi-tôt que je te vois :
Et dans les doux transports où s'égare mon ame,
Je ne ſaurois trouver de langue, ni de voix.

Un

(37) Eſt in nonnullis *ſuprema* pro *ſuper mi*; & quia ſequens Adonius deſideratur, difficilis eſt conjectura. Credibile eſt, *vocis* partem reliqui fuiſſe. *Bion* quidem in Bucolicis Idyll. IV. v. 8. ſimile quiddam poſuit de Venere:

Ἢν μὲν γὰρ βροτὸν ἄλλον ἢ ἀθάνατόν τινα μέλπω,
Καμβαίνει μευ γλῶσσα, καὶ ὡς πάρος οὐκ ἔτ' ἀείδει.

Nam ſi hominem quempiam alium aut immortalem carmine celebro,
Ceſſat mea lingua, nec ut ante ſolebat canit.

Legendum forte in poſteriore verſu: κ' ἀμβλύνει, *hebeſcit.* Idem. vel etiam βαμβαίνει, *balbutit.*

(38) Secundæ ſtrophæ ultimus verſus deſideratur, is autem, qui vulgo legitur: *Quod loquar amens*; non *Catulli* eſt, ſed Ant. *Parthenii*, ideoque eum ſuſtulimus. Hoc enim perpetuo tenere decrevimus, ut ne quid alienum ſcientes veterum ſcriptis admiſceamus. Alioqui enim rejiciendus ille verſiculus non erat; cum ad ſententiam mirifice quadret. *Muretus.*

Hanc lacunam ingenioſe *Parthenius* explevérat addito verſiculo: *Quod loquar amens.* At in bonis autoribus aliquid ſimile præſtare flagitium potius eſt quam beneficium, ſiquidem vetuſta ſimulacra mutila magis placent, quam diverſi operis additione perfecta. *Vulpius.*

(39) Legendum *tenuis*, non *tenues*; reſpondet enim illi græco: λεπτὸν πῦρ. *Donſa F.*

(40) Dimanare amoris flammam dixit μεταφορικῶς, oſtendit ita dictum *Plautus* in Moſtell. Act. I. Sc. 2. v. 62:

Continuo pro imbre amor advenit in cor meum
Is ubi (usque) in pectus permanavit, permadefecit
Cor meum.

Et *Lucretius* lib. IV. v. 1053.

Hinc inlata prius [in editt. *illa primum*] *Veneris dulcedinis in cor*
Stillavit gutta & ſucceſſit frigida [in editt *fervida*] *cura,*
Manat amor tectus, ſi non ab amante recedas.

(Ultimus verſus in editionibus Lucretii non reperitur.) Amorem vero ipſum in cor deſcendentem

Tintinant (42) aures, gemina teguntur
Lumina nocte. (43)

Manat (44) & sudor gelidus; tremorque
Occupat totam: velut herba pallent
Ora: spirandi neque compos, orco
Proxima credor.

Non tamen despero: etenim indigentem.

ὅιον

dentem significavit *Alcmaon* (leg. *Alcman*) in illis versibus, qui sunt apud *Athen.* lib. XII. pag. 600. F.

Ἔρως μέ δ' αὖτε Κύπριδος ἕκατι γλυκὺς κατείβων καρδίαν ἰαίνει.

Amor autem me voluntate Cypridis dulcis distillans cor exhilarat.

Archilochus simillime hoc ipso in genere apud *Stobaeum* Serm. LXII. de vituperio Veneris p. 399. 21. vid. supra not. 23. Sic *Catullus* eripi sibi sensus dixit. Et *Archilochus* apud Stobæum loc. cit.

Δύστηνος ἔγκειμαι πόθῳ ἄψυχος, χαλεπῇσι
Θεῶν ὀδύνῃσιν ἕκητι πεπαρμένος δι' ὀστέων.

Miser incumbo in amorem exanimis, gravibus
Doloribus transfixus ossa, deorum voluntate.
A. Statius.

(41) Scio quidem recte dici: *sonitu suopte* pro *sonitu proprio*, quemadmodum apud *Ciceronem* & alios passim legas, *pondere suopte* & *natura suapte* &c. non tamen probo, ut hoc in loco *suopte* construatur cum *sonitu* & libentius amplector lectionem veterum librorum, in quibus scriptum invenio: *sonitu suapte Tintinant aures.* Absolute hic ponitur *suapte* pro *sponte*. Sic quoque *Lucretius* lib. VI. v. 755.

Sed natura loci hoc opus efficit ipsa suapte.

Sed & apud Ciceronem & alios hoc vocabulum sic positum observavimus, licet perperam mutatum sit. Est autem *suapte* æque ac cætera pronomina, quibus *pte* accedit, contractum ex *sua pote*, valetque idem, quod *sponte*, quod & ipsum factum est ex *se pote*, interjecto *n*, ut solebant veteres. *Vossius.*

(42) Vulg. *Tinniunt aures.* Recte liber scriptus: *Tintinant aures.* Afranius: *Ostiarii impedimenta tintinare audio.* Nævius: *Tantum ubi molle crepitum faciunt, tintinabunt compedes.* Inde Tintinabulum. *Scaliger.*

(43) Desunt reliqui versus ab eodem conversi, quos ego crassa Minerva mea sic supplebam:

Sudor it late gelidus trementi
Artubus totis, violamque vincit
Insidens pallor, moriens nec auras
Ducere possum.

Ovidius Amor. III. Eleg. XIV. v. 37. simillime:

Mens abit & morior. ———

Verba

Un nuage confus se répand sur ma vuë.

Je n'entens plus: je tombe en de douces langueurs;

Et pâle, sans haleine, interdite, éperduë,

Un frisson me saisit, je tremble, je me meurs.

Mais quand on n'a plus rien, il faut tout hazarder, &c.

Uti

Verba autem Catulli, quæ sequuntur: *Otium, Catulle*, &c. ad superiora illa non pertinent, suntque omnino ἀποσπασμάτιον Catullini poëmatis, quod perierit. Præterire hoc loco non possum *Macrobii* verba lib. II. Saturn. cap. 7. *Jocularis*, inquit, *deinde super cœnam exorta quæstione, quodnam esset Molestum otium, aliud alio opinante, ille Podagrici pedes dixit.* Is vero est Publii jocus. *A. Statius.*

Tetrastichum quartum chara[illegible]atulliano ita ludibundi convertimus:

Frigidus sudor fluit: horror artus
Pallidos herbâ magis it per omnes:
Et pati mortem videor morans in
Limine mortis.

Videtur autem huc respexisse *Valerius Æditnus* in Epigrammate, quod apud *Gellium* lib. XIX. cap. 9. legitur:

Dicere quum conor curam tibi, Pamphila, cordis:
Quid mi abs te quæram? verba labris abeunt.
Per pectus miserum manat subito mihi sudor,
Sic tacitus, subidus duplo ideo pereo.
Dousa F.

Verba: *Otium, Catulle*, &c. non satis cohærent cum præcedentibus, & cum plura hic habeat *Sappho*, sensui perquam idonea, non immerito aliquis suspicetur excidisse hic nonnulla. Ego tamen libentius credo in medio conatu subsistere & abrumpere hic Catullum, velut indignantem, quod in tenui adeo labore, in vertendo nempe hoc Sapphus odario suo abutatur otio. Si totam absolvisset odam, intempestiva omnino fuisset hæc indignatio. Nunc autem elegantissima est, cum παρὰ προσδοκίαν fiat, ut solent sæpe dithyrambici, quorum præcipuum artificium versatur circa digressiones. *Vossius.*

(44) Hoc tetrastichum debemus Henr. *Stephano*, ultimum autem versum Jac. *Tollio*.

(45) Metaphrases gallicæ *Longapetræi* & *Gaconi* additæ sunt editionibus Odarum Anacreontis, quas supra laudavi not. (2) Alia à Virgine quadam nobili Aquitaniæ composita extat in libro gallico, qui inscribitur: *Mercure galant* An. 1684. Metaphrasis germanica Jo. Burch. *Menckenii* τοῦ μακαρίτου inserta est Carminibus festivis pag. 92. quæ sub ficto Philandri *van der Linde* nomine edidit Lipsiæ 1705. 8. Aliæ duæ autorum anonymorum leguntur in Actis Erudit. germanice editis P. LX. p. 918. sq.

(46) Judi.

διον (46) ἡ Σαπφὼ τὰ συμβαίνοντα ταῖς ἐρωτικαῖς μανίαις παθήματα ἐκ τῶν παρεπομένων, καὶ ἐκ τῆς ἀληθείας αὐτῆς (47) ἑκάστοτε λαμβάνει. Πῦ δὲ ταύτην τὴν ἀρετὴν (48) ἀποδείκνυται; ὅτε τὰ ἄκρα αὐτῶν καὶ ὑπερτεταμένα δεινὴ καὶ ἐκλέξαι, καὶ εἰς ἄλληλα συνδῆσαι. Φαίνεταί μοι κῆνος κ. τ. λ. Οὐ (49) θαυμάζεις, ὡς ὑπ' αὐτὸ (50) τὴν ψυχήν, τὸ σῶμα, τὰς ἀκοὰς, τὴν γλῶσσαν, τὰς ὄψεις, τὴν χρόαν, πάνθ' ὡς ἀλλότρια διοιχόμενα ἐπιζητεῖ; καὶ καθ' ὑπεναντιώσεις ἅμα ψύχεται, (51) καίεται, (52) ἀλογιστεῖ, (53) φρονεῖ, (54) ἢ γὰρ φοβεῖται, (55) ἢ παρ' ὀλίγον τέθνηκεν, ἵνα μὴ ἕν τι περὶ αὐτὴν πάθος φαίνηται, παθῶν δὲ σύνοδος; Πάντα μὲν τὰ τοιαῦτα (56) γίνεται περὶ τοὺς ἐρῶντας· ἡ λῆψις δ', ὡς ἔφην, τῶν ἄκρων, καὶ ἡ εἰς ταυτὸ συναίρεσις, ἀπειργάσατο τὴν ἐξοχήν.

Ὡς

(46) Judicium *Longini* de Sapphus ode ex Sect. X. περὶ ὕψους, quæ inscribitur: ὅτι ἡ τῶν ἄκρων καὶ καιριωτάτων ἐκλογὴ τοῦ ὕψους αἴτιον. καὶ πῶς *Summorum & validissimorum consequentium collectionem compositionemque causam esse sublimitatis & quomodo.*

(47) *Fabius veritatem ipsam morum* vocat, lib. VI. cap. 2. Institutt. Or. v. *Longini* Sect. IX. *Tollius.*

(48) Eo modo *Manutius* aliique, πῦ δὲ τὴν in ed. *prima.* Hudson.

Ita omnes editiones & MSti, sed *Faber* legendum conjecit: πῦ δὲ ταύτην τὴν ἀρετὴν &c. quod nollem factum. Longinus enim voce ὁ pro αὐτὸς vel οὗτος per omnes illius articuli casus utitur: sic in Sect. IV. occurrit: καὶ τὸ (i. e. τοῦτο) τὴν ἀνεψιὰν &c. Sect. VII. ἂν τὸ (i. e. αὐτὸ) συνεχὲς ἐπισκοπῇς. Sect. XVI. ὀλίγα τῶν (i. e. τούτων.) Sect. XXVIII. τῇ (i. e. ταύτῃ) τὴν ἐκ τῆς περιφράσεως περιχεάμενος εὐμέλειαν, & Sect. XLIII. τοὺς τούτων (alias τῶν) ὅτι πορρωτάτω &c. *Pearce.*

(49) Vox οὐ deest in edit. *prima,* οὐ θαυμάζοις in MSS. *Hudson.*

Recte in MS. *Ambros.* habetur: οὐ θαυμάζοις. *Schurzfleisch.*

(50) h. e. ὑπὸ τὸν αὐτὸν χρόνον *sub idem tempus, simul.* Langbæn.

Rectius puto: ἐπὶ ταυτὸ, ut mox, ἡ εἰς ταυτὸ συναίρεσις item Sect. seq. εἰς ἑνότητα σύνταξις, & Sect. XX. ἡ ἐπὶ ταυτὸ σύνοδος σχημάτων. D. *Ignatius* epist. ad Ephesios n. 5. p. 13. edit. Oxon. 1709. ὁ οὖν μὴ ἐρχόμενος ἐπὶ τὸ αὐτὸ, οὗτος ἤδη ὑπερηφανεῖ καὶ ἑαυτὸν διέκρινεν. *Qui igitur non venit in idem, hic jam superbit, & se ipsum condemnavit.* ἐπὶ ταυτὸ igitur vel ἐπὶ τὸ αὐτὸ est *in idem concilium, in unum.* Mox lubens legam: ἢ καὶ φοβεῖται, ἢ παρ' ὀλίγον τέθνηκεν. *Tollius.*

(51) Alludit ad verba odes: κὰδ δ' ἴδρως ψυχρὸς χέεται. *Pearce.*

Editio *Manutiana* habet: κάεται, neque hæc lectio damnanda erat à librariis, quum utraque forma Atticis usitata sit scriptoribus. *Schurzfleisch.*

(52) Respicit ad illa: ἐν δὲ λεπτὸν χρῷ πῦρ ὑποδεδρόμακεν. *Pearce.*

(53) Cur

Uti Sappho familiares amatoriis furoribus animi corporisque affectiones à consequentibus adeoque ab ipsa undique petit veritate. Ubi autem hanc ingenii vim ostendit? in eo, quod ex his non nisi summa quæque, & ad altissimum intensionis gradum deducta, sibi deligat, eaque apto inter se nexu colliget: *Videtur mihi ille* &c. Nonne miraris, quomodo illa animam, corpus, aures, lingvam, oculos, colorem denique vultus, atque omnia ea velut jam dilabentia in unum quasi concilium rursus colligat, contrariisque & sibi invicem repugnantibus agitata animi corporisque perturbationibus eodem tempore & algeat & ardeat, & desipiat & resipiscat: quin & timore fatiscat, ac tantum non exspiret, ut non una quædam animi affectio in ipsa appareat, sed affectionum cœtus. Omnia quidem hujusmodi amantibus obtingunt; sed ille valentissimorum consequentium delectus eorumque in unum complexus sublimitatem efformavit.

Quum

(53) Cur ἀλογοστεῖ in omnibus libris scriptum sit, miror; nam omnino legi debet ἀλογιστεῖ. *Faber.*

Ita *Manutius*; ἀλογιστὶ φρονεῖ in editione *prima*. Hudson.

Pro ἀλογιστεῖ T. *Faber* in omnibus libris ἀλογοστεῖ scriptum se reperisse testatus est, quod & ipse ei accredo. Nam Manutianam editionem non vidit, quæ plane ἀλογιστεῖ legit. Ἀλογιστῶ est latinis; *Fugit me ratio.* Schurzfleisch.

Ἀλογιστεῖ idem est ac vox ἄπνους. *Pearce.*

(54) Cum Sappho se quasi corrigens addit: ἀλλὰ πᾶν τολματὸν &c. *Pearce.*

(55) i. e. ita commovetur, ut extra se rapi videatur: & ita noster utitur hac voce in Sect. XXXIV. οὐδεὶς γοῦν Ὑπερίδην ἀναγινώσκων φοβεῖται. *Quippe nemo Hyperidem legens commovetur.* Pearce.

(56) Vide *Heliodorum* lib. IV. pag. 172. *Plutarchus* in Demetrio Poliorcete, ubi de amore Antiochi Stratonicen novercam depereuntis sermo; & in Erotico; (quæ loca infra afferentur) *Apollonius* lib. III. Argonaut. v. 961. de Medea cum primum Jasonem videret:

Ἐκ δ' ἄρα οἱ κραδίη στηθέων πέσεν, ὄμματα δ' αὐτῆς [αὔτως]
Ἤχλυσαν. θερμὸν δὲ παρηΐδας εἷλεν ἔρευθος.
Γούνατα δ' οὔτ' ὀπίσω, οὔτε προπάροιθεν ἀεῖραι
Ἔσθενεν, ἀλλ' ὑπένερθε πάγη πόδας.

Animus utique puella effodi pectore; lumina tantum
Caligare; genas rubor calidus inficere;
Genua nec rursum nec prorsum posse
Tollere; subtus denique obrigescere pedes.

Imitatus est nostram latinorum Poëtarum omnium maxime sublimis *Lucretius* lib. III. ubi eadem metu captis tribuit, quæ *Sappho* amore æstuantibus; v. supra not. 3. p. 18. b. *Tollius.*

In MS. *Ambros.* legitur: πάντα μὲν τοιαῦτα. *Schurzfleisch.*

Ed. *pr.* & MSti *Par.* & *Ambr.* πάντα μὲν τοιαῦτα, non ut *Manutius* πάντα μὲν τὰ τοιαῦτα. *Pearce.*

(57) *Plu-*

Ὡς (57) οὖν τῶν μὲν ἄλλων εἰσιόντων, ὁμοίως εἶχε, τῆς δὲ Στρατονίκης, καὶ καθ' ἑαυτὴν καὶ μετὰ τοῦ Σελεύκου φοιτώσης πολλάκις, ἐγίνετο τὰ τῆς Σαπφοῦς ἐκεῖνα περὶ αὐτὸν πάντα, φωνῆς ἐπίσχεσις, ἐρύθημα πυρῶδες, ὄψεων ὑποδείξεις, (58) ἱδρῶτες ὀξεῖς, ἀταξία καὶ θόρυβος ἐν τοῖς σφυγμοῖς· πέλος δὲ, τῆς ψυχῆς κατὰ κράτος ἡττωμένης, ἀπορία καὶ θάμβος, καὶ ὠχρίασις.

Νέῳ (59) δ' ἀνδρὶ γευσαμένῳ προκοπῆς ἀληθοῦς (60) ἐν φιλοσοφίᾳ τὰ Σαπφικὰ ταυτὶ παρέπεται· Κατὰ μὲν γλῶσσ' ἔαγ' ἂν δὲ λεπτὸν (61) αὐτίκα χρῷ πῦρ ὑποδέδρομε (62) καὶ ἀθόρυβον δὲ ὄψιν, (63) καὶ πρᾶον ὄμμα, φθεγγομένου δ' ἀκοῦσαι ποθήσειας.

Ἀνάμνησον (64) ἡμᾶς, ἐν οἷς ἡ καλὴ Σαπφὼ λέγει, τῆς ἐρωμένης ἐπιφανείσης, τήν τε φωνὴν ἴσχεσθαι (65) καὶ φλέγεσθαι (66) τὸ σῶμα, καὶ καταλαμβάνειν ὠχρότητα καὶ πλάνον (67) αὐτὴν καὶ ἴλιγγον. λεχθέντων οὖν ὑπὸ τοῦ Δαφναίου τῶν μελῶν ἐκείνων ὡς. (68)

X. Λυ-

(57) *Plutarchi* locus in vita Demetrii Tom. I. Opp. pag. 907. B. & Vol. V. Vit. edit. Lond. pag. 46, 4.

(58) Ego conſtanter aſſevero, ſcribendum ὑπολείψεις. Dixerat enim Sappho: ὀππάτεσσιν δ' οὐδὲν ὄρημι· quod eſt perſpicue geminum. *Gu. Canterus* Nov. Lect. V. 27. Tom. III. Lamp. Grut. p. 638. v. ſupra not. 22.

Hic locus tot mala corporis nominat, ut merito univerſum clamare amoris crudelitatem dicatur. Quem proponere volui, ne quis Henr. *Stephanum* (forte leg. Guil. *Canterum*) ſequi velit, qui quum minime opus alia ſit, lectionem tamen diverſam comminiſcitur. *Barthius* Adverſ. VI. 16. p. 282. med.

Corruptam eſſe vocem ὑποδείξεις omnes fatentur. *Dacerius* ὑπολείψεις reponit. Cl. Editor de ὑποδήσεις & ὑποῤῥίψεις cogitarat, (quarum poſteriori favere ei videbantur verba, quæ Vol. III. pag. 95, 2. legere potes) ſed ὑποδύσεις mavult, propter *Luciani* in Tim. locum cap. 11. ubi inter amoris ſigna hoc recenſetur: ἀπὸ - - - τῶν ὀφθαλμῶν ΥΠΟΔΕΔΥΚΟΤΩΝ. Adducit & ex *Heliodori* Æthiop. pag. 172. hæc verba: οὐχ ὁρᾷς ὡς ΚΥΛΛΟΙΔΙΑ τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ τὸ βλέμμα διέῤῥιπται. Harum omnium vocum mihi maxime placet ΥΠΟΔΥΣΕΙΣ. Sed à *Plutarcho* potius ΥΠΟΤΗΞΕΙΣ ex ductu literarum ſcriptum fuiſſe conjicio, quæ vox rei etiam mihi videtur aptiſſima. Vid. infra vitam Antonii p. 119, 6. Lectoris judicium eſto, donec ex melioribus Codd. de genuina *Plutarchi* voce conſtet. Moſes *Du Soul* Vol. V. Vit. Plutarchi p. 434. ſq.

(59) Locus *Plutarchi* in libello, quem inſcripſit: πῶς ἄν τις αἴσθοιτο ἑαυτοῦ προκόπτοντος ἐπ' ἀρετῇ T. II. Opp. p. 81. D.

(60) Edit. *Aldina* & *Urſinus* habent ἀληθῶς.

(61) Sapphicum verſum emendavi ex oda ipſa, ut extat apud Dion. *Longinum* περὶ ὕψους. *Xylander*.

Nos

Quum igitur ad cæterorum ingressum nihil moveretur, Stratonice vero & sola & cum Seleuco subinde eum invisente, illa Sapphus in eo omnia existerent, vocis compressio, rubor vultus igneus, tectus oculorum conjectus, sudores præcipites, confusio & perturbatio pulsus, denique vi victo animo perplexitas, stupor & pallor.

Virum autem juvenem, qui veri in philosophia profectus gustum percepit, *Sapphica* hæc comitantur:

Lingua jam torpet, tenues per artus
Flamma dimanat - - -

oculisque placidis & vultu constanti adstans, cuperes ejus sermonem audire.

In memoriam reduc nobis elegantes illos Sapphûs versus, ubi ait repente visa sibi amasia vocem inhibitam, arsisse corpus, seque pallore, tremore & vertigine correptam. Cum id carmen recitasset Daphnæus, ut - - -

X. Dul-

Nos conjecturam & Musæ decimæ verba secuti sic legimus: κατὰ μὲν γλῶσσ' ἔαγε ἂν δε λεπτὸν αὐτίκα χρῷ πῦρ ὑποδεδρόμακε. Θόρυβος δὲ ὄψεων, καὶ ἀκοῶν βόμβος. Φθεγγομένη δ' ἀκοῦσαι πεθήσεις. Gu. *Canterus* Nov. Lect. V. 27. T. III. Lamp. Grut. p. 637.

Edit. *Aldina*, *Bas.* & *Stephanus*: κατὰ μὲν γλῶσσαν γε λεπτόν. *Ursinus*: κατὰ μὲν γλῶσσαν λεπτόν.

(62) In margine edit. *Stephan.* Plutarchi inter Vossianos Bibliothecæ *Leid.* legitur: ὑποδεδρόμακεν. In Cod. *Turnebi* & apud *Stephanum* in Lyricis: ὑποδίδραμε. In edit. *Ald.* & *Bas.* Plutarchi & apud *Ursinum*: ὑποδίδρωμε.

(63) In margine edit. *Aldin.* inter Vossianos Bibliothecæ *Leid.* legitur: ὄψει & δ' ἂν ἀκοῦσαι pro δ' ἀκοῦσαι.

(64) Plutarchi locus in Ἐρωτικῷ T. II. Opp. p. 763. A. & in *Barthii* Adverf. lib. VI. cap. 16. pag. 282.

(65) Mallem in *Plutarcho* legere: τήν τε φωνὴν ἐπισχέσθαι. *Schurzfleisch.* vide supra not. 17.

(66) Hic φέγγεσθαι legendum censuerim. Alludit enim Plutarchus ad illa *Sapphonis*: ἂν δὲ λεπτὸν αὐτίκα χρῷ πῦρ ὑποδεδρόμακεν Gv. *Canterus* Nov. Lect. V. 30. Tom. III. Lamp. Grut. p. 637.

Verbum φθέγγεσθαι hic locum non habet; legendum est aut φέγγεσθαι illustrari & splendore affici vel potius φλέγεσθαι incendi, calore scilicet intus membra & viscera urente. Nam φέγγος & ὠχρότης, quæ statim memoratur, non conveniunt sane in eadem superficie: at intus calere foris pallere etiam in morbis videmus homines. Verba *Sapphus* sunt, & Catulli interpretatio in omnium manibus, pro quibus hic asteriscus extat. Et quæ sequuntur, sunt plane depravata. *Xylander.*

(67) *Stephanus* in Lyricis p. 43. pro πλάνον legit πλάδον langvorem.

(68) In margine edit. *Stephan.* *Plutarchi* inter *Vossianos* Bibliothecæ *Leid.* extat: dele ὡς & hic ponenda videtur Ode illa *Sapphûs*: φαίνεταί μοι κεῖνος ἴσος θεοῖσιν.

(1) Hoc

X.

Γλυκεῖα (1) μᾶτερ, ὔτι (2) δύναμαι κρέκεν τὸν ἱςὸν,
Πόθῳ δαμεῖσα παιδὸς, βραδινὰν δὶ Ἀφροδίταν.

XI.

Δέδυκε (3) μὲν ἁ Σελάνα,

Καὶ

* (1) Hoc fragmentum è Sapphus lib. VII. Carminum adducit *Hephæstion* pag. 34. 20. Videtur autem *Horatius* ad hos versus respexisse lib. III. Carm. od. XII. v. 4.

> *Tibi qualum Cytherea puer ales,*
> *Tibi telas operosaque Minervæ*
> *Studium aufert, Neobule, Liparæi nitor Hebri.* Ursinus.

Extat in Anacreonte *Longapetræ* p. 386.

Conf. Pet. *Victorium* lib. IX. Var. Lect. c. 18. ubi *Sapphonis* carmen cum Horatii carmine collatum est propter sententiæ similitudinem. *Lambinus* legit ῥαδινάν. If. *Vossius* Æolium βραδινὰν pro ῥαδινάν. A. *Schottus* in not. MS. ad Ursinum.

[Narro tibi βραδινὰν æolice pro ῥαδινὰν dictum, ut βρόδον, ῥόδον, βρῶπες, ῥῶπες. Ῥαδινὴ autem Ἀφροδίτη & χρυσῆ Ἀφροδίτη perpetuis epithetis vocantur à Poëtis. Quare βραδινὰ Ἀφροδίτη non pertinet ad vehementiam amoris. *Yvo Villiomarus* (Jos. Scaliger) Animadvers. in locos controvers. Rob. Titii lib. V. cap. 5. pag. 102.

Verba *Hephæstionis* sunt: Ἔςι δὲ πυκνὸν, καὶ τὸ τὴν δευτέραν μόνην ἀντισπαςικὴν ἔχον· ᾧ μέτρῳ ἔγραψεν ᾄσματα καὶ Σαπφὼ, ἐπὶ τῆς τῦ ἑβδόμυ. Γλυκεῖα κ. λ. *Est vero frequens etiam illud*; (de metro antispastico loquitur) *quod secundam tantum mensuram habet antispasticam, quo metro* Sappho *quoque carmina scripsit in Oda libri septimi.* Γλυκεῖα &c.

Ἐπὶ τῆς τῦ ἑβδόμυ] Subaudiendum est ᾠδῆς *in Oda libri septimi*; ut vides, numerus Odæ omittitur: & hunc adscripsit forte *Hephæstion*, sed male neglexerunt Hephæstionis scribæ: commode profecto legi posset hic: ἐπὶ τῆς ϛ τῦ ἑβδόμυ, *in sexta Oda libri septimi*; ita peccatum millies; nihil tamen affirmo. *Pauw.*

(2) *Hephæstion* & *Stephanus* legunt ὔτοι.

(3) Extat hoc fragmentum apud *Hephæstionem* p. 38, 1. Μόνα καθεύδω. Tale quiddam *Ovidianum* illud Heroïdum Epist. I. v. 7.

> *Non ego deserto jacuissem frigida lecto.*
> Ursin.

Extat in Anacreonte *Baxteri* p. 172. & *Longapetræ* p. 388.

Interpretatio metrica H. *Stephani*:

> *Jam pulchra quidem Diana,*
> *Jam Pleiades occiderunt,*
> *Jam nox media est, & hora*
> *Jam præterit: ipsa vero*
> *Ah sola cubo misella.*

& Tan. *Fabri*:

> *Jam nox, fuscis*
> *Languida bigis,*
> *Ætheris alti*
> *Templa relinquens,*
> *Occiduos petit orbis ludos;*
> *Summaque turrium*
> *Tecta rubescunt,*
> *Et tacita prius jam recinunt aves.*
> *Ast ego pervigil*
> *Cælibe lecto*
> *Tempora longa*
> *Tarda quietis*
> *Exigo solus.*

Verba *Hephæstionis* sunt: Ἐνίοτε δὲ ἐναλλὰξ

τὰς

X.

Dulcis mater non possum texere telam,
Amore victa pueri, per delicatam Venerem.

XI.

Occidit quidem Luna

Et

τὰς ἰωνικὰς ταῖς τροχαϊκαῖς παραλαμβάνουσιν ἀντὶ μὲν τῶν ἰωνικῶν, ἔσθ᾽ ὅτε τὰς δευτέρας παιωνικὰς παραλαμβάνοντες, ἀντὶ δὲ τῶν ἑξασήμων τροχαϊκῶν, ἔσθ᾽ ὅτε τὰς ἑπτασήμους τροχαϊκάς. *Aliquando autem alterne* (de genere ionico à majore loquitur) *ionicas dimensiones trochaicis adjungunt, pro ionicis quidem nonnunquam paonicas secundas sumentes, pro trochaicis vero hexasemis nonnunquam trochaicas heptasemas.*

Cur ab Ionicis tetrametris ad dimetros recurrit *Hephastion?* id ego hercle non dicam tibi: nam alia nos exspectare jubent verba superiora; Vide modo illa: καὶ τετράμετρα δὲ ἀκατάληκτα διαφόρως συνέθεσαν, *& tetrametra acatalecta varie composuerunt*, quæ aperte ostendunt, sequentia tetrametris acatalectis destinata esse. Fallor aut Amanuenses hic iterum egerunt, quod solent: ex quatuor versiculis dimetris faciendi sunt duo versus tetrametri, sic scopo Hephæstionis fit satis, & singula exhibentur ordine suo: Δέδυκε μὲν ἁ σελάνα καὶ πλειάδες, μέσαι δὲ. Versus est unus; ex sequentibus compositus est alter: pro ἔρχεθ᾽ autem legendum ἔρχεθ᾽, ut in fragmentis Sapphicis jam legitur vulgo; sic Epitritum secundum habemus opportune pro dispondeo, qui in versu ionico male moratur propter nimiam longitudinem suam; καὶ πλειάδες in versu primo etiam sordet, quia jambum exhibet heptasemum. Lege igitur: καὶ Πληϊάδες, μέσαι δὲ, sic commode habebis Ionicum cum ditrochæo Hexasemo vel Heptasemo, & nihil erit emaculatius. Πληϊάδες pro πλειάδες est apud *Homerum* & *Hesychium*; hoc sciant tyrones. In editione *Turnebi* post μέσαι δὲ male comparet punctum. *Pauw.*

Παραλαμβάνουσι] τουτέστι τὴν πρώτην μακρὰν τῆς ἰωνικῆς βραχύνοντες, τὴν τοῦ τελευταίου ποδὸς βραχεῖαν μηκύνοντες, ὅ ἐστι, σπονδεῖον τὸν δεύτερον ἁπλοῦν πόδα ποιήσαντες, ὡς ἔθος τῷ τροχαίῳ. Παραλαμβάνοντες] ὅπου μὲν ἐξ ἰαμβικοῦ ἀπὸ βραχείας ἀρχομένου, ὅπερ ἐστι, παιωνικοῦ δευτέρου καὶ τροχαϊκοῦ ἑπτασήμου, ἤτοι ἐπιτρίτου β. ὡς τὸ πρῶτον· Δέδυκε μὲν ἁ σελάνα, ὅπου ὡς προείρηται ἐξ ἰωνικῶν καθαρῶν, καὶ τροχαϊκῶν τὸ οὖν, ἁ σελάνα, ἑπτάσημός ἐστι τροχαϊκή. τροχαῖος γάρ ἐστι καὶ σπονδεῖος· μακρὸν γάρ ἐστι καὶ τὸ τελευταῖον α· ἔστιν οὖν τὸ, ἁ σελάνα, ἐπίτριτος δεύτερος, τῆς α τελευταίας ἀντὶ μακρᾶς παραλαμβανομένης. hoc est: *Primam longam ionici corripientes, & ultimi pedis brevem producentes, quod est, spondeum alterum brevem pedem facientes, uti familiare est trochao.* Παραλαμβάνοντες] *nunc quidem ex jambico qui à brevi incipit, quod est, paonico secundo & trochaico heptasemo, aut epitrito secundo, uti primum illud:* Δέδυκε μὲν ἁ σελάνα· *nunc vero ut ante dictum est, ex ionicis puris & trochaicis. Illud igitur:* ἁ σελάνα, *est trochaica heptasema, trochaus enim est & spondeus, nam longum quoque est ultimum* α. *Est itaque* ἁ σελάνα *epitritus secundus ultimo* α *pro longa syllaba sumpto.* Schol. Hephæst.

Hæc collocata non sunt suis locis: scribe, ut recte intelligantur: Ἔσθ᾽ ὅτε τὰς δευτέρας παιωνικὰς] τουτέστι τὴν πρώτην μακρὰν τῆς ἰωνικῆς βραχύνοντες. Ἔσθ᾽ ὅτε τὰς ἑπτασήμους τροχαϊκὰς] τὴν τοῦ τελευταίου ποδὸς βραχεῖαν μηκύνοντες, ὅ ——— ὡς ἔθος τῷ τροχαίῳ. Quibus dein subjicitur paulo generalius: ὅπου μὲν ἐξ ἰαμβικοῦ ἀπὸ βραχείας ——— ὡς τὸ πρῶτον, Δέδυκε μὲν ἁ σελάνα, ὅπου ὡς προείρηται, ἐξ ἰωνικῶν καθαρῶν &c. nunc quidem versus ionicum pæonem secundum & epitritum secundum habet, nunc vero Ionicos & trochaïcos puros; ita variat metrum: ὅπου μὲν, ὅπου cohærent hic & faciem sibi obvertunt: ὅπου μὲν, ὅπου δὲ nitidius fuisset; sed in Scholiis nitere non solent omnia. *Pauw.*

(4) Πλει-

Καὶ Πληϊάδες, μέσαι (4)
νύκτες, παρὰ δ' ἔρχεθ' (5) ὥρα·
Ἐγὼ δὲ μόνα καθεύδω.

XII.

Ἔρως (1) δ' αὖτε μ' ὁ λυσιμελὴς δονεῖ,
Γλυκύπικρον (2) ἀμάχανον ὄρπετον (3)
Ἀτθὶς, (4) σοὶ δ' ἐμέθεν μὲν ἀπήχθετο, (5)
Φροντὶς δ' ἐν ἐπὶ τ' Ἀνδρομέδαν (6) ποτῇ.

XIII. Ἔχει

(4) Πλειάδες· μέσσαι habent *Hephaestion* & *Ursinus*, πλειάδες μέσαι legit *Stephanus*.

(5) *Hephaestion* habet ἔρχεθ'.

(1) Hunc locum profert idem *Hephaestion* p. 24, 2. τὸ δὲ τετράμετρον ἀκατάληκτόν ἐστι τοιοῦτον· Ἔρως κ. τ. λ. *Tetrametrum autem acatalectum est tale:* Ἔρως &c. agit Autor de metro æolico, vid. etiam ejus Scholiasten p. 90, 5. qui legit Ἔρος. Apud *Hephaestionem* varie legitur prioris versus scriptura, ita enim in veteri libro notatum animadverti: Ἔρως δ' αὖτε μ' ὀλλυσι μελίσδων. *Ursin.*

Extat in Anacreonte *Longapetrai* p. 388.

Scholiastes habet: Ἔρος, utrumque bonum est. Et hæc Sapphûs esse putant; quo jure, non dicam, ubi Hephæstion silet. *Pauw.*

(2) Videtur hoc ad amorem referendum esse, de quo dixit *Catullus* Carm. LXIII. v. 95. *Sancte puer, curis hominum qui gaudia misces.* & Carm. LXVII. v. 18. *Qua dulcem curis misces amaritiem.*

Maximus quoque *Tyrius* Dissert. VIII. in fine tradit, Sapphonem τὸν Ἔρωτα γλυκύπικρον καὶ ἀλγεσίδωρον dixisse. Verba ejus sunt: Καὶ Διοτίμα λέγει, ὅτι θάλλει μὲν ἔρως εὐπορῶν, ἀποθνήσκει δὲ ἀπορῶν. Τοῦτο ἐκείνη (Σαπφώ) ξυλλαβοῦσα εἶπε γλυκύπικρον καὶ ἀλγεσίδωρον. *Et Diotima ait florere amorem cum abundat, mori cum eget. Illa* (Sappho) *utrumque conjungit, cum* amorem dulceamarum *vocat* & dona *ait* dare sed molesta. *Ursin.*

(3) Si codex sanus, ὄρπετον idem significat ac ὄρνεον, ὄρνις, *avis*. Sed in Lexicis vulgatis non reperitur. Vide, ne ὄρνεον potius sit legendum. *Portus.*

Svavissima puellarum Sappho in versibus his, cum ab Amore rursus exagitari se conquesta esset, inter ea convitia, quæ festivissimo pusioni non tamen inclementer dicit, & *membrisolvum* & *dulcamarum* & *nullis machinis expugnandum reptile* vocat. Non est quidem is locus integer, neque difficulter tamen sanari potest. Nimirum pro eo, quod illic legitur, ἀμάχανον ὄρπετον, ut nos emendavimus, ἀμάχανον ἑρπετὸν legendum est. Jam quod ad secundum attinet, *Hieronymus* ad Nepotianum scribit: *Sicera hebræo sermone omnis potio nuncupatur, qua inebriare potest; sive illa, quæ è frumento conficitur, sive è pomorum succo, aut cum favi decoquuntur in dulcem & barbaram potionem* &c. Emenda: *dulcem & amaram.* Hoc est γλυκύπικρον. Nam quin ad eam vocem sanctissimus senex respexerit, dubitandum non est. *Rutgersius* Var. Lect. IV. 6.

Sapphus locum corrigit *Rutgersius* de amore: ἀμάχανον ἑρπετόν. Potior mihi scriptura videtur nescio an aliis publicata, ἀμήχανον ὀρνίθιον. Neque enim tam reptile est amor, quam volaticum animal, neque ἀμήχανον tam reptili,

quod

Et Pleiades; Mediæ autem ſunt jam
Noctes, præteritque hora;
Ego vero ſola dormio.

XII.

Amor autem me artuum diſſolutor verſat;
Dulciamara avis inexpugnabilis.
Atthis te autem aliquando mei tædebat.
Et cura in Andromedam verſa erat.

XIII. Ha-

quod facile obteri poteſt, quam aliti congruum, quod injuria facta facile pennis aufertur. *Barthius* Adverſ. I. 9. p. 19. ima.

Vox *Porto* ſuſpecta, cui arrideret magis ὄρνεον: cave, credas; ſic mallem ego: ἑρπετὸν, ſed optimum eſt ὄρπετον & nihil mutandum, videbimus alias. *Pauw.*

(4) Nomen puellæ amatæ à *Sappho*, cujus meminit *Suidas* in Σαπφώ. ἑταῖραι δὲ αὐτῆς καὶ φίλαι γεγόνασι τρεῖς, Ἀτθὶς, Τελεσίππα, Μεγάρα. *Sodales ejus & amicæ fuerunt tres, Atthis, Teleſippa, Megara. Maximus Tyrius* Diſſert. VIII. in fin. ὅ, τι γὰρ ἐκείνῳ (Σωκράτει) Ἀλκιβιάδης καὶ Χαρμίδης καὶ Φαῖδρος, τοῦτο τῇ Λεσβίᾳ Γύριννα καὶ Ἀτθὶς καὶ Ἀνακτορία. καὶ ὅ, τισπερ Σωκράτει οἱ ἀντίτεχνοι, Πρόδικος καὶ Γοργίας καὶ Θρασύμαχος καὶ Πρωταγόρας, τοῦτο τῇ Σαπφοῖ Γοργὼ καὶ Ἀνδρομέδα. *Quod enim Alcibiades ille & Charmides, & Phædrus, hoc Sapphoni Lesbiæ Gyrinna, Atthis & Anactoria; & quod Socrati æmuli illi, Prodicus, Gorgias, Traſymachus & Protagoras, hoc Sapphoni Gorgo & Andromeda. Ovidius* Heroid. Epiſt. XV. v. 18.

Non oculis grata eſt Atthis ut ante meis.
Urſinus.

(5) Nota durius ac inuſitatius loquendi genus, quod ab interprete fideliter expreſſum. Eodem autem modo dictum ἀπέχθεταί σοι ἐμοῦ te mei tædet, quo dicitur ἐμοῦ σοι μέλει, mei tibi cura eſt, tu mei curam geris, ego tibi curæ ſum. *Portus.*

Vertunt: *Atthis te autem aliquando mei tædebat*, quod græca ferre non poſſunt: ἐγώ σοι ἀπηχθόμην, eo ſenſu amat lingva præſtantiſſima; Eruditi ſciunt. Vertendum videtur: *Atthis vero mea tibi erat invisa.* Atthis Poëtæ vel Poëtrix neglecta fuerat neſcio cui: ſic Sapphica non videtur χρῆσις: nam illa haud dubie locuta fuiſſet de ſe ipſa; niſi τὸ Ἀτθὶς hic ſignificationem habeat ſecretiorem, & pars, qua mulier erat *Sappho*, ita χαριέντως dicta ſit. Allegoriæ in his ſæpe plures, perſpicaciores videant. Erunt, qui ἀπήχθετο referent ad Ἔρως, & hæc ita Latio reddent: *Atthis, tibi vero propter me invisus erat Amor*, ut ἐμέθεν abſolute ſcriptum eſſet pro ἐμέθεν ἕνεκα: ſed id arridere non poteſt mihi, & ſequentia etiam reſpuunt; nam ſi Atthis Amorem habuiſſet odio, animum ad Andromedam non applicuiſſet. Locus eſt obſcurior, ut vulgo fragmenta eſſe ſolent; ſi in Ἀτθὶς eſſet allegoria, venuſte etiam legi poſſet Ἄτλις: Nam ſic Sapphica nequitia in his eſſet major: ſed hoc incertum. *Pauw.*

(6) Præceſſit δὲ & hic proinde peccat: legendum forte ἐπί τ' vel ἐπί γ' Ἀνδρομέδαν: ſic παραπληρωματικὸν habemus, quod rimam opplet; alias legi etiam poteſt ἐπί σ' Ἀνδρομέδαν. σ' ante ſyllabam longam eſt σοὶ apud Poëtas aliquando: elige aut meliora prome. *Pauw.*

 (1) Ex

XIII.

Ἔχει (1) μὲν Ἀνδρομέδα καλὰν ἀμοιβάν.

Σαπφοῖ τί τὰν πολύολβον Ἀφροδίταν.

XIV.

Ηράμαν (2) μὲν ἐγὼ σέθεν, (3) ατ πάλαι πόκα

XV. *

Η παῖς (4) ἡ κατάκλειστος, (5)

Τὴν οἱ φασὶ τικόντες

Εὐναίους (6) ἐαρισμὺς

Ἔχειν (7) ἴσον ἐλίθρω. (8)

XVI. Ἄιδ'

(1) Ex Hephæstione p. 47, 20. ἀνακλωμένε δὲ ὄντος αὐτῦ, προταχθεῖσα ἰαμβικὴ ἤτοι ἑξάσημος ἢ ἑπτάσημος ποιεῖ τὸ τοιῦτον' εἶον παρὰ Σαπφοῖ' Ἔχει κ. τ. λ. *Illo autem* (ionico pede) *retorto, jambica vel hexasema vel heptasema, qua præponitur, facit tale genus, quale apud* Sapphonem: Ἔχει &c. Andromedæ autem fit mentio apud *Athen.* lib. I. pag. 21. Σαπφὼ περὶ Ἀνδρομέδας σκώπτει' Τίς δ' ἀγροιῶτις κ. τ. λ. *Andromedam Sappho ita deridet:* Τίς δ' ἀγροιῶτις &c. vid. num. XLII. Hanc ἀντίτεχνον της Σαπφῦς appellat *Maximus Tyrius*, v. not. 4. num. XII. *Ursin.*

(2) Hoc quoque ex *Hephæstione*, apud quem ita scriptum est p. 23, 24. τῶν δὲ ἀκαταλήκτων τὸ μὲν πεντάμετρον καλεῖται σαπφικὸν τεσσαρεσκαιδεκασύλλαβον, ῷ τὸ δεύτερον Σαπφῦς ὅλον γέγραπται' Ἠράμαν κ. τ. λ. τὸ δὲ τετράμετρον ἀκατάληκτόν ἐςι τοιῦτον' Ἔρως δ' αὖτε κ. τ. λ. *Ex acatalectis pentametrum quidem genus vocatur Sapphicum quatuordecim syllabis constans, quo totus liber secundus* Sapphus *scriptus est:* Ἠράμαν &c. *Tetrametrum autem acatalectum est tale:* Ἔρως δ' αὖτε &c. vid. num. XII. *Ursin.*

Ἀκαταλήκτυ, τῦ καὶ σαπφικῦ καλυμένυ, ὃ καὶ τεσσαρεσκαιδεκασύλλαβόν ἐςιν' Ἠράμαν κ. τ. λ. *Exemplum acatalecti, quod etiam Sapphicum vocatur, & quatuordecim syllabis constat, est hoc:* Ἠράμαν &c. *Schol. Hephæst.* pag. 90.

(3) Distinguendum est post σέθεν: nam ἄτε πάλαι πόκα à verbis sequentibus pendent, quæ non adscripsit Hephæstion, unius versus rationem habens. Viri eruditi vulgo vertunt male: *Amabam quidem ego te quondam.* vide *Sapphus* fragmenta. *Pauw.*

(4) Adducit hoc fragmentum *Hephæstion* pag. 66, 7. quod *Callimachi* non *Sapphus* esse omnino credendum est; nam καλλιμάχειον ποιημάτιον inscriptum vidi apud *Hephæstionem* p. 63. 10. *Ursinus.*

Extat in fragmentis Callimachi n. XVI. ed. Ultraj. p. 238. & in ej. fragmentis à *Bentlejo* collectis ib. n. CXVIII. p. 365.

(5) Κατάκλειστος valet inclusa. *Horatius* Carm. III. od. 16. v. 1. *Inclusam Danaen* &c. *Ursinus.*

Κατάκλειστον *puellam* dicit, quia hic mos erat in Græcia, ut puellas in thalamis custodirent, neque eas prodire sinerent, dum eæ adhuc essent innuptæ. *Phocylides* v. 203.

Παρθενικὴν δὲ φύλασσε πολυκλείςοις θαλάμοισι

Μηδὲ

XIII.

Habet quidem Andromeda pulchram remunerationem
Sappho cur omniopulentam Venerem.

XIV.

Amabam quidem ego te, quæ olim aliquando &c.

XV.

Puella illa conclusa,
Quam ajunt parentes
Venereas confabulationes
Pejus morte odisse.

XVI. At

Μηδέ μιν ἄχρι γάμων πρὸ δόμων ὀφθῆναι ἰάσῃς.

Virginem custodi bene clausis thalamis,
Nec eam usque ad nuptias ante domum conspici siveris.
Anna Fabri F. ad Callimach.

Κατάκλειστον Græci vocarunt, quidquid ita pretiosum est, ut servari diligenter & clausum teneri mereatur. Poëta noster puellas virgines, quas tenellis asservandas diligentius uvis scribit, vocat κατακλείστους. Hinc & κατάκλειστοι meretrices quædam dictæ, quæ carius se venditarent, nec omnibus paterent. *Devium* scortum *Horatio* Carm. II. od. 11. v. 21. quod scilicet non omnibus obvium est. Κατάκλειστα εἶχεν τὰ βιβλία apud *Strabonem* XIII. p. 609. de Apelliconis hæredibus, qui libros Aristotelis sub clave habebant, nec exire in publicum sinebant. Atque inde κατάκλειστοι de re pretiosa, quæ non pro derelicto haberi, sed studiose conservari ac tuto loco concludi digna est. *Salmas.* ad Tertull. de Pall. pag. 177.

In *Callimachi* fragm. p. 238. ed. Ultraj. scribitur: ἁ παῖς ἁ κατάκλειστος ταί.

(6) Gallice diceres: Discours de Mariage. *Anna.*

Aliæ membranæ ἰυναίης corrupte. *Pauw.*

(7) In *Callimachi* fragment. p. 238. & p. 365. scribitur: ἔχθειν.

Hephæstionis libri habent: ἔχειν ἶσον ὀλέθρῳ, & tamen omnes viri eruditi hinc citant: ἔχθειν ἶσον ὀλέθρῳ, nescio, qua de causa: nam ut ἔχθειν ἶσον ὀλέθρῳ dicitur bene, ita & ἔχειν ἶσον ὀλέθρῳ habere pro pernicie. Ut ipsi tyrones sciunt, aut scire saltem debent, ἔχειν sæpe æstimandi σημασίαν habet apud græcos, idque perquam venuste: quare mihi, dicam libens, elegantius videtur hoc loco ἔχειν quam ἔχθειν. Nam eo retento ἶσον ὀλέθρῳ aptius sequitur post ἰυναίης ὀαρισμὼς, & sententia est castigatior. Si scriptum fuisset ἴσως pro ἶσον, locutionis indoles se aperuisset magis benigne; sed id fieri non potuit propter antispasti caudam; quare alterum positum est pro altero, nec hoc aliter accipiendum, quam illud; talia apud poëtas, ὅσα κόνις, ut eruditiores sciunt. Unum illud adjiciam; pro ὀλέθρῳ cum litera subscripta, hic habemus ὀλέθρω absque illa, quod etiam aptum esse potest. Nam si ἶσον habeatur pro nomine substantivo, ut loquuntur, casus patrius apprime convenit. Et sic igitur ipse forsan *Callimachus*, qui Dorismum non habebat odio, & in hoc ipso fragmento eum adhibere potuit. Qui ἶσον pro adverbio habent, casum secundum in tertium mutare debent. Mihi, ut dixi, ἶσον ὀλέθρω non displicet, & ἔχειν impensius certe placet, quod primus ad Catullum mutavit fortasse Scaliger

XVI.

Αἴδ' (1) ἶκες ἐς ἐσθλῶν ἵμερον ἢ καλῶν,
Καὶ μήτ' εἰπεῖν γλῶσσ' ἐκύκα κακὸν,
Αἰδώς κέν σε ἐκ εἶχεν ὄμματα,
Ἀλλ' ἔλεγες περὶ τῶ δικαίω.

XVII.

Πέρροχος (3) ὡς ὅτ' ἀοιδὸς ὁ Λέσβιος ἀλλοδαποῖσιν

XVIII.

Ὄλβιε (4) γαμβρὲ, σοὶ μὲν δὴ γάμος, ὡς ἄραο,

Ἐκτε-

Scaliger, & dein omnes alii sibi arripuerunt incauti; Sic sæpe Præsul ut amtruat, ita vulgus redamtruat illi. *Pauw.*

(8) In fragmentis *Callimachi* pag. 238. legitur: ὀλέθρω, & pag. 365. nec non apud Ursinum ὀλέθρω.

(1) Notum est hoc Sapphûs fragmentum apud *Aristotelem* Rhetoric. lib. I. cap. 9. Ὥσπερ καὶ Σαπφὼ πεποίηκεν, εἰπόντος τοῦ Ἀλκαίου· Θέλω τι τ' εἰπῆν, ἀλλά με κωλύει αἰδώς· Αἴδ' ἶκες κ. τ. λ. *Ut etiam Sappho cecinit, cum diceret Alcaus: Volo aliquid loqui, sed me prohibet pudor. Ursinus, Stephanus & Scaliger* habent: Φησὶν Ἀλκαῖος· θέλω τίν τ' εἰπεῖν ——— ἀποκρίνεται δὲ ἡ Σαπφώ· Αἴδ' ἶκες &c. *Ursin.*

Non exstat in Corpore Poëtarum Genevensi.

In notis *Scaligeri* ad *Euseb.* Chronicon pag. 85. b. & in Comment. in Cirin ad v. 227. pag. 63. Append. Virgilii versus isti ita leguntur:

Αἴδ' ἶκε σ' ἐσλῶν ἵμερος, ἢ καλῶν,
Καὶ μή τι εἰπεῖν γλῶσσ' ἐκύκα κακὸν,
Αἰδώς κέ νυ σ' οὐχ εἶχεν ὄμματ'
Ἀλλ' ἔλεγες περὶ τῶ δικαίω.

Ita excudi volui, secutus fidem antiquissimi libri, in quo ita legi animadverti; quem autem in re incerta meliorem ducem habere potui? ἶκες quoque Aldinum exemplar retinet: cum in quibusdam excusis ἧκες, prima immutata litera, eodem tamen intellectu verbi legatur: in aliis autem conveniebat inter se excusis codicibus: & accusandi casu, quæ sequuntur verba, cuncti habebant, cum scripti omnes patrio casu ἐσθλῶν & καλῶν haberent: Sensus autem est: Si venisses in bonarum rerum aut honestarum desiderium, nec lingva tua trepidasset, aliquid improbum prolatura, pudor profecto oculos tuos non occupasset. *Sapphonis* autem verba hæc esse, cum superiora *Alcai* fuerint, planum est, in quæ tamen adhuc non incidi apud alium Scriptorem, ut de sinceritate lectionis liquido aliquid affirmare possim. Verba ultimi versus antea non parvum mendum continebant, nec sensus inde ullus commodus eliciebatur; in excusis namque omnibus ac scriptis, antiquissimo libro excepto: περὶ τῶ δικαίω legebatur: quem unum integram lectionem servasse puto. Est enim hic τῶ δικαίω patrius casus dorico sermone: quo multum uti in catilenis his poëtæ soliti erant, quemadmodum etiam supra bis in eodem codice εἰπῆν legitur. *P. Victorius.*

Αἴθ' utinam, ait *Schol.* Aristot.

Illa Sapphus, quibus Alcæo respondet apud *Aristotelem* lib. I. Rhetor. Αἴδ' ἶκες &c. Alcaieo utique metro concepta fuerunt, cujus manifestum indicium est ultimus versus: ἀλλ' ἔλεγες περὶ τῶ δικαίω. Sed sine librorum ope vix poterunt integritati suæ reddi, cum nec antiquissimo

XVI.

At ſi te cepiſſet bonarum rerum aut honeſtarum deſiderium,
Nec lingua tua trepidaſſet aliquid improbum prolatura;
Pudor profectò oculos tuos non occupaſſet,
Sed loquereris de re juſta.

XVII.

Eminentiſſimus ut cantor Lesbius inter exteros.

XVIII.

Felix gener, tibi nuptiæ, ut optaſti,

Conſe-

mo codice inſtructiſſimus Petrus *Victorius* conſtituere auſus ſit. *Barthius* in Adverſ. VI. 16. pag. 283.

(2) *Urſinus* & *Stephanus* ἐσλῶν.

(3) *Demetrius Phalereus* ἐν τῷ περὶ Ἑρμηνείας num. CXLV. pag. 90. ed. Gal. Ἐκ δὲ παραβολῆς καὶ ἐπὶ τοῦ ἐξέχοντος ἀνδρὸς ἡ Σαπφώ φησι· Πέρροχος κ. τ. λ. ἐνταῦθα γὰρ χάριν ἐποίησεν ἡ παραβολὴ μᾶλλον ἢ μέγεθος· καίτοι ἐξῆν εἰπεῖν, Πέρροχος ὥσπερ ἡ σελήνη τῶν ἄλλων ἀστέρων ἢ ὁ ἥλιος ὁ λαμπρότερος, ἢ ὅσα ἄλλα ἐστὶ ποιητικώτερα. *Ex collatione autem & de viro, qui præſtet ceteris, Sappho inquit:* Πέρροχος &c. *hic enim leporem potius genuit collatio, quam magnitudinem. Atqui licebat ipſi dicere: Eminens veluti luna aliis ſideribus, vel ſol ſplendidior; aut quæcunque alia magis propria poetarum.* Valet autem πέρροχος τὸ ὑπέροχος καὶ ἐξέχων, ut *Demetrius* ipſe interpretatur, & Heſychio περρέχειν eſt τὸ ὑπερέχειν, nec ſane dubium eſt, quin *Alcæum* notet. *Urſin.*

Non extat in Corpore Poëtarum Geneveſi.

Videtur *Sapphus* plena ſententia hujuſcemodi fuiſſe: Perrochus, qui antiſtat ceteris ſui generis hominibus, ut Lesbius poëta alienigenis externisque poëtis antecellit; ornare enim illa eodem tempore civem ſuum voluit, & in ſignificanda præſtantia ejus, de quo ſermo erat, ſimul *Alcæi* nobilitatem declaravit. Ambas illas collationes cum Luna & Sole in frequenti uſu poëtarum eſſe conſtat. Priore enim uſus eſt *Horatius* Carm. I. od. 12. v. 46.

- - - - micat inter omnes
Julium ſidus, velut inter ignes
Luna minores.

Poſteriore vero *Lucretius* in eximia Epicuri virtute celebranda lib. III. v. 1056.

Qui genus humanum ingenio ſuperavit,
& omnes
Reſtinxit, ſtellas exortus uti æthereus Sol.

Animadvertendum etiam eſt, *Sapphonis* verſum eſſe hexametrum, quamvis igitur una eorum poëtarum, qui μελικοὶ vocantur, divina hæc mulier foret, aliquando tamen dilabebatur in aliud genus carminis v. *Ovid.* Heroid. Epiſt. XV. v. 5. ſq. Apud *Suidam* quoque legitur *Sapphonem* aliquando ſcripſiſſe epigrammata & elegias. Petr. *Victorius.*

Πέρροχος Victorius accepit pro nomine proprio, puto dorice dici pro ὑπέροχος. *Heſychius* περέχειν, ὑπερέχειν. Hæc ſic emendaram, cum offenderem eodem pacto Gerh. *Voſſium* quoque contra *Victorium* reſtituiſſe. *Galeus.*

(4) Reperitur hoc fragmentum apud *Hephæſtionem* pag. 58, 2. Καὶ τὸ ἐκ χοριαμβικῶν ἐφθημι-

Ἐκτελέλεσ', ἔχεις δὲ παρθένον, ἂν ἄραο.

XIX. Τῷ

θημιμερῶν τῶν εἰς τὴν ἰαμβικὴν κατακλεῖδα, ἡ αὐτὴ ποιήτρια (Σαπφὼ) Ὄλβιε κ. τ. λ. *Et genus ex choriambicis hephthemimeris, qua in jambicam juncturam desinunt, eadem Poetria* (Sappho) Ὄλβιε &c. Est autem carmen nuptiale, cujus meminit *Dionysius Halic.* ἐν τῷ περὶ συνθέσεως τῶν ὀνομάτων Tom. II. Opp. p. 29. Ex eo vero opinor depromta illa, quæ apud eundem *Hephæstionem* sub incerto Poëta leguntur. Sunt autem hæc pag. 12, 22. ἰαμβικὸς τρίμετρ☉ καταληκτικός· *Jambicus trimeter catalecticus:*

Χαίροισα νύμφα, χαιρέτω δ' ὁ γαμβρός.

Gaudens sponsa, gaudeat vero gener.

Aliæ membranæ χαίροις ἁ νύμφα, quod mutant in χαίροις ὦ νύμφα· utrumque longe ineptissimum est, nam sic spondeus intruditur in locum secundum versus jambici; apage sordes, quæ odorem excitant tetrum. Rectum est, quod hic habemus ex libris melioribus, quanquam sententia sit imperfecta. Nullus enim dubito, quin verbum præcesserit, cum quo χαίροισα arcte cohærebat, & cui opportune subjiciebatur: χαιρέτω δ' ὁ γαμβρός. Ejusdem scilicet commatis erat verbum omissum, cujus est χαιρέτω, & duo illa faciem sibi obvertebant mutuo; nihil facilius aut decentius, quare manus ab his abstineas rogo. Si χαίροισα sincerum sit, doricæ scripsit autor: alias χαίροισα legendum esset. Et hæc una mutatiuncula licita esse posset. *Pauw.*

Et pag. 23, 18. Πεντάμετρα δὲ καταληκτικὰ εἰς δισύλλαβον. *Pentametra autem catalectica in disyllabum desinentia:*

Τίῳ σ', ὦ Φίλε γαμβρὲ, καλῶς εἰκάσδω·
Ὄρπακι βραδινῷ σε μάλις' εἰκάσδω.

Magnifacio te, o dilecte gener, recte comparo:
Jaculo gracili te maxime comparo.

Versus hi (qui etiam à *Schol.* Hephæst. p. 90, 20. afferuntur) videntur fuisse juncti, & cui bono igitur repetitum εἰκάσδω? dicam suspicionem meam; aut ita personis distinguendi sunt: A. Τίῳ σ', ὦ φίλε γαμβρέ. B. καλῶς εἰκάσδω. A. Ὄρπακι βραδινῷ σε μάλις' εἰκάσδω. Aut legendum uno ductu: Τίνι σ', ὦ φίλε γαμβρὲ, καλῶς εἰκάσδω; Ὄρπακι βραδινῷ σε μάλις' εἰκάσδω. Ex τίνι facile fieri potest τίῳ: Eruditi arbitrentur. Si personarum distinctio placeat, καλῶς εἰκάσδω vertendum: *id facile conjicio*, ut diversa sit significatio ejusdem verbi, quod *comparo* denotat postea. *Pauw.*

Et pag. 23, 21. τὸ δὲ τετράμετρον Tetrametrum autem catalectum in disyllabum desinens:

Θυρωρῷ πόδες ἐπταθόργυιοι
Τὰ δὲ σάμβαλα (leg. σάμβαλα) πεντα-
βόεια.
Πίσυγγοι δὲ δέκ' ἐξεπόνησαν.

Ostiario sunt pedes septem ulnarum,
Calcei autem ex pellibus quinque boum,
Quos cerdones decem confecerunt.

Ἑπταθόργυιοι est vox corrupta, nam metrum æolicum dactylum requirit in locis mediis, ut diserte testatur *Hephæstion* in verbis præcedentibus. Ἑπταθόργυιοι vero Amphimacer est, ut quisque videt, nec pro dactylo potest haberi ullo modo. Scholiastes pag. 90. ἑπτόργυιοι habet, quod spondeum efficit, & vitium quoque alit; nam dicam adhuc semel, in his omnibus exemplis dactylos invenit *Hephæstion*, alias de solis dactylis non potuisset loqui. Quid reponendum sit, una cum ignarissimis scio; dabo tamen suspiciones meas; legi posset: θυρωρῷ πόδες ἑπτὰ θεουργοί. De θυρωρῷ ædis sacræ potuit esse sermo, cujus pedes ideo dicebantur venuste θεουργοί: Diis enim ministrabant; numerus autem septenarius pedum non insolens magis, quam pedes duo ulnarum septem, ad ipsam magnitudinem pertinere possunt sequentia, & calcei ipsi πενταβόειοι: nihil in eo, quod negotium mihi facessit: sunt hæc ludicra, ut quisque sentit statim. Potes etiam scribere θυρωρῷ πόδες ἑπτὰ θοραιοί, à θορῶν fit θοραιός, pedes igitur θοραιοὶ sunt pedes θυοοὶ, *impetuosi*, qui ad ipsum θορεῖν videntur facti; & horum magnitudo exprimitur etiam calceis πενταβοείοις sutorumque numero

Confectæ sunt, habesque puellam, quam optasti.

XIX. In

mero denario. Eruditi videant; nihil quod probabilius est, nunc suppetit mihi. *Scholiastes* pag. 90. hoc fragmentum affert & pro: τὰ δὲ σύμβολα, legit perbene τὰ δὲ σάμβαλα. vid. *Suidam*, *Hesychium*, alios. *Pauw.*

Hunc locum expressit fortasse *Demetrius Phalereus* ἐν τῷ περὶ Ἑρμηνείας num. 168. p. 101. edit. Gal. scribens: Ἄλλως δὲ σκώπτει τὸν ἀγροῖκον νυμφίον, καὶ τὸν θυρωρὸν τὸν ἐν τοῖς γάμοις εὐτελέστατα, καὶ ἐν πεζοῖς ὀνόμασιν, μᾶλλον ἢ ἐν ποιητικοῖς. *Aliter autem irridet agrestem sponsum, & janitorem, qui versatur in nuptiis, valde humiliter, & pedestribus potius nominibus, quam poëticis.* Et verbum unum è paucis quæ illic leguntur, & res ipsa, quæ tangitur eodem loco, me hortatur, ut admoneam, videri sumptum esse ex hoc ipso poëmate exemplum illud, quod posuit *Maximus Tyrius* dissert. VIII. in fine, cum probare vellet in hoc etiam, ut in multis aliis, quæ sedulo ipse collegit, similem fuisse *Sapphonem Socrati*: cum enim ille irrideat formam & accubitum Sophistæ, hanc etiam mulierem eodem consilio narrat ita cecinisse: Τίς δὲ ἀγροιῶτιν ἐπειμμένα στολήν (vid. num. LIV.) *Victorius.*

Sed hi quoque versus, qui in eodem *Hephæstionis* Enchiridio pag. 55, 19. iterumque pag. 56, 7. circumferuntur, quin *Sapphus* sint, nullo modo dubitari potest.

> Ἔστι μοι καλὰ πάϊς, χρυσέοισιν ἀνθέμοισιν
> Ἐμφερῆ ἔχουσα μορφὴν, Κλεΐς ἀγαπητά.
> Ἀντὶ τᾶς δ' ἐγὼ οὐδὲ Λυδίαν πᾶσαν, οὐδ' ἐραννάν.

> *Est mihi pulchra puella, aureis floribus*
> *Similem habens formam, Cleïs dilecta.*
> *Pro qua ego neque Lydiam omnem, neque amabilem.*

Cleidis autem *Sapphus* filiæ mentionem facit *Suidas* in Σαπφὼ Σίμωνος. *Ursinus.*

Versum secundum pessime constituunt Editores. Trochaïcus dimeter acatalectus est in illis: Ἐμφερῆ ἔχουσα μορφὴν, reliqua ad jambicum hephthemimeres reduci non possunt, & plane aliam exhibent mensuram. Ipse *Hephæstion* pag. seq. Τούτων δὲ τὸ μὲν δεύτερον, δηλαδὴ τὸ ἑφθημιμερὴ ἔχον μορφὴν. Κλεΐς ἀγαπητὰ, δῆλόν ἐστιν ἀπὸ τῆς τομῆς, ὅτι οὐ σύγκειται ὡς προείρηται, ἐκ τοῦ τροχαϊκοῦ διμέτρου ἀκαταλήκτου, καὶ τοῦ ἑφθημιμεροῦς ἰαμβικοῦ. *Ex his alterum quidem, scilicet quod habet formam hephthemimerim,* Κλεῒς ἀγαπητὰ, *manifestum est è casura, non constare, ut antea dictum est, ex trochaïco dimetro acatalecto, & hephthemimeri jambico.* Unde apparet de mensura prædicta non cogitandum esse hic; post μορφὴν est versus trochaïci τομὴ; quod sequitur hanc τομὴν, nihil cum Jambico hephthemimeri habet commune. Editores verba illa Hephæstionis non intellexerunt, alias in metiendo versu non potuissent ita aberrare. Quale metrum servet Κλεῒς ἀγαπητὰ, non dixit *Hephæstion*, & nos in medio relinquimus non inviti; res enim lubrica est, & sufficit, quod sciamus id longe diversum esse à publicis commentis. Si κλεις ἀγα jungeretur, sequens πητὰ spondeum exhiberet, & dactylicus dimeter cum trochaïco dimetro incederet pari passu; sed obstat vox divisa κλεῒς & antipathia prima, quam his elucidat *Hephæstion*. An igitur κλεῒς ἀ tribachys est, & γαπητὰ jambum habet cum syllaba brevi? sic sane pro hephthemimeri jambico hic adesset jambicum penthemimeres, & in prima antipathia manerent ista, sed quis mihi auctor fieri possit, id voluisse Poëtam, id voluisse *Hephæstionem*? nemo certe, nemo, quare ego, ut dixi lubens rem adeo incertam in medio relinquo. Pro, ὅτι οὐ σύγκειται, aliæ membranæ habebant: ὅτι οὕτως σύγκειται, errore insigni & perquam inepte; id omnes vident nunc & certius est certo. Versus tertius etiam pessime constitutus est: Ἀντὶ τᾶς δ' ἐγὼ οὐδὲ Λυδίαν οὐδ' ἐραννάν. Dicam paucis, quod res est; nam cum Amanuensium larvis diu conflictari nolo. Versus & male mensuratur, & integro pede exhibetur mutilus, scribe & digere: Ἀντὶ | τᾶς δ' ἐ|γὼ οὐδὲ | Λυδί|αν πᾶ|σαν οὐδ' | ἐραν|νάν. Sic trochaïcum dimetrum acatalectum & jambicum hephthemimeres habebimus; γὼ οὐ una syllaba longa est; nam ὼ ante οὐ in metiendo perit. Nihil notius ex ipso *Hephæstione*. πᾶσαν intercidit hic, sed mox in dimensione brachycatalecti ha-

XIX.

Ὕψι (1) δὴ τὸ μέλαθρον. [ὑμήναον.]
Ἀείρατε τέκτονες ἄνδρες [ὑμήναον.]
Γαμβρὸς ἔρχεται ἶσος Ἄρηι,
Ἀνδρὸς μεγάλω πολλῷ μείζων.

XX.

Κοινῇ (2) δ᾽ ἄρα πάντες καρχήσι᾽ εἶχον, καὶ ἔλειβον.
Ἀράσαντο δὲ πάμπαν ἐσθλὰ τῷ γαμβρῷ.

XXI. Οὐ

bet ipse *Hephæstion*; quare non est dubitandum vel tantillum; αν πᾶ spondeus est, qui in loco primo versus jambici non peccat; ipsi decennes sciunt. Pro ἐρχναν scripsimus ἐρεννάν, & hoc omnibus se commendat statim. In dimetro acatalecto pag. 56, 9. pro ἀνθέμοισι lege potius ἀνθέμοισιν ut pag. præced. legitur; jungendum vero χρυσέοισιν ἀνθέμοισιν ἐμφερῆ id moneo in gratiam tyronum, quos punctum inducere posset in errorem. In hypercatalecto pro Ἀντὶ | τᾶς δ᾽ ἐ|γὼ κ|δὲ Λυ|δίαι, scribendum etiam: Ἀντὶ τᾶς δ᾽ ἐ|γὼ ὐδὲ | Λυδί|αν. Sic hypercatalectum habebimus, qui nunc nihil minus est quam hypercatalectus; repetendum autem ἀπὸ κοινῦ, τὸ δίμετρον, quod hic tamen adesset mallem, nam paulo durius certe subauditur. In κὸ᾽ ἐρανὰν geminanda est liquida, ut dixi, & hoc pendebat à verbis sequentibus; nam Λυδίαν πᾶσαν per se subsistit. Illud addendum est uno verbo: Κλεῖς ἀγαπητὰ per appositionem hic dicitur puella chara & formosa; ratio loquendi non protrita sane: *clavicula dilecta*, *clavicula amabilis*, quia scilicet pectus uniuscujusque, quanquam firmiter occlusum, aperiebat statim, ut cum Cupidinibus suis in illud intrare posset; forma & formæ præstantia erat pro clavicula, qua intimos pectorum recessus sibi recludebat facile. Nihil mellitius. Eo sensu igitur accipiendum est illud Κλεῖς. *Pauw.*

(1) Tale quiddam illud Catulli Carm. LXII. v. 76.

Claustra pandite juvenes (janua)
Virgo adest.

Hos autem versus ex eodem epithalamio citat *Demetrius Phalereus* de Elocutione num. CXLVIII. pag. 91. cujus verba sunt: Ἔστι δέ τις ἰδίως χάρις Σαπφικὴ ἐκ μεταβολῆς, ὅταν τι εἰποῦσα μεταβάλληται, καὶ ὥσπερ μετανοήσειεν· οἷον, Ὕψι δή φησι τὸ μέλαθρον ἀείρατε τέκτονες, γαμβρὸς εἰσέρχεται ἶσος Ἄρηι, ἀνδρὸς μεγάλου πολλῷ μείζων. ὥσπερ ἐπιλαμβανομένη ἑαυτῆς, ὅτι ἀδυνάτῳ ἐχρήσατο ὑπερβολῇ καὶ ὅτι οὐδεὶς τῷ Ἄρηι ἴσος ἐστί. *Est autem quædam venustas proprie Sapphica ex immutatione consilii, cum scilicet aliquo jam dicto mutarit animum, & tanquam pœnituerit ipsam dixisse. Ceu inquit:* Alte jam superliminare extollite fabri, gener ingreditur, æqualis Marti, viro magno multo major: *tanquam reprehendens se ipsam, quod impossibili usa est hyperbole, & quod nullus Marti æqualis est.* Ursinus.

Ὑψιδὴ in vulgatis Lexicis non extat. Idem autem valet ac ὑψοῦ, ὑψόσε, εἰς ὕψος. *Portus.*

Non reperitur in Corpore Poëtarum Genevensi.

Μέλαθρον cum ponatur sæpe pro tota domo, valet proprie, ut hic, superiorem partem januæ. Quæ post exemplum sequuntur, verba sunt auctoris, explicantis vim rationemque ejus venustatis: ait enim sic Sapphonem loqui, tanquam reprehendentem se ipsam, quod usa esset hyperbole ejus generis, quod tradit rem, quæ effici non potest, quia nullus sane mortalis Marti magnitudine corporis est æqualis. Similitudinem aliquam

XIX.

In altum ædes
Tollite ſtructores;
Gener accedit æqualis Marti,
Saltem viro procero longe procerior.

XX.

Una autem omnes carcheſia tenebant & libabant.
Voverunt autem prorſus proſpera genero.

XXI. Ne-

aliquam habet ratio hæc cum joco illo *Ciceronis*, quo P. Clodium notavit in Orat. pro M. Cœlio cap. 13. *Quod quidem facerem vehementius, niſi intercederent mihi inimicitiæ cum iſtius mulieris viro, fratrem volui dicere, ſemper hic erro.* Ut etiam apud *Plautum* in Caſina Act. II. Sc. 3. v. 15. Cleoſtrata teſtatur, cum ſtulti viri intempeſtivum amorem refelleret, qui illo & ipſe modo frequenter in ſermone peccaret. Cum autem hic olim initio exempli in omnibus libris legeretur νίψω, emendavi ſecutus ſcripturam, quæ apud *Hephæſtionem* eſt, ὕψι, reliquas vero maculas, quas tunc delevi, autoribus etiam antiquis exemplaribus ſuſtuli. *Victorius.*

Obſervo diverſiſſima genera carminum à Sapphone conjuncta, ut ſunt illa à *Demetrio Phalereo* memoriæ conſervata. Primus enim verſus Hexameter heroïcus eſt, alter tetrameter Alcmanius, tertius Anapæſtus; & ita haud dubie collocandi, quod non viderunt duo eruditiſſimi viri *Urſinus* & *Stephanus*. Barthius Adv. VI. 16. pag. 282.

Hephæſtion pag. 70, 8. ὅταν δὲ τὸ ἐφύμνιον μὴ μετὰ ϛροφὴν, ἀλλὰ μετὰ ϛίχον κέηται, παραλαμβανόμενον ἄλλῳ ϛίχῳ, μεσύμνιον καλεῖται τὸ ποίημα, οἷόν ἐϛι τὸ παρὰ Σαπφοῖ,

Ὕψοι δὴ τὸ μέλαθρον (Ὑμήναον)
Ἀείρατε τέκτονες ἄνδρες, (Ὑμήναον)
Γαμβρὸς ἔρχεται ἶσος Ἄρει.

Quando vero Ephymnium non per ſtrophen, ſed per verſum ordinatum eſt, alio verſu exceptum, meſymnium vocatur poëma, quale eſt illud apud Sapphonem: Ὕψοι δὴ &c. Ὑμήναον eſt vox intercalaris, quæ in duorum verſuum medio ſubſiſtit; ſcribendum autem ὑμέναον, nam ὑμήναον non dicitur; niſi ita forte Æoles, quod ego tamen non recordor; αον pro αιον æolicum eſt, hoc certum: ſic ἀρχάος pro ἀρχαῖος, Ἀλκάος pro Ἀλκαῖος & alia gemella dicebant illi idiomate ſuo, ut eruditi ſciunt, & antiqui Grammatici docent. Intelligendum vero carmen nuptiale, non Deus nuptialis. *Hymenæum canto, Hymenæum canto.* Scribendum eſt disjunctim Ὕψοι δὴ, ὕψοι idem quod ὕψε in altum. *Pauw.*

(2) Extant hi verſus apud *Athenæum* lib. XI. pag. 475. A. & *Macrobium* Saturn. V. 21. *Athenæi* verba ſunt: μνημονεύει δὲ τῶν καρχησίων καὶ Σαπφὼ Κεῖνοι κ. τ. λ. *Carcheſiorum Sappho meminit:* Κεῖνοι &c. *Urſinus.*

Καρχήσιον ex Callixeno ita deſcribit *Athenæus* XI. pag. 474. E. ποτήριόν ἐϛιν ἐπίμηκες, συνηγμένον εἰς μέσον ἐπιεικῶς, ὦτα ἔχον μέχρι τοῦ πυθμένος καθήκοντα. Vertit ad verbum *Macrobius* l. c. *Carcheſium eſt poculum procerum & circa mediam partem compreſſum, anſatum mediocriter, anſis à ſummo ad infimum pertinentibus.* Ita omnes hactenus *Macrobii* editiones; abſurde: neque enim anſatum mediocriter poteſt dici, cujus anſæ ad infimum pertingunt à ſummo; medicina, quam facere conati ſunt quidam, medicina non eſt, verum ſententiæ διαφθορά. Nihil hic opus audacibus conjecturis, peccantem vocem reſtitue in ſuum locum, & ſcribe ex verbis græcis: *Circa mediam partem compreſſum mediocriter, anſatum, anſis* &c. Caſaubonus.

Carche-

XXI. *

Ού (1) γὰρ ἑτέρα ἦν παῖς, ὦ γαμβρὲ, τοιαύτα.

XXII.

Ἕσπερε, (2) πάντα φέρεις,
φέρεις οἶνον, φέρεις αἶγα,
φέρεις ματέρι παῖδα.

XXIII.

Ἕσπερε (3) πάντα φέρων, ὅσα φαινόλης (4) ἐσκέδασ' αὔως. (5)

XXIV. Παρ-

Carchesium nobis adumbrat *Macrobius*: At quomodo poteſt anſatum id eſſe mediocriter, ubi anſæ, ut ipſe ait, à ſummo ad infimum demerſerint? Ego quantum ex his & *Calixeni* quoque Rhodii verbis, quæ ex *Athenæo*, ut puto, *Macrobius* hic transtulit, conjecto: fuit hoc poculum, ut græca verba ſunt, ἱκανῶς ἐπίμηκες, & ideo compreſſum quidem circa meditullium ſed protuberans leviter. Quod *Macrobius*, uti opinio mea eſt, ſignate latinitati reddiderat ſcripſeratque: *ancatum mediocriter*, niſi aliter fuiſſet viſum exſcriptoribus. *Ancatum* autem ab *ancus* formatum eſt. *Festus*: Ancus appellatur, qui aduncum habet brachium, ut exporrigi non poſſit. Gloſſæ: *ancus* λορδός. *Pontanus*.

(1) *Dionysius Halicarnassens* ἐν τῷ περὶ συνθέσεως ὀνομάτων Tom. II. Opp. pag. 29, 24. τοιγάρτοι Σαπφικόν τι Ἐπιθαλάμιον τουτί, Οὐ γὰρ ἑτέρα κ. τ. λ. καὶ τοῦ κωμικοῦ τετραμέτρου, λεγομένου δὲ Ἀριστοφανείου, τοῦδε, Ὅτ' ἐγὼ τὰ δίκαια λέγων ἤνθουν, καὶ σωφροσύνη νενόμιστο· τούς τε τελευταίους πόδας τρεῖς καὶ τὴν κατάληξιν ἐμβαλὼν, συνάψειε τοῦτον τὸν τρόπον, Οὐ γὰρ ἑτέρα ἦν παῖς, ὦ γαμβρὲ, τοιαύτα - - - καὶ σωφροσύνη νενόμιστο· οὐδὲν διοίσει τοῦ· Μήτε μικρὸν ὁρῶντά τι καὶ φαῦλον ἁμάρτημα, ἑτοίμως οὕτως ἐπὶ τούτῳ. *Etenim si quis hunc versum è Sapphonis Epithalamio desumtum*, Οὐ γὰρ ἑτέρα &c. *hujusque comici tetrametri, quod vulgo Aristophaneum appellatur, hujus inquam*: Quum ego justa dicens florerem, & temperantia jam eſſet more ſancta, *atque tres hosce pedes extremos, una cum desinentia secum commissos hoc modo connexuerit*; Neque enim alia fuit puella, o gener, talis: & temperantia jam eſſet more ſancta: *nulla erit omnino ab hoc differentia*: Aut leve me aliquod exiguumque adſpicere peccatum, ac propterea hoc apparatu illius. Pro τοιγάρτοι fortaſſe legendum τοιοῦτον γάρ· & pro τοῦδε legendum videtur τόδε. Pro συνάψειε rectius fortaſſe legemus, εἰ συνάψεις, *si copularis*. Rectius fortaſſe etiam pro τοιαῦτα in Sapphus verſu τοιαύτα fœminino genere, hoc ſenſu: οὐ γὰρ ἑτέρα ἦν παῖς τοιαύτα, non enim alia erat puella talis. Quin & paulo ante ita fortaſſe legendum eſt: οὐ γὰρ ἑτέρα ἦν παῖς ὦ γαμβρὲ, τοιαύτα pro γαμβρέ. τοιαῦτα καὶ &c. ut finita hic Sapphici loci periodo, deinceps hæc *Dionysii* ſint verba: καὶ τοῦ κωμικοῦ τετραμέτρου, λεγομένου δὲ Ἀριστοφανείου, τόδε: ſubaudito è ſuperioribus τοιοῦτόν ἐστι, ut hic poſterioris loci ſenſus ſit: *Si cum hoc loco Sapphonis*, οὐ γὰρ ἑτέρα ἦν παῖς ὦ γαμβρὲ τοιαύτα, *copulentur Aristophanei loci pedes tres posteriores cum eorumdem desinentia*, καὶ σω - - φροσύνη υ υ - νενόμι υ υ - στο υ, *nihil discrepaturam esse hanc compositionem ab ista* Demoſthenis: μήτε μικρὸν ὁρῶντά τι καὶ φαῦλον ἁμάρτημα, ἑτοίμως οὕτως ἐπὶ τούτῳ. Extat autem *Aristophanis* verſus in Νεφέλαις Act. III. Sc. 3. v. 2. *Sylburg*.

Τοιοῦτον γὰρ & mox εἰ συνάψεις legendum cenſet *Sylburgius*, quæ conjectura diſplicet *Uptono*, εἴ τις pro τι reponenti. In *Codd.* MSS. ἐγέ-

Tι-

XXI.

Neque enim alia fuit puella, o gener, talis.

XXII.

Veſper, omnia fers:
Fers vinum, fers capram,
Fers matri filiam.

XXIII.

Veſper omnia ferens, quæcunque diſperſit aurora, quæ omnia in lucem profert.

XXIV. Vir-

τοι. Τότ' ἐγὼ *Reg. I.* pro ὅτ' ἐγὼ in Ariſtophanis verſu, & νῦν *Reg. I.* & *Colb.* pro ἦν in verſu *Sapphonis.* Hudſon.

(2) Profert hoc fragmentum *Demetrius Phalereus* de Elocutione num. 141. p. 89. Χαριεντίζεται δέ ποτε καὶ ἐξ ἀναφορᾶς· ὡς ἐπὶ τῷ ἑσπέρῳ· Ἕσπερε κ. τ. λ. καὶ γὰρ ἐνταῦθα ἡ χάρις ἐστὶν ἐκ τῆς λέξεως τῆς φέρεις, ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἀναφερομένης. πολλὰς δ' ἄν τις καὶ ἄλλας ἐκφέροι χάριτας. *Ducit autem (Sappho) Veneres aliquando & ex relatione, ut cum de veſpere inquit:* Ἕσπερε &c. *etenim hic lepos exiſtit ex voce illa* φέρεις, *qua ad idem refertur. Multas autem alias ab iisdem aliquis promere poſſet Veneres.* Fabius *Benevolentius* homo eruditiſſimus & meus amicus putat pro εἶνος legendum οἶν, quæ mihi lectio valde probatur, eamque videtur aliquo modo confirmare ſequens verſus *Sapphonis* num. XXIII. *Urſinus.*

Valet χαριεντίζεται Veneres haurit, & urbane lepideque ludit. De veſpere autem (ut ſuſpicor) illic ſermo erat, quæ ſtella in epithalamiis appellabatur, magnoque deſiderio expectabatur à ſponſis, ut ex *Catulli* quoque carmine perſpicitur, narrat igitur illic dici oratione ad eum converſa: Veſper cuncta fers &c. Niſi aliquis putet φέρεις hic valere aufers & eripis, poſituinque eſſe pro ἀποφέρεις. Explicat autem *Demetrius* exemplum, dicens, lepos enim qui hic apparet, venuſtasque oritur à verbo illo φέρεις, ad idem relato: adjungitque præter has multas alias venuſtates poſſe è figuris his trahi, quas cum rationem illarum inde eliciendarum tradiderit, brevitatis cauſa non perſequitur. *Victorius.*

Ruſtico ſimplicique more loquitur doctiſſima Vates, Heſperi laudes canens, qui matri capellam cum puella ejus cuſtode domum à paſtu referat. Cum vero ipſa fuerit luxurioſa & bibacula, ut notum, addit etiam conviviorum gratia, φέρεις οἶνον, quo maxime exhilarantem fœminas faciat Veſperum, ſuam interim cauſam agens, quæ luce occidente inita convivia vix eadem redeunte deſerere amaverit. Quod adſcripſi, ne quis cum Fabio *Benevolentio*, quem laudat Fulv. *Urſinus*, ego vero ipſum illum, qui laudat, eſſe puto, οἶν reponere allaboret. *Barthius* Adverſ. VI. 16. pag. 282.

Pro πολλὰς δ' ἄν τις καὶ ἄλλας Cod. *Morel.* paulo aliter πολλὰς δὲ καὶ ἄλλας. *Galeus.*

(3) *Scholiaſtes Euripidis* in Oreſte ad v. 1260. καὶ ἡ Σαπφὼ δὲ οὕτω τὸν ἕσπερον ἀστέρα εἶπε, τρόπον τινὰ ἐτυμολογοῦσα τὸ ὄνομα, Ἕσπερε κ. τ. λ. *Sappho quoque ſic de veſpero ſtella dixit, quodammodo etymologiam nominis ejus ponens:* Ἕσπερε &c. *Urſinus.*

Non extat in Corpore Poëtarum Genevenſi.

Etymologicum M. in Ἕσπερος· ἑσπέρα ἀπὸ τοῦ ἔσω ποιεῖν περᾶν τὰ ζῶα ἀναπαυσόμενα· ἢ, ὁ πέρας τῆς ἕω φέρων. Σαπφώ· Ἕσπερε κ. τ. λ.

Veſpera

XXIV.

Παρθενία (1) Παρθενία, ποῖ με λιποῦσα οἴχῃ;
Οὐκέτι ἥξω πρός σε, οὐκέτι ἥξω.

XXV.

Κάδδ' (2) ἀμβροσίας μὲν κρατὴρ ἐκέκρατο·
Ἑρμᾶς δ' ἑλὼν ἔρπιν θεοῖς ᾠνοχόησεν.

XXVI.

Ἀστέρες (3) μὲν ἀμφὶ καλὰν σελάναν
Ἂψ ἀποκρύπτουσι φαεινὸν εἶδος.
Ὁπόταν πλήθοισα μάλιστα λάμπῃ γᾶν.

XXVII. Κατ-

Vespera ab efficiendo, ut intro abeant animalia, quæ quiescere volunt, vel quæ finem aurora fert. Sappho: Ἕσπερε &c.

(4) In *Etymologico* M. legitur φαινόλις· in *Barnesii* Euripide: Φαινολίς.

(5) Apud Ursinum legitur αὐώς. Etymologicum M. in αὔως affert hoc fragmentum *Sapphonis*, additque: εἴρηται παρὰ τὸ αὔω, τὸ βοῶ, αὔως· dicitur à verbo αὔω clamo, αὔως.

(1) Leguntur hæc apud *Demetrium Phalereum* de Elocutione num. 140. pag. 89. Αἱ δὲ ἀπὸ τῶν σχημάτων χάριτες δῆλαί εἰσι καὶ πλεῖσται παρὰ Σαπφοῖ· οἷον ἐκ τῆς ἀναδιπλώσεως πῶς νύμφη πρὸς τὴν παρθενίαν φησί· Παρθενία κ. τ. λ. ἡ δὲ ἀποκρίνεται πρὸς αὐτὴν τῷ αὐτῷ σχήματι· Οὐκέτι κ. τ. λ. πλείων γὰρ χάρις ἐμφαίνεται, ἢ εἴπερ ἅπαξ ἐλέχθη καὶ ἄνευ τοῦ σχήματος, καίτοι ἡ ἀναδίπλωσις πρὸς δεινότητας μᾶλλον δοκεῖ εὑρῆσθαι· ἡ δὲ καὶ τοῖς δεινοτάτοις καταχρῆται ἐπὶ χάριτος. *Veneres autem quæ nascuntur è figuris, perspicua sunt pluremaque apud Sapphonem. Cum ex replicatione quodam loco sponsa ad Virginitatem inquit:* Παρθενία &c. *hæc autem respondet ipsi eadem figura:* Οὐκέτι &c. *Major enim venustas apparet, quam si semel dictum esset & sine figura. Atqui replicatio ad res exacerbandas potius inventa videtur: hæc vero & gravissimis rebus abutitur ad venustatem.* Ursinus.

Νύμφη (ut opinor) hic valet sponsa; cum enim plures sint notiones hujus nominis, in aliis etiam virgo, quæ modo in matrimonio cum aliquo collocata est, ita vocatur; atque id quidem, quia copula illa procreationis liberorum causa inventa est, ut testatur *Porphyrius* in explicatione in antrum Ithacæ, descriptum in Odyssea. Nuptias vero quasdam ingenio suo celebrasse *Sapphonem* constat; alterum nomen mulieris proprium esse videtur: Parthenii enim quoque poëtæ quidam nobiles vocati sunt, nisi forte hoc nomine virginitas hic quoque ut aliis multis locis, significatur &c. *Victorius.*

Versum hunc trajectione unius voculæ Sapphicum facies, scribens fortassis: Οὐκέτι ἥξω σε πρὸς, οὐκέθ' ἥξω. Tamen, cum hoc invenustius fit, ego non affirmarim. *Barthius* Advers. VI. 16. pag. 282.

Πῶς νύμφη rectius ὅπως νύμφη atque ita *Morel.* Cod. *Galeus.*

(2) Adducit hoc fragmentum *Athenæus* lib. II. pag. 39. A. apud quem lib. X. pag. 425. C. posterior versus ita legitur: ἑρμᾶς δ' ἑλὼν ὄλπιν θεοῖς οἰνοχοῆσαι. *Mercurius autem spem conceperat, diis se illud ministraturum*; quæ scriptura

XXIV.

Virginitas, Virginitas, quo abis me relicta?
Non amplius veniam ad te, non amplius veniam.

XXV.

Ambrosiæ crater temperatus erat:
Mercurius autem sumpto vino diis pocula ministravit.

XXVI.

Stellæ quidem circa pulchram lunam
Retro abscondunt fulgidam faciem,
Tum maxime qvum plena terram illustrat.

XXVII. Mor-

ra confirmatur etiam veteri codice Farnesiano. Athenæi verba sunt: Ἀλκαῖος δὲ καὶ τὸν Ἑρμῆν εἰσάγει αὐτῶν οἰνοχόον, ὡς καὶ Σαπφὼ λέγουσα: Καδδ' ἀμβροσίας κ. τ. λ. *Alcæus vero Mercurium illorum* (Deorum) *pocillatorem esse fingit, ut & Sappho, quæ ait:* Καδδ' ἀμβροσίας &c. Idem Scriptor hunc locum exprimere voluit lib. V. pag. 192. C. παρὰ δὲ τῇ καλῇ Σαπφοῖ καὶ ὁ Ἑρμῆς οἰνοχοεῖ τοῖς Θεοῖς. *Apud lepidam Sapphonem Mercurius Diis à poculis est.* Ursinus.

Tutpiter & periculose versus hic Sapphus apud *Athenæum* lib. II. & *Ursinum* est corruptus: Ἑρμᾶς δ' ἑλὼν ἔρπεν Θεοῖς οἰνοχοήσων. Legendum est: Ἑρμᾶς δ' ἑλὼν ἔρπιν Θεοῖς ὠνοχόησεν, ex *Eustathio* & libris vetustis. Verba *Eustathii* sunt ad Odyss. *ι.* pag. 360, 43. Σαπφὼ δὲ, εἰποῦσα, ὡς ἀμβροσίας κρατὴρ ἐκέκρατο, εἰς πόσιν δηλαδὴ, διὸ καὶ ταυτίζουσα τῷ οἴνῳ αὐτὴν, ἐπάγει· Ἑρμῆς δ' ἑλὼν ἔρπιν, Θεοῖς ὠνοχόησεν. Ἔστι δὲ ἔρπις αἰγυπτιστὶ ὁ οἶνος· καθὰ καὶ ὁ Λυκόφρων οἶδεν. *Sappho autem dicens ambrosiæ craterem temperatum esse, ad potum scilicet, eamque propterea vino assimilans addit:* Ἑρμῆς *&c. Est vero* ἔρπις *lingua Ægyptiorum vinum, uti etiam Lycophron id novit.* Lege si est operæ, quæ *Tzetzes* scribit ad v. 79. *Lycophronis:* Ἔρπιν τε ῥέζειν, ἠδ' ἀλοιφαῖον λίπος. *Vinumque facere & unctoriam pinguedinem. Hipponax* poëta lyricus: ὅπου τὸν ἔρπιν ὁ σκότος καπηλεύει. *Ubi vinum tenebræ cauponantur.* Libro X. pag. 425. C. iterum laudat hunc Sapphonis locum *Athenæus*, & pro ἔρπιν scribit ὄλπιν, quod incogitantia factum putem, sensum attendente illo, non verba: ὄλπις enim οἰνοχόη, trulla vinaria. *Casaubonus.*

(3) Leguntur hi versus apud *Eustathium* Homeri enarratorem ad Ιλ. Θ. pag. 621, 42. Ἰστέον δὲ, ὅτι ἐν τῷ, φαεινὴν ἀμφὶ σελήνην, οὐ τὴν πλησιφαῆ νοητέον καὶ πληροσέληνον, ἐν αὐτῇ γὰρ ἀμαυρά εἰσι τὰ ἄστρα ὡς ὑπεραυγαζόμενα, καθὰ καὶ ἡ Σαπφώ που φησίν. Ἀστέρες κ. τ. λ. *Sciendum autem, per verba: circa lucidam lunam non esse intelligendam lunam omni facie splendentem & plenam, in illa enim stellæ sunt obscura, ut supra illam conspecta, quemadmodum etiam Sappho alicubi dicit:* Ἀστέρες &c. Eadem autem sententia alibi quoque usa videtur *Sappho*, ut ex epistola *Juliani* πρὸς Ἐχηβόλον intelligi potest. (vid. num. LXXII.) Eam vero expressit *Horatius* Carm. I. Od. 12. v. 46.

- - - micat inter omnes
Julium sidus velut inter ignes
Luna minores.

sed vocem εἶδος vertit Virgilius os, Æneid. VIII. v. 591.

XXVII.

Κατθανοῖσα (1) δὲ κείσεαι,
Οὐδέποτι μναμοσύνα σέθεν
Ἔσσεται, οὐδέποκ' ὕστερον.
Οὐ γὰρ μετέχεις ῥόδων
Τῶν ἐκ πιερίας. ἀλλ' ἀφανὴς
Κὴν Ἀΐδα δόμοις φοιτάσεις.
Οὐδεὶς δέ σε βλέψει παῖδ' ἀμαυρῶν
Νεκύων ἐκπεποταμέναν.

(3) Κύρτος proprie est *nassa*, vas junceum, in quo pisces servabantur, aliquando *rete* etiam significat. Ex hoc Epigrammate apparet, veteres loco inscriptionum sepulchralium nonnunquam sepulchris imposuisse instrumenta artis, in qua defunctus versatus erat. Exhibebant etiam emblemata, quæ mores demortui indicarent, quod docet Epigramma hoc super Myronis fœminæ sepulchro:

Μὴ θάμβει, μάστιγα Μυρῦς ἐπὶ σήματι λεύσσων,
Γλαῦκα, βιόν, χαροπὰν χᾶνα, θοὰν σκύλακα.

Ne mireris, te videre super Myrus sepulchro flagellum,
Noctuam, arcum, anserem nitidum, & canem velocem.

Flagellum denotabat castigationem famulitii, noctua industriam in lana tractanda, arcus curam rei familiaris, anser vitam intra privatos parietes, & canis amorem erga liberos. *Anna Fabri F.*

(4) *Moschus* Idyll. V. v. 9. vitam piscatorum miseram ita describit:

Ἦ κακὸν ὁ γριπεὺς ζώει βίον, ᾧ δόμος ἁ ναῦς,
Καὶ πόνος ἐντὶ θάλασσα, καὶ ἰχθὺς ὁ πλάνος ἄγρα.

Malam profecto piscator vitam degit, cui domus est navis,
Et labor in mari, & pisces fallax venatio.
Longapetræus.

(5) Ex libro III. *Anthologia* cap. 12. εἰς γυναῖκας num 24. *Ursinus.*

Reperitur in Anacreonte *Baxteri* edit. 1695. pag. 130. *Anna Fabri F.* pag. 254. & *Longapetrai* pag. 396.

In virgunculam mortuam ante nuptias, quam ab

Δέξατο Φερσεφόνας κυάνεος θάλαμος·
Ἃς καὶ ἀποφθιμένας πᾶσαι νεοθᾶγι σιδάρῳ (6)
Ἅλικες ἱμερτὰν κρατὸς ἔθεντο κόμαν. (7)

LXVII.

Φυσικὸν (1) γὰρ δὴ καὶ τὸ τοὺς οἰομένους εἶναι καλοὺς καὶ ὡραίους ἀνθολογεῖν, ὅθεν αἵ τε περὶ τὴν Περσεφόνην ἀνθολογεῖν λέγονται· καὶ Σαπφώ φησιν ἰδεῖν ἄνθε' ἀμέργουσαν παῖδ' ἄγαν ἁπαλήν.

LXVIII.

Πρώτην (2) δέ φασι χλαμύδα ὀνομάσαι Σαπφὼ (3) ἐπὶ τοῦ ἔρωτος εἰποῦσαν·

Ἐλθόντ'

ab ipsius æqualibus detonsis etiam comis deflectam esse dicit *Sappho*. In tertio versu pro ἃς καὶ ἀποφθιμένας scribe ᾇ καὶ ἀποφθιμένᾳ, in dativo. Quanquam & prior lectio per defectum linguæ Atticæ locum habere potest, cujus demortuæ gratia æquales amabilem comam posuerunt. Νεοθηγεῖ *recenter acuto*. Hunc morem tondendi cæsariem ajunt etiam hodie in Creta usitatum esse, ubi pheretrum plenum est capillis cognatorum. Hoc Epigramma *Politianus* ita transtulit:

Timadis hic pulvis, quæ dulces ante hymenæos
Excepta est nigro Persephones thalamo.
Illius heu fato cuncta de vertice amatam
Æquales ferro subsecuere comam.
Obsopæus.

(6) Pro νεοθηγεῖ χαλκῷ procul dubio legendum cum codice Palatino νεοθᾶγι σιδάρῳ. Eodem vitio laborat fragmentum Epigrammatis apud *Suidam* in Νεοθηγεῖ. Πολιοὺς νεοθηγεῖ σιδήρῳ· ita quoque *Salmasius* censet. *D Orville.*

(7) *Callimachus* in Hymno in Dianam v. 126. Κείρονται δὲ γέροντες ἐφ' υἱάσιν. *Tonsi autem senes lugent filios.* De hoc vero lugendi more, tonsa videlicet coma· *Sophocles* Ajace Flagellif. v. 1191. ubi Teucrum inducit ita Eurysacen Ajacis filium compellantem:

Ὦ παῖ, πρόσελθε δεῦρο, καὶ σταθεὶς πέλας,
Ἱκέτης ἔφαψαι πατρὸς, ὅς σ' ἐγείνατο.
Θάκει δὲ προστρόπαιος, ἐν χεροῖν ἔχων
Κόμας ἐμὰς καὶ τῆσδε καὶ σαυτοῦ τρίτου
Ἱκτήριον θησαυρόν.

O puer huc accede, & prope hic consiste,
Atque huc supplex, apprehende patrem, qui te genuit.
Procumbens vero flexis genibus, manu tene
Capillos meos & matris & tuos
More supplicantium.

Ovidius Heroid. Epist. XI. v. 115.

Non mihi te licuit lacrymis perfundere justis,
In tua nec tonsas ferre sepulchra comas.

Apud *Statium* Thebaid. VI. v. 129.

At genitor sceptrique decus cultusque Tonantis
Injicit ipse rogis, tergoque & pectore fusam
Cæsariem ferro minuit, sectisque jacentis
Obnubit tenuia ora comis.

Ridicule *Callimachi* interpres: *trucidantur super filiis*; explica: *tondentur*; non modo in Græcia parentes, filii, cognati, sed etiam amici amicos & sodales hoc funebri officio prosequebantur. Sic *Sappho*: Ἃς καὶ ἀποφθιμένας &c. Ita & apud *Bionem* Idyll. I. v. 80.

Ἀμφὶ

Accepit Proserpinæ niger thalamus:
Qua etiam mortua omnes recens acuto ferro
Æquales amabilem capitis deposuere comam.

LXVII.

Insitum ac ingenitum esse hoc creditur, ut flores colligant, qui probi ac formosi existimantur, unde & Proserpinæ comites colligere flores dicuntur; & Sappho ait visam sibi teneriorem puellam, quæ flores demeteret.

LXVIII.

Cæterum prima, ut fertur *Sappho* chlamydem dixit, de amore dicens, Cœlitus

Ἀμφὶ δέ μιν κλαίοντες ἀναστενάχουσιν Ἔρωτες,
Κειράμενοι χαίτας ἐπ' Ἀδώνιδι.

Circa eum autem plorantes gemunt amores,
Tonsi capillos propter Adonidem.

Id hodieque fit in Servia, ut meminit *Busbequius* in legationibus Turcicis. Neque modo capillos sibi demebant, sed & supercilia. *Artemidorus* lib. I. cap. 27. Ἔθος παλαιὸν, ἐπὶ πένθει τὰς ὀφρύας ψιλοῦσθαι. *Vetus mos est in luctu supercilia nudari.* Vulcanius, Meursius & Anna Fabri F. in Callimachum l. c.

Hujus ritus crebram mentionem facit *Euripides* in Alcestide, & in Oreste v. 113. *Homerus* Odyss. Δ. v. 197.

Τοῦτό νυ καὶ γέρας οἶον ὀϊζυροῖσι βροτοῖσι
Κείρασθαί τε κόμην, βαλέειν τ' ἀπὸ δάκρυ παρειῶν.

Hic nimirum honos est solus miseris mortalibus
Tondereque comam, profundereque lacrymas à genis.

Petronius in Satyrico: *Sed ignota consolatione percussa, laceravit vehementius pectus, ruptosque crines super pectus jacentis imposuit.* *Dionysius Halic.* Antiqq. Rom. XI. pag. 719, 44. ἐξεπήδων ἐκ τῶν οἰκιῶν γυναῖκές τε καὶ παρθένοι τὸ πάθος ἀποδυρόμεναι, αἱ μὲν ἄνθη καὶ στεφάνους βάλλουσαι κατὰ τῆς κλίνης, αἱ δὲ τελαμῶνας ἢ μίτρας, αἱ δὲ ἀθύρματα κόμης παρθενικά, καί πού τινες καί πλοκάμων ἀποκειράμεναι βοστρύχους. *Prosiliebant ex ædibus tum mulieres tum virgines; casumque lamentantes, aliæ flores & coronas in lecticam conjiciebant, aliæ fascias & vittas, aliæ virginales è coma lusus, nonnullæ etiam desectos è crinium plexu cincinnos.* *Heliodorus* Æthiopic. lib. VII. pag. 338. ἔνθα γοῦν ἔξεστι καὶ ὡς ἔξεστιν, ἀποσπένδω τῶν ἐμαυτῆς δακρύων, καὶ ἐπιφέρω χοὰς ἐκ τῶν ἐμαυτῆς πλοκάμων· καὶ ἅμα ἀπεσπάραττεν ὡς ὅτι πλείστας τῶν ἑαυτῆς τριχῶν. *Ubi igitur licet, & quomodo licet facio tibi libationes meis lacrymis & addo inferias ex meis capillis, simulque vellebat plurimos crines.* *Maximus Tyrius* comam vocat τὸ τελευταῖον δῶρον ἤδη καταθαπτομένῳ. Tondebant quoque in luctu animalia, inprimis equos; vid. *Euripidis* Alcestidem, *Herodoti* lib. IX. 24. *Plutarchi* Pelopidam Tom. I. Opp. pag. 296. C. ejusque Alexandrum Tom. I. Opp. pag. 704. E.

(1) Verba sunt *Athenæi* lib. XII. pag. 554. B. Non reperitur hoc fragmentum in *Commelini* Lyricis, neque in Corpore Poëtarum Genevensi.

(2) Leguntur hæc apud *Pollucem* lib. X. cap. 27. Sect.

Ἐλθόντ᾽ ἐξ ὀρανῶ (4) πορφυρέαν ἔχοντα προϊέμενον χλαμύν.

LXIX. *

χλαμὺς (1) καὶ χλαῖνα διαφέρει, καθὸ διὰ πολλῶν ἀπέδειξε Δίδυμος ἐν ὑπομνήματι δευτέρῳ Ἰλιάδος· ἡ μὲν χλαῖνα ἡρωϊκὸν φόρημα· χλαμὺς δὲ Μακεδονικὸν, μετὰ ἑξακόσια ἔτη τῶν ἡρωϊκῶν ὀνομασθεῖσα· Σαπφὼ πρώτη γὰρ μέμνηται τῆς χλαμύδος· διαφέρειν (2) φησὶ καὶ τῷ σχήματι· ἡ μὲν γὰρ χλαῖνα τετράγωνον (φησὶν) ἱμάτιον· ἡ δὲ χλαμὺς, εἰς τὸ λεῖον (3) περὶ τὰ κάτω συνῆκται, καὶ τὰς θυσάνους (4) πολὺ καὶ ἀπ᾽ ἀλλήλων διεστάναι· Προσάγεται Ἀριστοτέλην, Φίλαρχον, Πολέμωνα, ὅτι πολὺ διαφέρουσι.

LXX.

Τυῤῥηνικά· (5) τὸ κάττυμα (6) ξύλινον, (7) τετραδάκτυλον· οἱ δὲ ἱμάντες ἐπίχρυσοι· σανδάλιον γὰρ ἦν· (8) ὑπέδησε δ᾽ αὐτὸ Φειδίας τὴν Ἀθηνᾶν· ἐκάλουν

δ᾽ (9)

Sect. 124. frustra quæruntur in Corpore Poëtarum Genevensi.

(3) *Ursinus*, *Stephanus* & editt. quædam Pollucis: πρώτη δὲ φ. Σαπφὼ χ. ὠνόμασε ε. τ. ε. εἰποῦσα.

Operæ pretium est omnem vulgatam lectionem simul hic ob oculos ponere, ut, quam fidelis fuerit in hoc loco reficiendo MSS. opera, cognoscatur: πρώτη δὲ φ. χλ. ὠνόμασε Σαπφὼ ε. τ. ἐρ. εἰποῦσα· Ἐλθόντ᾽ ἐξ οὐρανοῦ πορφυρέαν ἔχ. π. χλαμύδα· in istis cum *Sapphica* legantur, *Sapphica* quæras tamen, adeo sui dissimilis hic est *Sappho*: sed lectione MSS. reposita cuncta relucescunt & nativum accipiunt splendorem: in *Falckenburgianis* excerptis super τὸ ε in ὠνόμασε scriptum est αι ὠνόμασαι· in ceteris, quod miror, nihil quicquam mutationis est adnotatum. Primam usurpasse *Sappho* vocem χλαμὺς adfirmat Auctor noster, quod ut mihi intuitu primo mirum accidebat, sic postea confirmatum inveni ab *Ammonio*, cujus verba, quæ protulit è *Didymo*, (vid. num. LXIX.) è *Polluce* sunt illustranda Velim observes, chlamydem, cum ab aliis Thessalis adscribatur, Macedonicam ab *Ammonio* dici vestem; de cetero locus hic *Ammonii* non parum afflictus est, cui pro viribus medelam ferre constitui. Sic scribe posteriora: Σαπφὼ πρώτη γὰρ μέμνηται τῆς χλαμύδος· διαφέρειν φησὶ (scilicet *Didymus* quem ἐν ὑπομνήματι δευτέρῳ Ἰλιάδος antea allegaverat) καὶ τῷ σχήματι κτλ. Nimirum hoc usus erat argumento *Didymus*, cum chlamydem sexcentis post heroum tempora bellumque Trojanum annis sic dictam asseruisset, quod prima meminerit ejus Sappho; tot enim annis circiter hæc celeberrima poëtria vixit post bellum Trojanum: hic vero jam ex *Ammonio* eadem opera detegere licet fontem, ex quo sua derivaverit *Pollux*, videlicet è *Didymi* commentario secundo in Iliadem. Sequuntur mellitissimi *Sapphonis* versiculi: Ἐλθόντ᾽ ἐξ ὀρανῶ πορφυρέαν ἔχοντα προϊέμενον χλαμύν. Primum quidem ὀρανῶ rectissime MSS. quod si commutaveris in ὠρανῶ, ut fecit *Jungermannus*, metri forsitan legibus officies: οὐρανὸς, Dores ὠρανὸς, Æoles ὀρανός· erudite & prorsus eleganter *Muretus* ad Horatii lib. I. Od. 9. eandem scripturæ rationem æolicam restitutum ivit in *Alcæi* istis versiculis: Ὕει μὲν ὁ Ζεὺς, ἐν δ᾽ ὀρανῶ μέγας χειμών· πεπάγασι δ᾽ ὑδάτων ῥοαί. *Pluit Jupiter: in cælo vehemens tempestas: gelata sunt fluentes aquæ.* Ibi apud *Athenæum* lib. X. pag. 430. A. in quibusdam editionibus

litus venientem purpureamque demiſſam habentem chlamydem.

LXIX.

χλαμὺς & χλαῖνα differunt, uti pluribus demonſtravit *Didymus* in commentario ſecundo in Iliadem. χλαῖνα erat veſtis heroum, χλαμὺς autem Macedonum, poſt ſexcentos ab heroum temporibus annos ſic dicta. *Sappho* enim prima chlamydis meminit. Differre etiam figura eas dicit. Læna enim quadrata (ait) veſtis. Chlamys autem ima in planum contracta eſt, & fimbrias multum atque à ſe invicem diſtare (tradit.) Allegat *Ariſtotelem*, *Philarchum*, *Polemonem*, qui eas multum differre teſtantur.

LXX.

Tyrrhenici, quorum ſolea lignea, quatuor digitorum latitudinis: lora autem, inaurata: erat enim ſandalium: hoc Minervam induit Phidias; & hos quidem

bus ἀρανῶ legitur, in quibusdam ὠρανῶ· prius ad ſenſum ineptum, alterum ad verſum; utrique ſcrupulo cum occurratur repoſito ὀρανῶ, nihil eſt amplius illa de lectione dubitandum, cui momentum ex hoc *Sapphus* loco accedit: concinne vero *Scaliger* περρὶ ἔμενον, cui plane aſſentio, niſi quod περὶ æolice ſcribendum putem: erit tamen cui magis arrideat περιέμενον· neque rejicio; cogitabam etiam aliquando περιέμενον. De Cupidine vero ſeu aureo amore ſimilia ſexcenta è poëtis, in quibus *Sapphonem* præ oculis habuiſſe videri poſſent, adferre liceret. *Hemſterhuis.*

(4) In ipſa Χρήσει MS. ἐλθόντ᾽ ἐξ ὀρανῶ πορφυρίαν ἐχ. πε. χλαμύν· quæ profecto αἰολικώτερον ſonant, qua dialecto *Sapphonem* uſam ſcimus. An ſcribendum itaque: ἐλθόντ᾽ ἐξ ὠρανῶ περφυρέαν ἔχ. πε. χλαμύν. Vulgati alias πορφυρὰν pro quo *H. Stephanus* πορφυρᾶν edit in fragmentis Lyricorum. Magnus *Scaliger* vero caſtig. in *Catullum* pag. 101. ubi ait, quem nudum Cupidinem alii pingunt, eum in tunica proſcribere *Catullum* imitatione *Sapphus*, adfertque hunc locum, habet: πορφυρᾶν ἔχοντα πρωὶ ἔμενον χλαμύδα. *Jungermannus.*

(1) Vide *Ammonium* περὶ ὁμοίων καὶ διαφόρων λέξεων voce χλαμύς.

(2) Vulgatæ editt. Σαπφὼ (αὕτη γὰρ μέμνηται τῆς χλαμύδ☉·) διαφέρειν &c. vid. num. LXVIII. not. 3.

(3) Vulgatæ editt. εἰς τέλειον.

(4) Vulgatæ editt. χρησαμένης.

(5) Extant hæc apud *Pollucem* lib. VII. cap. 22. Sect. 92. ſeq. Non reperiuntur in *Commelini* Lyricis, neque in Corpore Poëtarum Genevenſi.

(6) Poſt τὸ κάττυμα in ante editis erat commatica diſtinctio, quam delevit hic Cl. *Kuhnius*, dein mox pro τετραδάκτυλον *Falckenburgius* habet τετράγωνον. *Lederlinus.*

(7) MS. τὸ δὲ κάττυμα ξύλινον. &c. Henr. *Stephanus* & *Urſinus* in fragmentis Lyricorum, inter *Sapphus* hæc edentes, male habent ξύλον. *Jungermannus.*

(8) MS. σανδ. δὲ ἦν· deſunt deinde ὑπόδησε δ. α. φ. τ. Αθ. Scribe vero, ὑπέδησε in vulgatis, ut Henr. *Stephanus* in dictis fragmentis edidit.

δ (9) αὐτὰ Τυῤῥηνουργῆ, (10) ὥσπερ καὶ τὰ ἔμβαθρα, ῥικνοεργῆ· (11) τὰς μέντοι Τυῤῥηνικὰς, (12) ὁ Σαπφοῦς μάσθλης, ποικίλος μάσθλης εἶπε, (13) Λύδιον καλὸν ἔργον.

LXXI.

Διοτίμα (1) λέγει, ὅτι θάλλει μὲν ἔρως εὐπορῶν, ἀποθνήσκει δὲ ἀπορῶν. (2) Τοῦτο ἐκείνη ξυλλαβοῦσα εἶπε γλυκύπικρον (3) καὶ ἀλγεσίδωρον. Τὸν ἔρωτα Σωκράτης σοφιστὴν (4) λέγει, Σαπφὼ, μυθοπλόκον· Ἐκβακχεύεται ἐπὶ Φαίδρῳ ὑπὸ τοῦ ἔρωτος· τῇ δὲ ὁ ἔρως ἐτίναξε τὰς φρένας, ὡς ἄνεμος κατ᾽ ὄρος δρυσὶν ἐμπεσών.

LXXII. *

Σαπφὼ (5) ἡ καλὴ τὴν Σελήνην ἀργυρέαν φησὶ, καὶ διὰ τοῦτο τῶν ἄλλων ἀςέρων ἀποκρύπτειν τὴν ὄψιν

LXXIII. *

Εἰ (6) δέ μοι θέμις ἦν, κατὰ τὸν Τήιον ἐκεῖνον μελοποιεῖν, εὐχῇ τὴν τῶν ὀρνίθων ἀλλάξασθαι φύσιν, οὐκ ἂν δήπου πρὸς Ὄλυμπον, οὐδὲ ὑπὲρ μίμψεως ἐρωτικῆς, ἀλλ᾽ εἰς αὐτοὺς ἂν τῶν ὑμετέρων ὀρῶν τοὺς πρόποδας ἔπτην, ἵνα σε, τὸ μέλημα τοὐμὸν, ὥς φησιν ἡ Σαπφὼ, περιπτύξωμαι. (7)

LXXIV. *

dit. Apud *Ursinum* mendose ὑπέδειστ. *Jungermannus.*

(9) MS. ἐκάλουν δὲ. *Idem.*

(10) MS. τυῤῥηνικουργῆ bene, ut ἀττικουργῆ supra l. 149. Paulo ante VII. 86. ubi quoque κάττυμα & σανδάλιον exponit, ex *Cratino* σανδάλια τυῤῥηνικὰ etiam adfert. Fuerint itaque hæc ambo, tam καττύματα, quam σανδάλια ex genere τυῤῥηνικῶν. *Hesychius:* Τυῤῥηνικὰ σανδάλια κάττυμά τι ὑψηλὸν οὕτω καλεῖται. *Tyrrhenica sandalia solea quadam alta ita vocatur.* Quamvis illud καττύματος genus aliud, quod supra VII. 86. habuisti, videatur. *Idem.*

(11) Desunt in MS. ὥσπερ κ. τ. ἑ. ῥικνοεργῆ. *Idem.*

Falckenburgius habet: ῥιγνοεργῆ. *Lederlinus.*

(12) V. C. τὰ μέντοι τυῤῥηνικὰ εἴη ἂν ὁ Σ. *Kuhnius.*

MS. τὰ μέντοι τυῤῥηνικὰ εἴη ἂν ὁ Σάπφους μάσκλης ποικίλος· αἱ δὲ ὑνδρ. &c. ceteris *Sapphus* verbis mediis omissis. *Jungermannus.*

(13) Priores editiones ita legebant; sed Cl. *Kuhnius* emendavit: ποικίλος εἴη· μάσθλης Λ. κ. ἔρ.

dem Thyrrenicos vocabant: ſicuti & embathra ἐλκυσεργῆ dixerunt. Tyrrhenicorum autem lorum *Sappho* lorum varium dixit, Lydium malum opus.

LXXI.

Diotima ait *florere amorem cum abundat, mori, cum eget.* Illa (*Sappho*) utrumque conjungit, cum amorem *dulceamarum* vocat, & *dona* ait *dare ſed moleſta.* Socrates amorem *ſophiſtam* vocat, Sappho *verborum architectum.* Phædri amore tanquam *bacchico furore concitari ſe* ait Socrates. Illa vero: *amor mihi mentem*, inquit, *impulit, venti inſtar, qui montanis incidit arboribus.*

LXXII.

Pulchra *Sappho* Lunam nominat argenteam, ob eamque cauſam cæterorum ſiderum aſpectum ait ab ea obſcurari.

LXXIII.

Ego tamen, ſi mihi eſſet integrum juxta Teji illius Lyrici votum in avem mutari, non mehercule ad Olympum, neque ob amatorias aliquas querimonias, ſed in ipſa montium veſtrorum cacumina volarem, quo te meam (ut ait *Sappho*) curam amplecterer.

LXXIV.

κ. ἔρ. *Falckenburgius* aliam medelam huic loco adhibet & ita legit: Τὰς μέντοι τυῤῥηνικὰς, ἔιη ἂν ὁ Σαπφῆς μάσθλης, (ad oram μάλης) ποικίλος μάσθλης ἔιπε, Λύδιον καλῶν καλὸν ἔργον. Eruditi hæc omnia diſcutient, ſufficit ſingula ordine & fide indicaſſe. *Lederlinus.*

(1) Leguntur hæc in *Maximi Tyrii* Diſſ. VIII. pag. 94. ed. Daviſ.

(2) Verba Diotimæ in *Platonis* Convivio pag. 1194. E. Opp. edit. Francof. ita ſe habent: Τοτὲ μὲν τῆς αὐτῆς ἡμέρας θάλλει τε καὶ ζῇ ὅταν εὐπορήσῃ, τοτὲ δὲ ἀποθνήσκει. *Interdum eodem die pullulat atque vivit, quoties exuberat, interdum deficit.* Daviſius.

(3) Verſus ad quos reſpexit *Noſter*, ex *Hephæſtione* citat Henr. *Stephanus* in fragmentis Lyric. pag. 66. Ἔρως δ᾽ αὖτε &c. (vid. num. XII.) *Daviſius.*

(4) In Platonis Convivio pag. 1194. D. Opp. ed. Francof.

(5) *Julianus* in epiſtola ad Hecebolum num. 19.

(6) *Julianus* in epiſtola ad Eugenium Philoſophum num. 18.

(7) *Urſinus* in fragmentis Lyricorum legit: περιπλέξωμαι.

(4) Vide

LXXIV. *

Χερὰς (1) ἡ τῶν βραχέων λίθων συλλογὴ, τῶν καθ' ἕνα χειρὶ ληφθῆναι δυναμένων, ὡς Ὅμηρος χερμάδιά (2) φησι· ἢ χεράδες λέγονται οἱ μικροὶ σωροὶ τῶν λίθων, φησὶ Δημήτριος ὁ Σκήψιος τὴν διάλεκτον Ἀπολλωνιατῶν εἶναι τῶν ἐν Πόντῳ· μνημονεύει καὶ Σαπφὼ, μὴ κινὴ χεράδος· καὶ Ὅμηρος· (3) ἄλις χεράδος περιχεύας· χέραδος δὲ ὁ τῶν λίθων σωρός· εἰς δὲ τὴν τοῦ βωμοῦ κατασκευὴν λίθους ἐσώρευον.

Χεράδες, (4) τὰ παραθαλάσσια σκύβαλα· παρὰ τὸ χεῖσθαι ῥᾳδίως· χεράδες λέγονται καὶ οἱ σωροὶ τῶν λίθων τῶν μικρῶν· φησὶ δὲ Δημήτριος ὁ Σκήψιος τὴν διάλεκτον Ἀπολλωνιατῶν εἶναι· καὶ Σαπφώ· Μὴ κίνει χεράδας.

LXXV. *

Ἤ ὥσπερ (5) Σαπφὼ, ὅτι τὸ ἀποθνήσκειν κακόν· οἱ θεοὶ γὰρ οὕτω κεκρίκασιν· ἀπέθνησκον γὰρ ἄν.

LXXVI.

Οἶμαι (6) δέ σε καὶ Σαπφοῦς ἀκηκοέναι πρός τινας τῶν εὐδαιμόνων δοκουσῶν εἶναι γυναικῶν μεγαλαυχουμένης, καὶ λεγούσης, ὡς αὐτὴν αἱ Μοῦσαι τῷ ὄντι ὀλβίαν τε καὶ ζηλωτὴν ἐποίησαν, καὶ ὡς οὐδ' ἀποθανούσης ἔσαι λήθη.

LXXVII. *

Σαπφώ (7) τε ἡ καλὴ πολλαχοῦ Λάριχον τὸν ἀδελφὸν ἐπαινεῖ ὡς οἰνοχοοῦντα ἐν τῷ Πρυτανείῳ τοῖς Μιτυληναίοις.

LXXVIII. *

(1) Vide *Scholiasten Apollonii Rhodii* I. v. 1123.

(2) Atqui Iliad. υ. v. 285. χερμάδιον dicitur μέγα ἔργον.

- - - - ὁ δὲ χερμάδιον λάβε χειρὶ
Αἰνείας, μέγα ἔργον, ὃ οὐ δύο γ' ἄνδρε φέροιεν,
Οἷοι νῦν βροτοί εἰσ'. ὁ δέ μιν ῥέα πάλλε καὶ οἶος.

- - - - *at saxum sumpsit manu*
Æneas, vastum pondus, quod ne duo quidem viri ferrent,
Quales nunc homines sunt: is vero ipsum facile agitabat & solus.

&

LXXIV.

Χεϱὰς est exiguorum lapidum collectio, qui singulatim manu tolli possunt, quos *Homerus* χεϱμάδια vocat; vel χεϱάδες dicuntur parvi lapidum acervi, ut ait *Demetrius Scepsius* idioma linguæ esse Apolloniatarum in Ponto. Meminit etiam *Sappho:* non vacua ab acervo lapidum; & *Homerus:* Sabulo affatim circumfundens. χέϱαδος autem est lapidum acervus; cumulabant autem lapides ad aræ structuram.

Χεϱάδες sunt sordes duriores maritimæ, quia facile effunduntur. χεϱάδες etiam vocantur acervi lapidum parvorum, ait *Demetrius Scepsius* esse proprietatem linguæ Apolloniatarum; & *Sappho*, ne moveas acervos lapidum.

LXXV.

Aut quemadmodum *Sappho*, mori malum esse; Dii enim sic judicarunt, alioqui mortui essent.

LXXVI.

Existimo autem te *Sapphum* etiam audivisse apud quasdam mulieres, quæ beatæ sibi videbantur, magnifice se efferentem & dicentem, se à Musis revera felicem factam; & fortem cuivis expetendam esse consecutam, seque ne mortuam quidem oblivioni datum iri.

LXXVII.

Lepida Sappho passim Larichum fratrem ideo commendat, quod in Prytaneo curiave Mitylenæorum his pocillator fuerit.

LXXVIII.

& χειϱοπλήθεις λίθοι sunt magni apud *Zosimum* lib. V. cap. 16. *Heltzlinus.*

(3) Ιλ. Φ v. 319. conf. Henr. *Stephani* Thesaurum L. Gr. in χεϱάς.

(4) *Etymologicon Magnum* voce χεϱάδες.

(5) *Aristoteles* Rhetoricornm lib. II. cap. 23.

(6) *Aristidis* sunt verba: ἐν τῷ πεϱὶ τοῦ παϱαφθέγματος λόγῳ· Tom. III. Opp. pag. 642. A. Non extant in Corpore Poetarum Genevensi.

(7) *Athenæus* lib. X. p. 424. sq.

(2) *Athe-*

LXXVIII. *

Ἐν τούτοις (1) ὁ Ἑρμησιάναξ σφάλλεται, συγχρονεῖν οἰόμενος Σαπφὼ καὶ Ἀνακρέοντα, τὸν μὲν κατὰ Κῦρον καὶ Πολυκράτην γενόμενον, τὴν δὲ κατ' Ἀλυάττην τὸν Κροίσου πατέρα· Χαμαιλέων δ' ἐν τῷ περὶ Σαπφοῦς καὶ λέγειν τινάς φησιν εἰς αὐτὴν πεποιῆσθαι ὑπὸ Ἀνακρέοντος τάδε·

Σφαίρῃ (2) δεῦτε με πορφύρῃ ἔτι βάλλων
Χρυσοκόμης ἔρως νυνὶ ποικίλος
Λαμβάνει, συμπαίζειν προκαλεῖται·
Ἣδ', ἐστὶ γὰρ ἀπ' εὐκτικοῦ Λέσβου,
Τὴν ἐμὴν κόμην, λευκὴ γὰρ, καταμέμφεται·
Πρὸς δ' ἄλλην τινὰ χάσκει.

Καὶ τὴν Σαπφὼ δὲ πρὸς αὐτὸν ταυτά φησιν εἰπεῖν·

Κεῖνον ὦ χρυσόθρονε Μοῦσα
Ἔνισπες ὕμνον, ἐκ τῆς καλλιγύναικος
Ἐσθλᾶς ὁ Τήιος χώρας
Ὃν ἄειδε τερπνῶς πρέσβυς ἀγλαός.

Ὅτι δὲ οὐκ ἔστι Σαπφοῦς τοῦτο τὸ ᾆσμα, παντί που δῆλον· Ἐγὼ δὲ ἡγοῦμαι παίζειν τὸν Ἑρμησιάνακτα περὶ τούτου τοῦ ἔρωτος· καὶ γὰρ Δίφιλος ὁ κωμωδοποιὸς πεποίηκεν ἐν Σαπφοῖ δράματι Σαπφοῦς ἐραστὰς Ἀρχίλοχον καὶ Ἱππώνακτα.

LXXIX. *

Εἰσὶ (3) δὲ αἱ μὲν ἐν τοῖς πράγμασι (4) χάριτες, οἷον νυμφαῖοι, κῆποι, ὑμέναιοι, ἔρωτες, ὅλη ἡ Σαπφοῦς ποίησις.

LXXX. *

(1) *Athenaeus* lib. XIII. p. 599. C.

(2) Versus hos jambis bimetris expressit *Dalechampius.*

Me purpura indutum rapit
Et fert amor, cui splendidus
Auro capillus enitet.
Captumque variis nunc jocis
Secum jubet me ludere:
Amœna Lesbos quam tenet
Sappho, meos sed negligens
Canos, cupit alios sibi.

Io

LXXVIII.

In his fallitur *Hermeſianax*, qui *Sappho* coævam *Anacreonti* fuiſſe putat, cum hic ſub Cyro & Polycrate, illa ſub Aliatte Crœſi patre vixerit. *Chamæleon* in libro de Sappho tradit, quosdam aſſerere, in eam verſus iſtos ab *Anacreonte* compoſitos eſſe:

Mihi age purpuram rotundam injiciens
Amor ingenioſus, auream comam habens,
Me nunc comprehendit & ad jocandum provocat.
Hæc autem, nam eſt ex optabili Lesbo,
Comam meam, quia alba, incuſat,
At alii cuipiam inhiat.

Hæc autem *Sapphonem* illi reſpondiſſe dicit:

Illum hymnum o Muſa thronum aureum habens
Dictaſti, quem ex regione egregia
Pulchras mulieres habente Teius
Senex ſplendidus jucunde decantavit.

Sapphus id carmen non eſſe neminem latet. Ego vero *Hermeſianactem* per luſum de *Anacreontis* amore id ſcripſiſſe arbitror. Etenim *Diphilus* Comicus in fabula Sappho amatores ejus inducit Archilochum & Hipponactem.

LXXIX.

Sunt autem hi quidem in rebus lepores, ceu nympharum horti, hymenæi, cupidines, tota Sapphonis poëſis.

LXXX.

* * *
In aureo vos qua throno
Muſa ſedetis, canticum
Iſtud feraci ex inſula,
Qua fœminas pulchras alit,
Traxit ſenex nunc Teius,
Qui floridus ſcite canit.

(3) *Demetrius Phalereus* ἐν τῷ περὶ ἑρμηνείας num. 132. pag. 82. ed. Gal.

(4) Venuſtates deſcribit *Demetrius*, quæ à rebus ipſis omnem ſuavitatem trahunt, ſua vi plenis elegantiæ & leporis. Res autem tantopere lepidas eſſe inquit, atque omni hilaritate reſperſas,

LXXX. *

Μέτρον (1) μέντοι τῶν κλητικῶν ὕμνων, ἐν μὲν ποιήσει, ἐπιμηκέστερον· ἅμα μὲν γὰρ πολλῶν τόπων ἐκείνοις ἔξεστιν, ὡς παρὰ τῇ Σαπφοῖ καὶ τῷ Ἀλκμᾶνι πολλαχοῦ εὑρίσκομεν. Τὴν μὲν γὰρ Ἄρτεμιν, ἐκ μυρίων ὀρέων, μυρίων δὲ πόλεων, ἔτι δὲ ποταμῶν ἀνακαλεῖ· τὴν δὲ Ἀφροδίτην Κύπρου, Κνίδου, Συρίας πολλαχέθεν ἀλλαχόθεν ἀνακαλεῖ. Οὐ μόνον γε, ἀλλὰ καὶ τοὺς τίπους αὐτῶν ἔξεστι διαγράφειν· οἷον εἰ ἀπὸ ποταμῶν καλεῖ ὕδωρ ἢ ὄχθας· καὶ τοὺς ὑποπεφυκότας λειμῶνας καὶ χοροὺς ἐπὶ τοῖς ποταμοῖς γενομένους, καὶ τὰ τοιαῦτα προσαναγράφουσι, καὶ εἰ ἀπὸ ἱερῶν ὡσαύτως· ὥστε ἀνάγκη μακροὺς αὐτῶν γίγνεσθαι, τοὺς κλητικοὺς ὕμνους.

LXXXI. *

Κλητικοὶ (2) μὲν οὖν, ὁπόσοι εἰσὶν οἱ πολλοὶ τῶν τε παρὰ τῇ Σαπφοῖ ἢ Ἀνακρέοντι, ἢ τοῖς ἄλλοις μελικοῖς, κλῆσιν ἔχοντες πολλῶν θεῶν.

LXXXII. *

Οὔτε (3) γὰρ μουσικὴν ἔφη πᾶσαν μανθάνειν ἐθέλοιμ' ἂν, ἀλλὰ κιθάρᾳ μόνον ἢ λύρᾳ χρῆσθαι πρὸς θεῶν ὕμνους καὶ θεραπείας, ἔτι δὲ οἶμαι, τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν τοὺς ἐπαίνους· οὐδέ γε ᾄδειν τὰ Σαπφοῦς ἢ Ἀνακρέοντος ἐρωτικὰ μέλη πρέπον ἂν εἴη τοῖς βασιλεῦσιν.

LXXXIII. *

Διὸ (4) καὶ ἡ Σαπφὼ περὶ μὲν κάλλους ᾄδουσα, καλλιεπής ἐστι καὶ ἡδεῖα καὶ περὶ ἐρώτων (5) δὲ καὶ ἀέρος, (6) καὶ περὶ ἀλκυόνος (7) καὶ ἅπαν καλὸν ὄνομα ἐνύφαν-

sas, hortos nympharum, Hymenæos, conjugii deos, quos formosissimos veteres illi fingebant, Cupidines, & omnem denique Sapphonis poësin, argumentumque carminum ipsius: hoc enim diligenter servavit mulier ista, ut cum lepidi ingenii esset, ipsum in rebus lepidis celebrandis exerceret. *Victorius.*

(1) *Menander* Rhetor in γενεθλίων διαιρέσει cap. 2. περὶ κλητικῶν ὕμνων pag. 595. Rhetorum Græcorum ed. *Aldina.*

(2) *Menander* in libro laudato cap. 1. περὶ τῶν ὕμνων τῶν εἰς τοὺς θεοὺς pag. 594.

(3) *Dio Chrysostomus* Orat. II. περὶ βασιλείας p. 24. Opp. ed. Morell.

(4) *Deme-*

LXXX.

Metrum certe hymnorum, in quibus fit invocatio Deorum, in poësi quidem est prolixius; nam simul multorum locorum mentio illis conceditur, uti apud *Sapphonem* & *Alcmanem* crebro reperimus. Dianam enim ex innumeris montibus, urbibus & fluviis invocat. Venerem autem è Cypro, Cnido, Syria & multis in locis aliunde appellat. Quin etiam insuper Numinum loca describere licet; si nimirum poëta nominatim appellet fluviorum aquam aut ripas; atque si prata, quæ ibi succrescunt, & tripudia quæ ad fluvios fiunt, aliaque hujusmodi simul commemorent, eademque de locis sacris moneant. Atque adeo necesse est eorum hymnos, in quibus Dii invocantur, fieri prolixos.

LXXXI.

Hymni igitur dicuntur κλητικοὶ, ex quibus magna pars carminum *Sapphonis* aut *Anacreontis* aut aliorum poëtarum constat, si multorum Deorum invocationem contineant.

LXXXII.

Neque enim musicam, inquit, omnem discere vellem, sed cithara duntaxat aut lyra uti ad Deorum hymnos cultusque, præterea etiam puto ad bonorum virorum laudes. Neque sane *Sapphus* canere aut *Anacreontis* amatoria carmina decorum esset regibus.

LXXXIII.

Quare & *Sappho*, de pulchritudine canens, utitur verbis pulchris & tota suavis est; & de cupidinibus utique & de aëre & de halcyone, & omne pulchrum

nomen

(4) *Demetrius Phalereus* ἐν τῷ περὶ ἑρμηνείας n. 167. sq. p. 101. ed. *Gal.*

(5) Vide *Sapphus* Oden in Venerem supra num. VI.

(6) Mallem ἔαρος, est illud *Sapphus*: ἦρος ἄγγελος &c. vid. num. XXXIV.

(7) *Demetrius* declarat causam, cur Sappho, in poëmatibus suis de pulchritudine canens, pulchris verbis utatur, ac suavis omni oratione sit, & ut de forma præclara corporis loquens, ita etiam de amoribus, de aëre, de ave halcyone. Cum autem avem elegantem sane & variis coloribus distinctam halcyonem materiam doceat aliquando fuisse carminis hujus mulieris, ita etiam existimandum est, ipsam ornasse lusciniolam: & splendidissimis nominibus formam ipsius cantum-

que

ἐνύφανται (8) αὐτῆς τῇ ποιήσει· τὰ δὲ καὶ αὐτὴ εἰργάσατο· Ἄλλως δὲ σκώπτει τὸν ἄγροικον νυμφίον, καὶ τὸν θυρωρὸν (9) τὸν ἐν τοῖς γάμοις, εὐτελέστατα καὶ ἐν πεζοῖς ὀνόμασιν μᾶλλον ἢ ἐν ποιητικοῖς· ὥστε αὐτῆς μᾶλλόν ἐστι τὰ ποιήματα ταῦτα διαλέγεσθαι ἢ ᾄδειν, οὐδ' ἂν ἁρμόσαι πρὸς τὸν χορὸν ἢ πρὸς τὴν λύραν, εἰ μή τις εἴη χορὸς διαλεκτικός.

LXXXIV. *

Εὐφορίων (1) δὲ ὁ ἐποποιὸς ἐν τῷ περὶ Ἰσθμίων, οἱ νῦν, φησὶ, καλούμενοι ναβλισταὶ καὶ πανδουρισταὶ καὶ σαμβυκισταὶ καινῷ μὲν οὐδενὶ χρῶνται ὀργάνῳ· τὸν γὰρ βάρωμον (2) καὶ βάρβιτον, ὧν Σαπφὼ καὶ Ἀνακρέων μνημονεύουσι, καὶ τὴν μάγαδιν καὶ τὰ τρίγωνα, καὶ τὰς σαμβύκας ἀρχαῖα εἶναι.

LXXXV. *

Προσνεύει (3) δὲ καὶ καθ' αὑτὸ τὸ (4) Αἰγαῖον πέλαγος, ὅθεν αὐτῷ καὶ τοὔνομα· ὕστερον δὲ αὐτὸ τὸ ἀκρωτήριον Αἶγα κεκλῆσθαι, ὡς Σαπφώ (5) φησι.

LXXXVI. *

que deſcripſiſſe, quod ſane ſupra eximie feciſſe *Homerum*, autor hic noſter ſignificavit. *Sophocles* ſane in ſuis ſuaviſſimis cantibus non ſemel deprehenditur ipſam celebraſſe, quod etiam memoriæ proditum eſt à veteribus Grammaticis. Nam ut veriſimile eſt amaſſe hanc quoque avem *Sapphonem*, ita intelligitur id verum eſſe his ipſius verbis: ἦρος ἄγγελος &c. v. num. XXXIV. in quibus etiam animadvertendum eſt, nuntiam veris luſciniolam lepidiſſimam poëtriam appellare, quia ea tempeſtate redit ad nos, & tunc inprimis ſuaviter grandioreque voce canit, ut vidit quoque *Homerus*. Aliquis vero fortaſſe putaret ſororem ipſius, ut fabulæ ferunt, verius potuiſſe nuntiam veris appellari, quod proverbio aliquo modo continebatur. In Epiſtola quoque, quam illius nomine ſcripſit *Ovidius*, mentio Luſciniolæ fit, nec ſine dignitate multa, quippe cum Dauliada alitem ipſam vocarit. *Victorius.*

(8) Ut ſupra narravit *Demetrius*, *Sophronem* in mimos ſuos inſeviſſe omnia pæne proverbia, ita nunc affirmat, nullum elegans ac ſpecioſum verbum abeſſe ab hujus mulieris poëſi, quia non minorem illa diligentiam adhibuerat in decerpendis undique formoſis quibusque vocabulis, ut expoliret opus ſuum, quam *Sophron* fecerit in colligendis proverbiis, ut riſu impleret ſuos mimos, nec contenta fuit ſelectu hoc ipſo *Sappho*, verum etiam nonnulla nova vocabula ipſa fabricata eſt. Uſum vero hic apparet auctorem ſatis apte verbo translato, cum de *Sapphone* dixit, ipſam in ſua poëſi magna cum induſtria cuncta pæne pulchra nomina intexuiſſe. *Ciceronem* quoque eodem pacto cepiſſe latinum hoc verbum ab eadem arte acceptum, atque id quidem multis locis, conſtat; uno tamen exemplo contentus ero. Lib. XIII. epiſt. 12. ad Atticum inquit: *Scis me antea aut orationes aut aliquid id genus ſolitum ſcribere, ut Varronem nusquam poſſem intexere.* Sed *Homerus* quoque vidit ſimilitudinem magnam harum rerum; & ut ſuſpicari licet, primus ab ea arte ad par ſtudium oſtendendum ſuum vocabulum comportavit; de Neſtore enim loquens, orationeque, qua ſuadere volebat Agamemnoni, ut mitteret legatos ad Achillem, inquit Iλ. η. v. 324.

Τοῖς

nomen intextum est in ipsius poësi: nonnulla autem & ipsa fabricata est. Aliter autem irridet agrestem sponsum, & janitorem, qui versatur in nuptiis, valde humiliter & pedestribus potius nominibus quam poëticis. Quapropter magis licet hæc ipsius poëmata loqui quam canere: neque ullo pacto accommodare ad chorum vel ad lyram, nisi sit aliquis chorus, qui loquatur.

LXXXIV.

Euphorion hexametrorum carminum scriptor libro de Isthmiis scribit, quos nunc vocant Nablistas, Panduristas & Samburistas, nullis uti novitiis instrumentis: Baromum enim & barbiton, quorum meminere *Sappho* & *Anacreon*, Magadin, Trigona & Sambucas procul dubio esse antiquas.

LXXXV.

Ipse mons pro se satis est contractus; mare autem Ægæum eo inclinat: unde & nomen ei: postea ipsum promontorium Æga appellatum: ut *Sappho* ait.

LXXXVI.

Τοῖς ὁ γέρων πάμπρωτος ὑφαίνειν ἤρχετο μῆτιν.

His senex primus omnium texere cœpit consilium.

quomodo etiam *Cicero* latinum cepit, cum ait Philipp. II. cap 13. *Itaque jam retexo orationem meam:* neque enim omnino eodem pacto usurpavit *Homerus* tunc & *Cicero* uterque suum verbum, ut *Phalereus* hic & superiore in exemplo *Cicero*; quod natum est à præpositione, quæ conjuncta est illic ab ambobus cum verbo. *Victorius.*

(9) Vid. num. XVIII. not. 4. p. 51. a.

(1) *Athenæus* lib. IV. p. 182. E.

(2) *Daleckampius* vertit: *fidiumque gravi sono Barbiton, cujus* &c. & in nota marginali addit: *Junius* Adagio: *Quid barbiton crocoto loquitur, quidve lyra calantica?* Apud *Ovidium* Heroid. Epist. XV. v. 8. *Sappho: Non facit ad lacrymas barbitos ulla meas.*

Non βάρωμον sed βάρμον apud *Athenæum* lib. XIV pag. 636. C. scribitur. Putabam voce βάρμον alludi ad etymon vocis βάρβιτος, nam persuasum fuit veteribus Græcorum criticis, βάρβιτον quasi βαρύμιτον esse dictam, cum vel *Strabone* teste, barbara sit ea vox Græcis, & Syriaca. Sed baromum sive barmum distinguit auctor à barbito. *Casaubonus.*

(3) *Strabo* Geographiæ lib. XIII. p. 615.

(4) Scripti: ἐπὶ τ.. lego καὶ αὐτὸ ἐπὶ τὸ Αἰγαῖον.

Ex iis quæ refert *Eustathius*, puto legendum, προσνεύει δὲ καὶ αὐτὸ (videlicet τὸ ἄκρον, vel αὐτή, quia præcedit ἄκρα) ἐπὶ τὸ Αἰγ. *Casaubonus.*

(5) Sic scripti, vulgo ὡς Σ. tantum.

LXXXVI. *

Λέγεται (1) δὲ τῆς ἑταίρας τάφος γεγονὼς ὑπὸ τῶν ἐραστῶν, ἣν Σαπφὼ μὲν ἡ τῶν μελῶν ποιήτρια, καλεῖ Δωρίχαν ἐρωμένην τοῦ ἀδελφοῦ αὐτῆς Χαράξου γεγονυῖαν, οἶνον κατάγοντος εἰς Ναύκρατιν Λέσβιον κατ' ἐμπορίαν· ἄλλοι δ' ὀνομάζουσι Ῥοδόπην. (2)

LXXXVII. *

Ἔστι μὲν (3) οὖν (4) καὶ παρὰ Σαπφοῖ τῆς ἰδίας ταύτης παραδείγματα, ἐπιθαλάμιος οὕτως ἐπιγεγραμμέναις ταῖς ᾠδαῖς. (5)

LXXXVIII. *

Εἶδος (6) ἄνθους τὸ ἄνηθον· ἀνηθίνοις δὲ ἐχρῶντο στεφάνοις, ὡς Ἀλκαῖος καὶ Σαπφώ· φασὶ δέ τινες καὶ πᾶν ἄνθος ἄνηθον.

LXXXIX. *

Καὶ (7) ἡ μὲν Σαπφὼ γύναιον πορνικὸν ἐρωτομανὲς, καὶ τὴν ἑαυτῆς ἀσέλγειαν ᾄδει.

XC. *

Καὶ (8) καλέσας τὸν Δάμιν, εἰπέ μοι, ἔφη, πρώην, τί οὔνομα ἦν τῇ Παμφύλῳ (9) γυναικί; ἢ δὴ Σαπφοῖ (10) τε ὁμιλῆσαι λέγεται, καὶ τοὺς ὕμνους, οὓς εἰς τὴν Ἄρτεμιν τὴν Περγαίαν (11) ᾄδουσι, ξυνθεῖναι τὸν Αἰολέων τε καὶ Παμφύλων τρόπον· ἠρόμην,

(1) *Strabo* Geogr. lib. XVII. p. 808.

(2) Scribe Ῥοδώπην. Sic autem nominatur ab *Herodoto* lib. II. cap. 135. quo nomine reprehenditur ab *Athenaeo* lib. XIII. cap. 7. pag. 596. aliam enim Doricham (quam Δωρίχαν ille vocat, non Δορίχαν, ut hic) esse, aliam Rhodopin. Herodotum sequi videtur & *Diodorus* lib. I. pag. 59. Tom. I. De Rhodopide scorto vide praeterea *Aelianum* lib. XIII. c. 33. & *Plinium* lib. XXXVI. cap. 12.

(3) *Dionysius Halic.* ἐν τέχνῃ cap. 4. περὶ μεθόδου ἐπιθαλαμίων Tom. II. Opp. pag. 37, 17.

(4) Pro ἐν μὲν οὖν cum *Antimacho* & *Stephano* legemus ἔστι μὲν οὖν· *Sylb.* ἦν μὲν οὖν in Codd. MSS.

(5) Forsan sic legendum: ἐν τοῖς ἐπιθαλαμίοις οὕτως ἐπιγεγραμμέναις ᾠδαῖς, quanquam etiam nominandi casu legere possumus αἱ ἐπιθαλάμιοι οὕτως ἐπιγεγραμμέναι ᾠδαὶ, vel singulariter ἡ ἐπιθαλάμιος οὕτως ἐπιγεγραμμένη ᾠδὴ, ut supra (pag. 53, 38.) τοιοῦτον γὰρ σαπφικόν τι ἐπιθαλάμιον τουτί. Loquendi autem genus illud cum adverbio οὕτως usurpatum etiam supra p. 64, 12. ed. Oxon. & alibi. *Sylburg.*

Ut alibi passim, ita quoque in Epithalamio Thetidis & Pelei *Catullum* credo imitatum esse *Sapphonem*. Quantus hujus mulieris fuerit amator, vel exinde colligere licet, quod Lesbiae quovis

LXXXVI.

Hîc dicitur meretricis ſepultura, ab amantibus effecta. Hanc mulierem Sappho poëtria Doricham vocat, & fratris ſui Charaxi amicam, cum is Lesbium vinum negotiator Naucratim portaret. Alii eam Rhodopem nominant.

LXXXVII.

Sunt igitur etiam apud Sappho hujus formæ exempla, cum odæ *Epithalamii* inſcriptionem habeant.

LXXXVIII.

Species floris eſt anethum; anethinis autem coronis utebantur, ut *Alcæus* & *Sappho* teſtantur. Nonnulli etiam omnem florem vocabant anethum.

LXXXIX.

Veſtrâs eſt meretricia muliercula *Sappho*, quæ inſano amore capta ſuam ipſa laſciviam cantat.

XC.

Damidemque appellans, nuper, inquiebat, me interrogabas, quod nomen fuerit Pamphyliæ illi mulieri? quæ *Sappho* familiaris fuiſſe & hymnos, qui in Pergæam Dianam cani ſolent, compoſuiſſe dicitur, Æolio Pamphylioque modo. Interrogavi,

vis alio potius nomine ſuam ornaverit amicam. Epithalamium de Heſpero, quin ex *Sapphone* redditum ſit, minime eſt dubitandum. Scripſiſſe autem *Sapphonem* epithalamiorum libellum, docet nos præter *Servium* & *Dionyſius Halicarnaſſ.* ubi de epithalamiis agit, cujus verba è ſcriptis libris ita ſunt reformanda: Ἦν μὲν οὖν καὶ παρὰ Σαπφοῖ τῆς ἰδέας ταύτης παραδείγματα ἐπιθαλαμίοις οὕτως ἐπιγραφομέναις ταῖς ᾠδαῖς. *Voſſius* ad Catull. p. 189.

Urſinus legit: ἐπιθαλάμιος οὗτος ἐπιγεγραμμένος ταῖς ᾠδαῖς. Cum vulgatis conſentiunt MSS. niſi quod ἐπιγραφομέναις pro ἐπιγεγραμμέναις habeant. *Hudſon.*

(6) *Scholiaſtes Theocriti* ad Idyll. VII. v. 63. vid. num. LXIII.

(7) *Tatianus* in Orat. ad Græcos Sect. 53. p. 114. ed. Oxon.

(8) *Philoſtratus* de vita Apollonii Tyanenſis lib. I. c. 20. p. 37. ed. Lipſ.

(9) Male *editi* & *Urſinus* παμφύλῳ, quod ita accepere interpretes, quaſi uxor Pamphyli cujusdam fuerit. Sed veriorem eſſe lectionem, quam ex MSS. proferimus, ſequentia probant, ubi modi ejus Pamphylii dicti & Pamphyliis proprii fuiſſe dicuntur. *Olearius.*

(10) De Damophila illa Pamphylia, Sapphus ὁμιλητρία non facile legeris. *Olearius.*

(11) Abſolute quoque Diana Περγαία dicitur, à cultu

ἠρόμην, ἔφη, τὸ δὲ ὄνομα οὐκ εἶπας· οὐκ ὦ χρηστὲ, εἶπεν, ἀλλ' ἐξηγούμην σοι τοὺς νόμους τῶν ὕμνων καὶ τὰ ὀνόματα, καὶ ἔπη τὰ Αἰολέων ἐς τὸ ἀκρότατόν τε καὶ τὸ ἴδιον Παμφύλων παρήλλαξε (12) πρὸς ἄλλῳ μὲν ταῦτα ἐγενόμεθα, καὶ οὐκ ἔτ' ἤρου με περὶ τοῦ ὀνόματος· καλεῖται τοίνυν ἡ σοφὴ αὕτη Δαμοφύλη· (13) καὶ λέγεται τὸν Σαπφοῦς τρόπον παρθένους τε (14) ὁμιλητρίας κτήσασθαι, ποιήματά τε ξυνθεῖναι, τὰ μὲν ἐρωτικὰ τὰ δὲ ὕμνους· (15) τά τοι ἐς τὴν Ἄρτεμιν καὶ παρῴδηται αὐτῇ καὶ ἀπὸ τῶν Σαπφοῦς ᾖσται. (16)

XCI. *

Καλοῦσι (1) δ' ἐς αὐτὴν περίβολός ἐστιν Ἀρτέμιδος, καὶ ξόανα Ἀρίστης καὶ Καλλίστης· (2) ὡς μὲν ἐγὼ δοκῶ, καὶ ὁμολογεῖ τὰ ἔπη τὰ Σαπφοῦς, τῆς Ἀρτέμιδός εἰσιν ἐπικλήσεις αὗται.

XCII. *

Σαπφὼ δὲ ἡ Λεσβία πολλά τε καὶ οὐχ ὁμολογοῦντα ἀλλήλοις ἐς Ἔρωτα ᾖσε.

XCIII. *

Σαπφὼ (4) δὲ ἡ Λεσβία τοῦ Οἰτολίνου τὸ ὄνομα ἐκ τῶν ἐπῶν τῶν Πάμφω μαθοῦσα Ἄδωνιν ὁμοῦ καὶ Οἰτόλινον (5) ᾖσε.

XCIV. *

à cultu ejus in ea urbe plane singulari vid. Philostr. de vitis Sophist. lib. II. num. 7. pag. 576. Huc spectat & *Callimachus* Hymn. in Dian. v. 178. ad quem locum vid. *Spanhemium*. Idem.

(12) Verba *Philostrati* de verbis musicis copiose & accurate illustrantur in *Olearii* τοῦ μακαρίτου notis.

(13) Sic inter σοφὰς γυναῖκας, cujus *Damophila* ὁμιλήτρια fuit, *Sapphonem* refert *Plato* in Phædro (vid. infra num. CXII.) idque ex eo repetit *Ælianus* Var. Hist. XII. 19. (v. num. CXIII.) qui eam σοφὴν cognominari memorat. Nempe σοφοὶ dicti antiquissimis temporibus Poëtæ. *Anacreon* Oda LIII. in rosam v. 22.

Ροδόχροος δὲ κ' Ἀφροδίτα
Πάρα τῶν σοφῶν καλεῖται.

Roseaque cute & Venus
A doctis appellatur.

h. e. ποιητῶν, ad quem locum *Schol.* σοφιστὰς δὲ καὶ σοφοὺς ἔλεγον τοὺς ποιητάς. Ceterum pro σοφὴ αὕτη priores editiones habebant σοφία αὕτη, quod mendosum esse jam subolverat *Morello*. Σοφίας quidem cognomen quosdam habuisse constat, ut Democritum, quod videre est apud *Diogenem Laërt.* IX. 50. verum id ab hujus loci structura alienum. *Olearius.*

(14) Editiones priores addebant γὰρ, quod omisimus

terrogavi, ajebat, (Damis,) tu vero nomen non edidisti. Non edidi, inquiebat ille, amice, verum exposui tibi modos hymnorum & modorum nomina, & quomodo ea, quæ ad modum æolium composita erant, ad modum, qui altissimus est, & quem proprium sibi Pamphylii vindicant, revocaverit. Inde ad alias res animum appulimus, nec amplius de ejus nomine me interrogavisti. Est vero sapientis hujus mulieris nomen Damophyla: diciturque pariter ac *Sappho* discipulas virgines habuisse, & poëmata composuisse, partim amatoria, partim Deorum laudes complexa. Et in Dianam quidem hymnus tum Sapphicis modis tum diversis ab eis canitur.

XCI.

In cujus primo aditu septum quoddam est Dianæ, & simulacra Optimæ & Pulcherrimæ. Esse vero ea Dianæ cognomina, & ipse conjicio, & *Sapphus* carmina testantur.

CXII.

At Lesbia *Sappho* multa de amore & ea non satis inter se consentanea cecinit.

XCIII.

Sappho deinde Lesbia, sumto è Pamphi versibus Oetolini nomine, Adonim ipsa simul & Oetolinum decantavit.

XCIV.

omisimus meliorum codicum secuti auctoritatem. *Idem.*

Ursinus legit τε καὶ.

(15) στιγμὴν post ὕμνος posuimus pro commate, quod in editis erat. Nempe quæ in Dianam scripta sunt, non tanquam aliquid ab hymnis diversum possunt commemorari. Sustuli etiam distinctionem post Ἄρτεμιν, nempe hujus ipsius in Dianam hymni indolem cupit indicare. *Olearius.*

(16) Opponitur τὸ ἀπὸ τῶν Σαπφῆς ᾄδεσθαι i. e. ἀπᾴδεσθαι τοῖς Σαπφώοις priori illi, nempe τῷ παρῳδεῖσθαι τῇ Σαπφοῖ, sensusque est, quem in versione expressimus: nempe hymnum eum utroque modo cani solitum esse, tum qui *Sapphoni* esset usu receptus, tum novo illo *Pamphylio*, qui erat *Damophyla*, indicatur. Ceterum codex *Vatic.* posterior pro τῶν Σαπφῆς legit τῶν Σαπφώων. Utrumque ferri posse puto. *Idem.*

(1) *Pausanias* in Atticis cap. 29. pag. 71. ed. Lips.

(2) *Ursinus* legit ἀρίστας καὶ καλλίστας.

(3) *Pausanias* in Bœoticis cap. 27. p. 762.

(4) *Pausanias* in Bœoticis cap. 29. p. 767.

(5) Rectius forsan Οἰτόλινον: sicut nimirum

XCIV. *

Βεῦδος, (1) ὡς Σαπφώ, κιμβαρικόν· (2) ἔστι δὲ τὸ κιμβαρικὸν διαφανὴς χιτωνίσκος.

XCV. *

Γελλὼ (3) παιδοφιλοτέρα] ἐπὶ τῶν ἀώρως τελευτησάντων, ἤτοι ἐπὶ τῶν φιλοτέκνων μὲν, τρυφῇ δὲ διαφθειρόντων αὐτά. Γελλὼ γάρ τις ἦν παρθένος, καὶ ἐπειδὴ ἀώρως ἐτελεύτησε, φασὶν οἱ Λέσβιοι αὐτῆς τὸ φάντασμα ἐπιφοιτᾶν ἐπὶ τὰ παιδία, καὶ τοὺς τῶν ἀώρων θανάτους αὐτῇ ἀνατιθέασι. Μέμνηται ταύτης Σαπφώ.

XCVI. *

Ὁ δὲ (4) ἀδικούμενος. Ἁρμόνιός (5) ἐστιν ὁ τοῦ Θυεωροῦ (6) πατήρ, ὡς ἂν εἴποι Σαπφώ, ὃ μὲν ἄλλα σώφρων καὶ μέτριος ἐν τῷ καθ' ἑαυτὸν βίῳ γενόμενος· ἀλλ' ὑπὲρ εὐγενείας (7) ἀμφισβητῶν τῷ Κέκροπι διετέλεσε.

XCVII. *

Σαπφὼ (8) δέ φησι τὴν Πειθὼ Ἀφροδίτης θυγατέρα.

XCVIII. *

Θάψος (9) ἐστὶ ξύλον τι, ὃ καλεῖται σκυθάριον, ἤγουν σκυθικὸν ξύλον, ὥς φησι καὶ Σαπφώ· τούτῳ δὲ τὰ ἔρια βάπτουσι, καὶ ποιοῦσι μήλινα, καὶ τὰς τρίχας ξανθίζουσιν· ἔστι δὲ τὸ παρ' ἡμῖν λεγόμενον χρυσόξυλον.

XCIX. *

ab eadem origine legitur ἄιλινον apud *Sophoclem*, ἄιλινα apud *Callimachum*. Sylburgius.

(1) Julius Pollux lib. VII. cap. 13. Sect. 49. p. 721. ed. Amstel.

Hesychius βεῦδος. *Etymologicum* quoque tradens ex *Herodiano* dictum pleonasmo τοῦ ρ παρὰ τὸ ἔνδειν. *Seberus.*

Margo C. A. & C. V. βεῦδος· dein margo κιμμερικόν· ἔστι δὲ διαφανής τις χ. ἀμπεχόμενον περίβλημα. Hæc ille. vid. Hesychium in κιμβερικόν. Salmasius ex Hesychio legit βεῦδος & κιμβερικόν. *Kuhn.*

Pro βεῦθος Falckenburgius κεῦθος.

(2) *Jac. Nicolao Loënsi* mendosa videtur vox κιμβαρικὸν pro κιμβερικὸν Epiphyll. VII. extremo.

Κιμβερικὸν bene etiam *Falckenburgius* habet.

(3) *Zenobius* in Centuria III. Proverbiorum num. 3.

XCIV.

Toga, ut Sappho, Cimbaricum. Eſt autem Cimbaricum tunica perſpicua.

XCV.

Gello puerorum amantior] de iis, qui intempeſtive morerentur, vel qui liberorum amantes quidem eſſent, ſed eos nimia indulgentia corrumperent. Gello enim virgo fuit, cumque ante diem obiiſſet, ferunt Lesbii, hujus ſpectrum oberrare circa liberos ſolitum, itaque immaturam mortem ipſi imputabant. Meminit hujus *Sappho.*

XCVI.

Cui autem injuria fit, Harmonius eſt, janitoris pater, ut diceret Sappho: cetera quidem frugi homo ac moderatus, ſed qui de nobilitate perpetuo cum Cecrope contenderit.

XCVII.

Sappho autem vocat Suadam Veneris filiam.

XCVIII.

Θάψος autem eſt ligni genus, quod vocatur σκυθάριον aut ſcythicum lignum, uti etiam loquitur *Sappho.* Hoc autem lanam tingunt, & colore melino imbuunt, capillos quoque flavos reddunt. Eſt autem lignum aureum apud nos dictum.

XCIX.

num. 3. p. 54. collectionis Adagiorum græcorum à *Schotto* curatæ.

(4) *Synesius* epiſt. 3. ad Evopticum p. 160. D. Operum ed. Pariſ.

(5) Ex utriusque Med. Scholiis intelligimus, Harmonium iſtum tres habuiſſe liberos, Æſchinem, Herodem & ſponſæ iſtius matrem. Quæ quidem familia *Synesio* noſtro συ[illegible]γενὴς fuit. Jam vero cum Herodes avunculus Harmoniæ neptem ignobiliſſimam in gentem collocarit, avo ipſi injuriam feciſſe dicitur. *Petavius.*

(6) Vid. ſupra num. XVIII. not. 4. p. 50. ſq. & num. LXXXIII.

(7) Sic accipio: tametſi eſſet longe nobiliſſimus, modica tamen fortuna contentum fuiſſe. *Petavius.*

(8) *Scholiaſtes Heſiodi* ad v. 73. Ἔργων καὶ ἡμερῶν.

(9) *Scholiaſtes Theocriti* ad Idyll. II. v. 88.

(1) *Scho-*

XCIX. *

Ἀπολλώνιος (1) μὲν Ἀφροδίτης τὸν Ἔρωτα γενεαλογεῖ· Σαπφὼ δὲ γῆς καὶ οὐρανοῦ, Σιμωνίδης δὲ, Ἀφροδίτης καὶ Ἄρεος· σχέτλιε παῖ δολόμηδες Ἀφροδίτας, τὸν Ἄρει δολομηχάνῳ τέκεν. Ἴβυκος καὶ Ἡσίοδος ἐκ Χάους λέγει τὸν Ἔρωτα. Ἐν δὲ τοῖς εἰς Ὀρφέα Κρόνου γενεαλογεῖται· Αὐτὰρ ἔρωτα Κρόνος καὶ πνεύματα πάντα ἐτέκνωσε.

C. *

Περὶ (2) δὲ τοῦ τῆς Σελήνης ἔρωτος ἱστορεῖ Σαπφὼ καὶ Νίκανδρος ἐν δευτέρῳ Εὐρώπης.

CI. *

Ὁ δὲ (3) τῆς Λεσβίας (4) [εἴ τοι χρὴ πρεσβύτερα τοῖς νέοις εἰκάσαι] τί ἂν εἴη ἄλλο, ἢ ἡ Σωκράτους τέχνη ἐρωτικῆς δοκοῦσι γάρ μοι τὴν κατὰ ταὐτὸ ἑκάτερος φιλίαν, ἡ μὲν γυναικῶν ὁ δὲ ἀῤῥένων, ἐπιτηδεῦσαι· καὶ γὰρ πολλῶν ἐρᾷν ἔλεγον, καὶ ὑπὸ πάντων ἁλίσκεσθαι τῶν καλῶν· ὅ, τι γὰρ ἐκείνῳ Ἀλκιβιάδης καὶ Χαρμίδης καὶ Φαῖδρος, τοῦτο τῇ Λεσβίᾳ Γύριννα καὶ Ἀτθὶς καὶ Ἀνακτορία· καὶ ὅ, τι περ Σωκράτει οἱ ἀντίτεχνοι Πρόδικος καὶ Γοργίας καὶ Θρασύμαχος καὶ Πρωταγόρας, τοῦτο τῇ Σαπφοῖ Γοργὼ καὶ Ἀνδρομέδα. Νῦν μὲν ἐπιτιμᾷ ταύταις, νῦν δὲ ἐλέγχει καὶ εἰρωνεύεται αὐτὰ ἐκεῖνα τὰ Σωκράτους.

CII.

Εὐδόξους (5) δὲ ἑταίρας καὶ ἐπὶ κάλλει διαφερούσας ἤνεγκε καὶ ἡ Ναύκρατις, Δωρίχαν τε, ἣν ἡ καλὴ Σαπφὼ ἐρωμένην γενομένην Χαράξου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτῆς κατέσκωπτο.

(1) *Scholiastes Apollonii Rhodii* ad lib. III. v. 26.

(2) *Scholiastes Apollonii Rhodii* ad lib. IV. v. 57.

(3) *Maximus Tyrius* Differt. VIII. pag. 94. ed. Davis.

(4) Sapphûs. Verum omnes se tam benignos huic non præbent. Sunt enim, qui eam τριβάδα fuisse arbitrantur. Et apud *Ovidium* quidem habemus confitentem ream in Heroidum Epist. XV. v. 17.

Vilis Anactorie, vilis mihi candida Cydno,
Non oculis grata est Atthis, ut ante, meis

Atque

XCIX.

Apollonius quidem Veneris filium Amorem esse tradit. Sappho autem terræ & cœli. At *Simonides* Veneris & Martis: *Pervicax puer Veneris dolum meditans, quem Marti fraudum machinatori peperit.* *Ibycus & Hesiodus* Amorem ex Chao ortum dicunt. In carminibus in Orpheum Saturni filius vocatur: *Postquam Saturnus Amorem & spiritus omnes genuit.*

C.

De amore Lunæ agit *Sappho* & *Nicander* libro secundo de Europa.

CI.

Sapphus vero (siquidem antiquiora cum recentioribus conferre fas est) quid est aliud quam amatoria ars *Socratis?* Videntur enim mihi idem spectare uterque; hic cum virorum, illa cum mulierum celebrat amorem. Uterque plurimos se amare fatetur, & ab omnibus formosis facillime capi. Quod enim Alcibiades illi & Charmides & Phædrus, hoc *Sapphoni* Lesbiæ Gyrinna, Atthis & Anactoria: & quod *Socrati* æmuli illi Prodicus, Gorgias, Thrasymachus & Protagoras, hoc *Sapphoni* Gorgo & Andromeda. Interdum namque increpat illas, interdum arguit, tum ubique urbana illa Socratis elucet dissimulatio.

CII.

Celebres quoque meretrices & insigni forma tulit Naucratis, Doricam, quam elegans *Sappho* Charaxi fratri suo, mercaturæ gratia Naucratin profecto na-

ve,

Atque alia centum, quas non sine crimine amavi.

Hinc *Suidas* in Σαπφώ Σίμων· Πρὸς ἃς (γυναῖκας) διαβολὴν ἔσχεν αἰσχρᾶς φιλίας. *Cum quibus turpem consuetudinem habuisse dicebatur, adeo ut eo nomine male audiret.* Ex nefaria hac ejus libidine explicandus est *Horatius* Epist. lib. I. epist. 19. v. 28.

Temperat Archilochi musam pede mascula Sappho.

Τριβάδες enim dictæ sunt, quæ cum mulieribus perinde ac viri rem habent. *Davisius.*

(5) *Athenæus* lib. XIII. pag. 596. B. Græca leguntur in *Stephani* Lyricis, pag. 422. In *Commelini* Lyricis & Corpore Poëtarum Genevensi non extant.

N 3 (6) Lib.

ἐμπορίαν εἰς τὴν Ναύκρατιν ἀπαίροντος, διὰ τῆς ποιήσεως διαβάλλει, ὡς πολλὰ τοῦ χαράξου νοσφισαμένην. Ἡρόδοτος (6) δ' αὐτὴν Ῥοδῶπιν καλεῖ, ἀγνοῶν, ὅτι ἑτέρα τῆς Δωρίκης ἐστὶν αὕτη, ἡ καὶ τοὺς περιβοήτους ὀβελίσκους (7) ἀναθεῖσα ἐν Δελφοῖς, ὧν μέμνηται Κρατῖνος διὰ τούτων, ... Εἰς δὲ τὴν Δωρίκαν τόδ' ἐποίησε τὸ ἐπίγραμμα Ποσείδιππος, καί τοι ἐν τῇ Αἰθιοπίᾳ πολλάκις αὐτῆς μνημονεύσας. Ἔστι δὲ τόδε·

Δωρίκα, ὀστέα μὲν σὰ πάλαι κοσμήσατο δεσμὸς (8)
 Χαίτης, ἥτε μύρων ἔμπνοος ἀμπεχένη.
Ἥποτε τὸν χαρίεντα περιστέλλουσα Χάραξον
 Σύγχρους (9) ὀρθρινῶν ἥψαο κισσυβίων.
Σαπφῶς αἱ δὲ μένουσι φίλης ἔτι καὶ μενέουσι
 Ὠιδῆς αἱ λευκαὶ (10) φθεγγόμεναι σελίδες
Οὔνομα σὸν μακαριστόν· (11) ὃ Ναύκρατις ὧδε φυλάξει,
 Ἔς τ' ἂν ἐπὶ Νείλου ναῦς ἔφαλος γεγόνῃ. (12)

CIII. *

Κἀγὼ (1) δὲ κατὰ τὴν Ἐπικράτους Ἀντιλαΐδα ἐρωτικὰ (2) μεμάθηκα ταῦτα παντελῶς Σαπφοῦς μέλη, ἢ τοῦ Κλεομένους Λαμινθίου.

CIV. *

Κλέαρχος (3) δ' ἐν δευτέρῳ Ἐρωτικῶν τὰ ἐρωτικά φησιν ᾄσματα καὶ τὰ Λοκρι-

(6) Lib. II. c. 135. v. infra num. CXXII.

(7) Verua ferrea, transfigendis & torrefaciendis bobus è decima parte bonorum suorum confecta. *Herodotus*: ὀβελοὺς βουπόρους. *Dalechampius.*

(8) *Editt.* vulgatæ: μὲν σ' ἁπαλὰ κοσμήσατο δεσμῶν. Priusquam defunctam comburerent, crinem secuerant, & postea in urnam, ubi asservatæ reliquiæ, conjecerant cum unguentis. *Casaubonus.*

(9) Vino nimirum, quod matutino jentaculo bibebatur, quia nocturna lucta & veneris exercitatione incaluisset ac ruberet. *Dalechampius.*

(10) Lætæ & hilares. *Dalechampius.*

(11) *Editt.* μακαριστὸν ὁ Ναύκρατις.

(12) *Editt.* ἐπὶ Νείλου ναῦς ἔφαλος γεγάνῃ.

(1) *Athenæus* lib. XIII. p. 605. E.

(2) Verba sunt ex fabula Epicratis *Antilaide*, quare ita debes distinguere:

ἐρω-

ve, dilectam, versibus suis proscindit, quod multa illum pecunia emunxisset. *Herodotus* eam Rhodopen vocat, ignarus aliam fuisse Rhodopen, quæ Delphis illa famosa verua dicavit, à Cratino memorata. *Posidippus* autem epigramma hoc de Dorica composuit, cujus sæpe in Æthiopia meminit. Est autem illud:

Dorica, ossa quidem tua pridem ornavit nodus
Comæ, & unguentorum spirans amictus;
Cum, gratiosum amplexata Charaxum,
Concolor matutina pocula contrectares.
Sapphus quidem suavis manent adhuc & manebunt
Versuum candidæ tabulæ, personantes
Beatissimum nomen tuum, quod Naucratis hîc servabit,
Donec naves secundo Nilo defluent in mare.

CIII.

Ego hercule, ut inquit *Epicrates* in Antilaïde, amatorios versus & *Sapphus* & *Cleomenis Lamynthii* prorsus memoria teneo.

CIV.

Clearchus autem libro secundo amatoriorum censet, amatorias cantiones &

——— ἐρωτικὰ
Μεμάθηκα ταῦτα παντελῶς Σαπφοῦς μέλη
Ἢ τοῦ Κλεομένους τοῦ Λαμυνθίου.

Sed quis iste poëta *Cleomenes*; & unde ille dictus *Lamynthius*? Ineptum censeam de Cleobulo Lyndio aliquid suspicari, etsi lyrica carmina eum fecisse scimus ex veteribus. Hoc igitur quia longius à vulgata lectione recedit, missum faciamus. Lego τοῦ Λαπηθίου. Lapethus vel Lapithus Cypri urbs fuit, inde est Λαπιθία νῦν apud *Diodorum Sic.* lib. XIX. atque ille scribit per ι, non per η, quomodo videtur etiam *Epicrates*. Nam articulus τοῦ non est in optimis libris. Notemus igitur de Cleomene poëta Ἐρωτικῶν, cujus rara admodum ac pene nulla in veterum scriptis mentio. *Athenæus* lib. XIV. pag. 638. D. ὁ τὰς εἰς Χιονίδην ἀναφερομένας ποιήσας Πτωχοὺς, Γνησίππου τινὸς μνημονεύει παιγνιογράφου τῆς ἱλαρᾶς μούσης, λέγων οὕτως· Ταῦτ᾽ οὐ μὰ Δία Γνήσιππος οὐδ᾽ ὁ Κλεομένης ἐν ἐννέα χορδαῖσι κατεγλυκάνατο. *Autor Mendicorum, quos Chionida adscribunt, Gnesippi cujusdam meminit, hilari musa ludicra scribentis his verbis:* Hæc per Jovem non Gnesippus, non Cleomenes Chordis novem edulcaverint. *Casaubonus.*

(3) *Athenæus* lib. XIV. p. 639. A.

(1) *Plu-*

Λοχρικὰ καλύμενα ὐδὲν τῶν Σαπφῦς καὶ Ἀνακρέοντος διαφέρειν.

CV. *

Τί δὲ; (1) ἐὰν ποιητικὴν πάλιν ἢ μιμητικὴν ἀποφαίνοντες, ὐχ ἑτέραν μὲν ἀνδρῶν, ἑτέραν δὲ γυναικῶν ὖσαν, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν τὰ Σαπφῦς μέλη τοῖς Ἀνακρέοντος, ἢ τὰ Σιβύλλης λόγια τοῖς Βάκιδος ἀντιπαραβάλλοιμεν, ἕξει τις αἰτιάσασθαι δικαίως τὴν ἀπόδειξιν, ὅτι χαίροντα καὶ τερπόμενον ἐπάγει τῇ πίστει τὸν ἀκροατήν; ὐδὲ τῦτο ἂν εἴποις.

CVI. *

Ὅτε (2) καὶ Σαπφῦς ἀναδεχομένης, καὶ τῶν Ἀνακρέοντος, ἐγώ μοι δοκῶ καταθέσθαι τὸ ποτήριον αἰδύμενος.

CVII. *

Οὐχ (3) ὁρᾷς [εἶπεν] ὅσην χάριν ἔχει τὰ Σαπφικὰ μέλη, κηλῦντα καὶ καταθέλγοντα τὺς ἀκροωμένυς;

CVIII. *

Τῦ (4) δὲ τῦ Ξανθίππυ πλησίον ἕστηκεν Ἀνακρέων ὁ Τήιος, πρῶτος μετὰ Σαπφὼ τὴν Λεσβίαν τὰ πολλὰ ὧν ἔγραψεν ἐρωτικὰ ποιήσας.

CXIX. *

Καὶ (5) ποιῦσι ἄσματα ὐ πολὺ τῆς Σαπφῦς ἀποδέοντα.

CX. *

Δεύτερον (6) δὲ καὶ τρίτον παράδειγμα, Θεανώ τε ἐκείνη, καὶ ἡ Λεσβία μελοποιὸς, καὶ Διοτίμα ἐπὶ ταύταις, ἡ μὲν, τὸ μεγαλόνυν, ἡ Θεανὼ, συμβαλλομένη εἰς τὴν γραφήν· ἡ Σαπφὼ δὲ, τὸ γλαφυρὸν τῆς προαιρέσεως· τῇ Διοτίμᾳ δὲ, ὐχ ἃ Σωκράτης

(1) *Plutarchus* ἐν γυναικῶν ἀρεταῖς Tom. II. Opp. p. 243. B.

(3) *Theocritus* Epithalam. Helen. v. 30. Ἠ κάπω Κυπάρισσος. Verſus iterum Ionicus, duobus conſtans ionicis ἀπ' ἐλάσσονος, dactylo & ſpondeo. Ego autem δὲ addidi poſt κυπάριττος, ad verſus complementum, & ſententiæ connexionem. Κυπάριττος ænigmatice pro, *haſta virilis*, vid. Γεωπονικῶν lib. XI. cap. 4. ita Poëta apud *Athen.* lib. IX. pag. 402. E. Βαῖν' ἐκ θαλάμων κυπαρισσοτρόφων. *Prodi ex thalamo cupreſſino.* vid. *Caſaubon.* pag. 687. An & proles maſcula, ἔρνος, germen humanum? κῆπος certe hic ut Virgilio Georg. III. v. 136. genitale arvum, de qua metaphora diximus ad *Euripidis* Iphigen. Taur. v. 3. & Cyclop. v. 168. *Diogenes Laertius* in Stilpone lib. II. ſegm. 116. Ἦ ἀνασύρας αὐτῆς τὸν κῆπον ἰθιάσαιο; *num ſublata palla ipſam inſpexerat?* Ita λειμὼν *Euripides* Cycl. v. 170. Ψαῦσαι χεροῖν λειμῶνος· *tangere manibus pratum.* Ita πεδίον *Ariſtophani*, νάπος & κῆπος *Heſychio*, Saltus *Plauto*, ut Pet. Dan. *Huetius* Demonſtr. Evang. f. 89. Ita mox not. 1277. Μανιάκηπον ἑταίρην. vid. *Suidam* in Μυσάχνη. *Daceria* proverbialiter & ænigmatice dictum vult pro ſero moriantur; quod cypariſſus ſit arbor longæva. At tum amborum hortus erat dicendus, non Myrillæ tantum. *Barneſius.*

Hoc eſt, eximia, qualis ipſa es, naſcatur tibi ex illa proles. Credibile eſt, Myrillam ea fuiſſe forma, qua & apud *Theocritum* Helena Idyll. 18. v. 28.

Ὧδε

CCV.

Ἀντιπάτρου (1) Σιδωνίου

εἰς Σαπφώ·

Σαπφώ τοι κεύθεις χθὼν Αἰολὶ, τὴν μετὰ Μούσαις
Ἀθανάταις (2) θνατὰν Μοῦσαν ἀειδομέναν,
Ἃν Κύπρις καὶ Ἔρως σὺν ἅμ' (3) ἔτραφον, ἧς μέτα Πειθὼ
Ἔπλεκ' ἀείζωον Πιερίδων στέφανον,

Ἑλλάδι

Ὧδε καὶ ἁ χρυσέα Ἑλένα διεφαίνετ' ἐν ἡμῖν
Πιείρη, μεγάλη, ἅτ' ἀνέδραμεν ὄγμος ἀρούρα.
Ἢ κάπῳ κυπάρισσος, ἢ ἅρματι Θεσσαλὸς ἵππος.

Sic & aurea Helena elucebat inter nos,
Valida, procera, quemadmodum procurrit sulcus in arvo
Aut in horto cupressus, aut in curru Thessalicus equus.

Barnesius putat κυπάριττον dici *Anacreonti* hastam virilem, & κῆπον genitale Myrillæ arvum, queriturque Fabri filiam versum istum accepisse minus recte de longævitate. Putasne intellecturam istas impuritates, quæ non sit ipsa μανιόκηπος ἑταίρη? Quis præter Professorem Græcum in animum induceret, liberali ingenio virum Copriam egisse in pudica materia? *Baxterus.*

Quid hoc? An inter præcipua fortunæ melioris dona cupressus in horto? Scis olim feralem fuisse arborem & nihil minus, quam læta portendisse. Sed hoc forte apud Latinos non apud Græcos. Geoponicôn Autor lib. XI. cap. 4. Διττὸν αἱ κυπάρισσοι ὄνομα ἔχουσι, χάριτες μὲν διὰ τέρψιν, κυπάρισσοι δὲ διὰ τὸ κυεῖν καὶ φύειν παρίσους τούς τε κλάδους καὶ τοὺς καρπούς· Ἐτεοκλέους δὲ αὗται καθεστήκασι παῖδες· ὑπορχούμεναι δὲ ταῖς θεαῖς, εἰς φρέαρ ἐξολισθοῦμεναι πίπτουσι· Γῆ δὲ ἐλεοῦσα τὸ πάθος φυτὰ εὐθαλῆ ὅμοια ταῖς κόραις ἀνῆκε, τέρψιν ἀνθρώποις καὶ μνήμην ἐπ' αὐταῖς ἐμποιοῦσα. *Cupressi duplex nomen habent, &* χάριτες *quidem appellantur ob delectationem,* κυπάρισσοι *vero, quod fere pariles gestent & producant tum ramos tum fructus. Eteoclis filia ha fuere. Saltantes autem ad amulationem dearum, in puteum extra choream evoluta delapsa sunt. Verum terra cladem ipsarum miserata plantas virides puellis similes produxit, jucunditatem hominibus & memoriam ipsarum inducens.* Pessime Interpres ibi: *Saltantes ad amulationem dearum* &c. Ὑπορχήματα sunt saltationes liberiores, quas Satyri & Bacchantes amant: inde ὑπορχεῖσθαι: Quod cum Eteoclis filiæ in honorem Dearum facerent, misellæ saltandi impetu abreptæ in puteum deciderunt, ibique suffocatæ sunt. Θεαὶ vix dubito, quin Ceres sit cum filia sua Proserpina, quæ κατ' ἐξοχὴν ita dictæ, sed hæc alias; Interpres balbutiit, ut vides. Quia igitur aspectus cupressi jucundus, saltem apud Græcos, an hic forte optat Poëta, ut in horto Stratoclis crescat cupressus? Hoc ita vivam, nimis leve, nec scopo autoris satisfacit. *Fabri filia* vitam diuturnam cupresso optari censet, quia arbor est longæva. Sed id longe petitum & ineptum, inprimis ubi σοῦ ἐνὶ κήπῳ adest. *Barnesius* facit, quod solet, & scribit, quæ ipse non intelligebat, credo. Ἢ κάπῳ κυπάρισσος in epithalamio Helenæ: Βαῖν' ἐκ θαλάμων κυπαρισσοτρόφων, vel, ut scribendum sine dubio est cum *Casaubono* κυπαρισσορόφων in Mnesimachi ῥήσει, quid ad locum hunc? Nugæ nugacissimæ, quas nemo effutiet sobrius. Illa ex Geoponicis jam adscripta quid etiam ad hastæ virilis allegoriam? Hercule ad talia nauseo. Locus est difficilis, & in quo aqua mihi hæret, quia nihil comminisci possum, quod cupressum hic commendet in horto. Visne suspicionem meam? dabo. De lecto conjugali sermo est in præcedenti versiculo, quem cum proti-

nus

CCV.

Antipatri Sidonii in Sapphonem.

Sapphonem claudis terra Æoli, quæ cluit una
Mortalis Musa, post reliquas decima.
Quam Cypris, quam eduxit amor, cum qua inclyta Pitho
Texuit æternas Pieridum violas;

Solamen

nus hicce excipiat, credo κῆπον non proprie sed figurate accipiendum esse revera. Sic autem hortus mariti non est intelligendus, sed hortus uxoris, ut solet vulgo, ubi ea metaphora utuntur Scriptores: Quo posito σεῦ & σέθεν non respiciunt Stratoclem sed Myrillam: Id autem cum non patiantur hodie græca, perquam probabile est, ne dicam certum, Amanuenses ea negligenter descripsisse more suo, & veram scripturam in præcedentibus etiam non extare. Quid plura? Cupressum minus felicem hinc abigo, & locum integrum sic scribo:

Ῥόδον ἀνθέων ἀνάσσει,
Ῥόδον ἔσ' ἐν κόραις. Μύριλλα·
Ἠέλιος τὰ σέθεν δέμνια φαίνοι·
Κυπαρίσκος πεφύκοι σεῦ ἐνὶ κήπῳ.

Hisce Myrillam alloquitur Poëta, ut præcedentibus allocutus fuerat Stratoclem: *Rosa floribus imperat: Rosa es inter puellas, Myrilla.* Sic σέθεν & σεῦ appositissime ad Myrillam se referunt: ἔσ' ἐν pro ἐσσι ἐν positum est. Id non intelligentes Scribæ, pinxerunt ἐὰν conjunctim; quod postea in ἐν mutatum: Nihil pronius: Ἠέλιος τὰ σέθεν δέμνια φαίνοι. Cum in lectum veneris, ibi non pernoctes modo, sed etiam eousque hæreas, donec sol eum omnibus radiis suis diurnis sese in ejus secreta insinuaverit, nec prius surgas: Notum est illud *Callimachi* de novis maritis apud *Olympiodorum* in meteora Aristotelis pag. 12. in fragmentis Callimachi à *Bentlejo* collectis num. 52. pag. 52.

Ἑσπέριον φιλέουσιν, ἀποστυγέουσιν ἑῷον.

Vespertinum amant, oderunt matutinum.

A quibus in partes plane contrarias abire solent novæ nuptæ, quæ si castæ sint & pudicæ, ἑσπέριον ἀποστυγέουσιν, ἑῷον φιλέουσι. Quid autem ex tam longo & suavi duello eventurum sperat? κυπαρίσκος πεφύκοι σεῦ ἐνὶ κήπῳ. *Masculus fœtus in horto tuo crescat;* κύπαρος glans est partis, qua viri sumus, & per metonymiam ponitur pro toto viro. *Hesychius* diserte: κύπαρος glans viri; inde diminutivum κυπαρίσκος, ut à τράγος, τραγίσκος, à στέφανος, στεφανίσκος, à σάτυρος, σατυρίσκος, & alia id genus multa. Et hoc commode glandulam denotat pueri tenelli, quem post novem lunas ex horto suo ederet mater. Quid ais? Nunc appositissima sunt hæcce. Boni Amanuenses vocem abstrusiorem non intelligebant, & pro ea pinxerunt aliam sibi notam, quæ hortum proprie dictum exornare poterat. De loco *Hesychii* plura alias. Pro φαίνοι & πεφύκοι σεῦ ἐνὶ κήπῳ, quæ *Stephanus* habet, *Prodromus* Gaulmini male φαίνει & πέφυκεν σῷ ἐνὶ κήπῳ. *Pauw* in Fragment. *Anacreon.* num. 65. pag. 294.

(1) Hoc epigramma à Dan. *Heinsio* editum est in Poëmatibus pag. 403. ed. Lugd. Bat. 1621. Ex Codice MSt *Uffenbachiano* idem carmen Vir Illustris *Steinhelius* mecum benevole communicavit.

(2) Recte in Codice Vaticano μετὰ μούσαις ἀθανάταις: certe qui ΜΟΥΣΑΝ ΑΘΑΝΑΤΑΝ in quarto casu accipiunt, errant; in genitivo ferri posset, sed syllaba AN toties repetita offendit. *Heinsius* edidit ἀθανάτοις (sic etiam legitur in Codice *Uffenbachiano*) alterum malim. *D'Orville.*

(3) In Codice *Vaticano* & *Uffenbachiano*

Ἑλλάδι μὲν τέρψιν, σοὶ δὲ κλέος ὦ τριέλικτον
Μοῖραι δινεῦσαι νῆμα κατ' ἠλακάτας,
Πῶς οὐκ ἐκλώσασθε πανάφθιτον ἦμαρ ἀοιδῷ,
Ἄφθιτα μνησαμένα (4) δῶρ' Ἑλικωνιάσι;

CCVI.

Χαῖρε (1) νύμφα, χαῖρε τίμιε γαμβρὲ πολλά.

CCVII.

Σαπφὼ (2) δ' Ἠρίννης ὅσσον μελέεσσιν ἀμείνων;
Ἤριννα Σαπφοῦς τόσσον ἐν ἑξαμέτροις.

CCVIII.

Μνάσασθαί (3) τινα φάμη καὶ ἕτερον ἀμμέων· πάνυ γὰρ καλῶς εἶπεν ἡ Σαπφώ.

CCIX.

Αἰολεῖς, (4) ἔγων βαρέως· Ἔγων δ' ἐμαυτῇ τοῦτο σύνοιδα· Σαπφώ.

CCX.

συνάμ' quæ lectio præstare videtur. *D' Orville.*

(4) In hac lectione, quæ etiam in Codice *Vaticano* reperitur, nihil duri vel obscuri, vulgo νησαμένα· quod forte quis deducat ἀπὸ τοῦ νῆσαι, σωρεῦσαι. Νησαμένα δῶρα ἄφθιτα, *quæ sibi non fragiles, sed æternas Musarum opes, carmina, congesserat & coacervarat, digna erat æternum vivere.* Apud *Hesychium* ἀπονησαμένη, ἀποσωρεύσασα. In *Anthologia* lib. III. cap. 25. num. 69.

Αἱ δ' ἀναρίθμητοι νεαρῶν σωρηδὸν ἀοιδῶν
Μυριάδες λήθῃ, ξεῖνε, μαραινόμεθα.

At vero innumera recentiorum coacervatim poëtarum
Myriades oblivione, o hospes, contabescimus. D' Orville.

In Codice *Uffenbachiano* μνησάμεναι, an νησάμεναι? *Steinhelius.*

(1) *Servius* ad *Virgilii* Georg. I. v. 31. *Generum pro marito positum multi accipiunt, juxta* Sappho, quæ in libro, qui inscribitur Ἐπιθαλάμια, ait: Χαῖρε κ. τ. λ. ἀντὶ τοῦ νυμφίε. Sic & *Pindarus* ἐν τοῖς Ἰσθμίοις.

Adscripta sunt ad pag. 17. Lyricorum F. *Ursini* post epigramma Τιμάδος κ.τ.λ. sequentia hæc manu

Solamen Græcis laudem tibi: at o ſua cunctis
Quæ triplici netis ſtamina dura colo.
Cur non æterna neviſtis tempora vati,
Munera quæ Muſis non peritura dedit?

CCVI.

Gaude ſponſa, gaude multum honorande ſponſe.

CCVII.

Sappho vero Erinnâ quanto in meliciis melior;
Erinna ipſâ Sappho tantum in hexametris.

CCVIII.

Fama mox noſtrum alterius memor ſit. Prorſus enim ita bene dixit *Sappho.*

CCIX.

Æoles dicunt ἔγων accentu in penultimam rejecto. Equidem mihi hujus conſcia ſum. *Sappho.*

CCX.

nu *Colomeſii:* *Servius* P. *Danielis* in *Virgilium:* *Sappho* inquit in libro, qui inſcribitur Ἐπιθαλάμιοι·

Χαῖρε δὲ νύμφα, χαῖρε τίμιε γαμβρέ.

Ticida hoc genere carminis hymenæon ſcripſit. *Sappho* non hymenæon, ſed epithalamion. *Servius* nondum excuſus: *Sappho*, inquit, in libro, qui inſcribitur, Ἐπιθαλάμιοι·

- - Χαῖρε δὲ νύμφα,
Χαῖρε τίμιε γαμβρέ.

Quod & ipſum eſt ejusdem generis metrum. *Scaliger* Caſtig. in Catull. pag. 55.

(2) *Anthologia* lib. I. cap. 67. num. 14. in epigrammate in Erinnam, ex quo hos verſus affert *Euſtathius* in Homeri Ιλ. β. pag. 247, 34. edit. Baſil.

(3) *Dio Chryſoſtomus* Orat. XXXVII. quæ inſcribitur Corinthiaca pag. 466. C. edit. Morell. quem locum allegat l. c. *Colomeſius*, qui etiam prima verba num. CLXVI. num. LXXVI. num. XL. not. 3. num. CXCVIII. num. CXCIX. & num. CCI. atque ad pag. 28. num. CLXXI. num. CLXXIX. & num. CXCIV. affert.

(4) Excerpta *Spanhemiana* ex Grammatica MSta *Apollonii Dyſcoli* ἐν τῷ περὶ τῆς ἐγὼ καὶ ἔγωγε.

(5) Ex-

CCX.

Ἐμέθεν (1) πυκνῶς αἱ χρήσεις παρὰ Αἰολεῦσιν·
Ἐμέθεν δ᾽ ἔχεσθα λάθαν, ἤ τινα
Ἄλλον ἄνθρωπον ἐμέθεν φίλησθα. (2)

CCXI.

Σοὶ (3) ἀττικῶς, Ἴωνες, Αἰολεῖς ὁμοίως· Σοὶ δ᾽ ἐγὼ λευκᾶς ἐπίδαμον (4) αἰγός. * Σαπφώ.

CCXII.

Αἰολεῖς (5) ὔμμες· Οὐδὲ μοι ὔμμες, ἄς θέλετε ὔμμε· δευτέρῳ Σαπφώ.

CCXIII.

Ἄμε (6) Δωριεῖς· Ἄδ᾽ ἀρ᾽ ἄμε ἐπλὰς, ἄμμε· Σαπφὼ α΄. Τινὲς δὲ ἀποκεκόφθαι φασὶν ἀπὸ τοῦ ἀμμίας καὶ ἀμέας.

CCXIV.

Αἰολεῖς (7) μετὰ τοῦ F πλεονοσυλλαβεῖν κατὰ πᾶσαν πτῶσιν καὶ γένος. Τὸν ἑὸν παῖδα καλεῖ Σαπφώ.

CCXV.

Αἰολεῖς (8) ἀμμέτερον καὶ ἄμμον, καὶ ὔμμον καὶ σφόν. Σαπφώ· Ἐμὲ τιμίαν ἐποίησαν ἔργα τὰ σφὰ, δοῖσαι· * ὑπὲρ δὲ τούτου ἀμὸς καὶ ὑμός κ. τ. λ.

CCXVI.

(1) Excerpta *Spanhemiana* ex *Apollonio* περὶ τῆς ἐμέθεν.

(2) Nomen non eſt adſcriptum, ſed verſus *Sapphus* eſſe videntur; in priore verſu MStum habet ἔχεις θαλαθαι. Verſus ſunt Sapphici. *La Croze.*

(3) Excerpta laudata περὶ τῆς ἐμοὶ, σοὶ, οἱ.

(2) Pro

CCX.

Ἐμέθεν ufus frequens apud Æoles:

Me autem oblivioni das, aut alium
Quendam hominem præ me amas.

CCXI.

Σοὶ attice, fimiliter Iones & Æoles. Tibi autem ego publicum albæ capræ.* *Sappho.*

CCXII.

Æoles dicunt ὔμμες. Non mihi eftis vos, quas vos effe vultis; libro fecundo *Sappho.*

CCXIII.

Ἄμι Dores. Hîc fane nos torres, nos inquam. *Sappho* lib. I. Nonnulli autem abfciffum effe dicunt ab ἀμμίας & ἀμίας.

CCXIV.

Æoles cum digammate F fyllabam addere folent per omnes cafus & genera. Τὸν ἑὸν παῖδα vocat *Sappho.*

CCXV.

Æoles ἀμμέτερον & ἄμμον, & ὔμμον & σφὸν· *Sappho:* Me honorabilem fecerunt opera veftra, dantes.* Præter hoc autem ἀμὸς & ὑμὸς &c.

CCXVI.

(4) Pro ἐπίδημον. *Sophocles:* ἐπίδαμον φάτιν *publicum rumorem.* MS. habet. ἐπίδωμον.

(5) Excerpta laudata περὶ πληθυντικῶν πρωτοτύπων· *de pluralibus primitivis.*

(6) Excerpta laudata περὶ τῆς ἡμᾶς.

(7) Excerpta laudata περὶ τῆς ὅς.

(8) Excerpta laudata περὶ τῆς ἡμέτερος, ὑμέτερος.

CCXVI.

Ἐίς (1) Σαπφώ, παρὰ τῶν Μυσῶν κοιμωμένην.

Ὀυκ ἄρα σοίγε ὀλίζον' ἐπὶ (2) κλέος ὤπασε Μοῖρα
Ἤματα, τῷ πρῶτον (3) φῶς ἴδες ἀελίω,
Σαπφοῖ, σοὶ γὰρ κῦδος ἐν ἁμῖν (4) ἄφθιτον ἔιμεν,
Σὺν δὲ πατὴρ πάντων νεῦσεν ἱεροφάραγος. (5)
Μέλψαι (6) δ' ἐν πάντεσσιν ἀοίδιμος ἀμερίοισιν,
Ὀυ δὲ κλυτᾶς φάμας ἔσσεαι ἠπεδανά·

Ἐγερθεῖσα δὲ Σαπφὼ ἔιπε τάδε·

Μ . . . (7) μάθες. θεῖος μοι ἐνύπνιον ἦλθεν ὄνειρος. (8)

(1) Hoc epigramma ineditum V. C. *D'Orville* mecum benevole communicavit, qui illud vocat ineptum, saltem valde corruptum, sed ad *Sappbus* res pertinens.

(2) Forte ἔτι *non aliis sed etiam tibi.* Suspicatus fui ita constituendos esse duos priores versus: Ὀυκ ἄρα σοίγε ὀλίζον' ἐπὶ κλέος κ. τ. λ. *D'Orville.*

(3) MS. habet: Ἤμαλι τῷ πρώτῳ.

(4) MS. σοὶ γὰρ κρίσιν ἐν ὔμεν· alius codex: σοὶ τὴν κρίσιν ἐνὶ μὲν· unum non sanius altero, nec medicum video, liberiori conjectura legi posset: σοὶ γὰρ κῦδος ἐν ἁμῖν. *D'Orville.*

(5) Forte

CCXVI.

In Sapphonem apud Mufas dormientem:

Non fane tibi paucos in gloriam dedit Parca
Dies, quando primum jubar Solis videbas,
Sappho, tibi enim gloria perennis in nobis fimus,
Simul autem pater omnium annuit elato collo.
Cantabis autem celebris omnibus diebus,
Neque inclyta fama eris deftituta.

Experrecta autem Sappho hæc dixit:

Mufa intellexifti, divinum mihi in fomnis contigit fomnium.

CCXVII.

(5) Forte ἐρισμάραγος, graviter tonans.

(6) Quid fibi vult μέλψαι? an pofuit pro μέλψαι & id pro μέλψῃ? *D'Orville.*

(7) Qui hanc appendicem commentus fuit, legit Μοῖσα non Μοῖρα. *D'Orville.*

(8) MS. habet: μάθες ὅς μοι ἐν ὕπνιον ἦλθεν ὄνειρος· fed verfus defcriptus eft ex Homeri Odyff. ξ. v. 495.

Κλῦτε φίλοι, θεῖός μοι ἐνύπνιον ἦλθεν ὄνειρος.

CCXVII. * (1)

Ignosco (2) tibi, Sapphicâ puella
Musâ (3) doctior.

CCXVIII. *

Quam (4) pæne furvæ (5) regna Proserpinæ, (6)
Et judicantem vidimus Æacum, (7)

Sedesque

(1) Hæc Autorum latinorum loca usque ad num. CCXXXIX. ab *Ursino* in fragmentisLyricorum græcis intermixta sunt.

(2) *Catullus* Carm. 36. v. 15. pag. 57. edit. *Grav.*

(3) *Sapphicam musam* vocat *Sappho* ipsam, quam Græci poëtæ, propter suavitatem versuum, decimam musam esse dixerunt. *Muretus.*

(4) *Horatius* Carm. II. Od. 13. v. 21. sqq.

(5) Quantulum afui ab inferis, i. e. à morte? *Furvum* (inquit *Festus*) nigrum vel atrum, hinc dicta sunt furnus, funus, furiæ, fuligo &c. *Lambinus.*

Furvum atrum seu nigrum dicebant veteres teste *Festo*. Unde & furtum dictum, si *Varroni* credimus, quod fures atra nocte facilius furentur; an recte? vid. *Gellium* lib. I. cap. 18. is enim græcum esse vult. JCti utramque nominis rationem afferunt, sed quicquid sit, idem quod Orco, ejus etiam conjugi Proserpinæ, epitheton convenit. *Flavam* tamen vocare licebit, quia fenis anni mensibus apud superos versari creditur. *Torrent.*

Funestæ, quasi funere & cæde gaudentis: furvus enim color tristis est, & aspectu ingratus, qualis est cruoris. *Cruquius.*

Ex *Varrone* fur dicitur ex eo, quod *furvum* atrum appellarint, & fures atra nocte facilius furentur. *Nonius Marcellus.*

Contra tamen de ea etymologia sentit A. *Gellius* lib. I. cap. 18. vultque deduci ab antiqua voce φὼρ, quanquam aptius forte furem à furvo i. e. nigro dici putarit vir excellentis doctrinæ, *Varro* scilicet, inquit ille ibid. *Desprez.*

(6) Quæ Orci uxor est vitæ & mortis arbitra. vid. *Horat.* Carm. I. od. 28. v. 20. & Virgil. Æn. VI. v. 397. *Lambinus.*

(7) *Plato* in Gorgia pag. 358. D. Opp. edit. Franc. de Æaco & Rhadamanto: ἑκάτερος δὲ ῥάβδον ἔχων δικάζει, *uterque virgam tenens jus dicit.* vid. Horat. lib. IV. od. 7. v. 21. *Lambinus.*

Æacum *Plutarchus* in Theseo Tom. I. Opp. pag. 5. A. Græcorum pietate & religione virum præstantissimum fuisse scribit. Fuit autem Jovis & Æginæ filius; à Poëtis fingitur inferorum janitor. *Lucian.* in Dial. Menippi & Æaci Tom. I. Opp. pag. 304. Ὀιδα ταῦτα, καί σε, ὅτι πυλωρεῖς. *Hac novi & te aditus custodem.* Primus enim in ingressu ad inferos judex erat, & per hunc damnatorum locum designat. *Cruquius.*

Ex eo quod *Plato* in Gorgia pag. 357. Opp. A. Rhadamantum Asianorum, Europæorum vero judicem Æacum scribit, inde convenientius hunc quam illum ab Horatio quidem Europæo nominari erudite nonnulli observarunt. Ego tamen crediderim respexisse potius nostrum poëtam ad id, quod lib de luctu Tom. II. Opp. pag. 300. *Lucianus* refert: πρὸς δὲ αὐτῇ τῇ καθόδῳ καὶ πύλῃ, οὔσῃ ἀδαμαντίνῃ, ἀδελφιδοῦς τοῦ βασιλέως Αἰακός ἐστι, τὴν φρουρὰν ἐπιτετραμμένος. *In ipso descensu portaque, quæ est adamantina, Æacus est, Regis patruelis, cui mandata est custodia.* Bene igitur *Horatius*, qui morti proximus fuerit, ait se prope salutasse Æacum, Orci janito-

Sedesque discretas (8) piorum &

Æoliis

janitorem, perinde ac judicem cum Minoë ac Rhadamanto, ob insignem justitiæ famam à Plutone constitutum. *Desprez.*

(8) Campum elysium, de quo sic *Homerus* Odyss. δ. v. 563.

Ἀλλά σ' ἐς Ἠλύσιον πεδίον καὶ πείρατα γαίης
Ἀθάνατοι πέμψουσιν, ὅθι ξανθὸς Ῥαδάμανθυς.

Sed te in Elysium campum & fines terræ
Immortales mittent, ubi flavus Rhadamanthus est.

& *Virgilius* Æn. V. v. 733.

- - - - non me impia namque
Tartara habent, tristes umbræ; sed amœna piorum
Concilia, Elysiumque colo.

Discriptas autem excudendum curavi, libros septem veteres secutus, in quibus omnibus ita legitur; nisi quod in uno & altero legitur *descriptas*. *Discriptas* autem i. e. διατεταγμένας, dispositas, digestas, distributas. Sic Epist. ad Pison. v. 86.

Discriptas servare vices, operumque colores
Cur ego, si nequeo ignoroque, poëta salutor?

Putant tamen quidam ferri posse *discretas*. Est enim vox latina & bonis scriptoribus usitata. *Lucretius* lib. V. v. 1440.

Et divisa colebatur discretaque tellus.

quanquam ibi legendum potius est: *discriptaque tellus*, ut habent libri nonnulli veteres. *Lambinus.*

Lambinus, secunda editione, *discriptas*; septem, ut ait, libros veteres secutus, qui sic omnes habebant, excepto uno atque altero, in quibus *descriptas* legebatur. Quod si ita est, cur igitur ejus lectionis nulla in priore editione fit mentio? An tunc forte *discretas* ubique invenerat, quod postea in *descriptas* vel *discriptas* mutatum sit? Verum hoc *Lambini* tam manifestum mendacium Oberti *Gifanii* in *Lucretium* index extorsit. Is enim *descriptas* hic legendum censuit, unicum tantum citans codicem, in quo tamen supra scriptum fuerat *vel discretas*. Explicat etiam verbum *describere* pro partiri, ac suum cuique locum regionemque attribuere, ut in illo *Virgilii* versu Ecl. III. v. 41.

Descripsit radio totum qui gentibus orbem.

Locum etiam *Ovidii* restituit lib. I. Metam. v. 69.

Vix ita limitibus descripserat omnia certis.

pro *discreverat*, ut ante legebatur. Et sic quidem ille. Ego tamen quod in multo pluribus ac melioribus, quam unquam *Lambinus* viderit, codicibus repperi, verbum *discretas* servandum arbitror. Quo non tam distincta inter se ac separata piorum concilia significare voluit *Horatius*, quam universum Elysium longe ab illa sede remotum, quam eleganti vocabulo sceleratam appellat *Tibullus* lib. I. eleg. 3. v. 67.

At scelerata jacet sedes in nocte profunda
Abdita, quam circum flumina nigra sonant.

Cui sententiæ explicandæ verbum *describere* minus convenit; nec scio, quare *discernere* suo loco positum non æque placere debeat. Quanquam tamen non negaverim Poëtam verbo *secernere* libentius usum videri; ut Epod. XVI. v. 63.

Jupiter illa pia secrevit littora genti.

& Carm. I. Od. I. v. 32.

Secernunt populo.

& Carm. III. Od. 3. v. 47.

Secernit Europen ab Afro.

ut

Æoliis fidibus (9) querentem
Sappho puellis de popularibus. (10)

CCXIX. *

ut hic quoque *secretas* dicturus fuerit, nisi κακοφωνίαν repetitæ syllabæ evitare voluisset. Sic enim *Virgilius* Æn. VIII. v. 670.

Secretosque pios: his dantem jura Catonem.
Torrentius.

Signat campos Elysios. *Hesychio* quasi οὐ λύσιον, ὅπου οὐ διαλύονται ἀπὸ τῶν σωμάτων αἱ ψυχαί· i. e. *ubi non liberantur à corporibus animæ.* *Virgilio* Æn. VI. v. 639. *amœna vireta fortunatorum nemorum.* *Discriptas* habent 2. Codd. *Bland.* alter pure, alter cum litura. *Mart. descriptas*; alii omnes *discretas*; judicet lector; ego *discriptas* servandum puto. *Cruquius.*

Legunt alii *discriptas*, alii *descriptas*, i. e. assignatas ac notatas; discretas habent tamen optimi Codices; & vox illa pulchrum sane ac nobilem sensum efficit, ut boni designentur à reliquis & à vulgo segregati. *Desprez.*

Discretas nostri omnes præter unum ex recentissimis in Collegio Regio, quem vocant *Bembinum*, atque is habet *descriptas*; sicut & *Lambini* aliquot & *Cruquii* & aliorum. Et posterior quidem lectio placuit *Gifanio* in indice ad Lucretium, quin etiam in ipsum textum receperunt *Lambinus Cruquiusque.* Equidem non inficior recte & latine dici, sedes *descriptas*, ut *Cicero*: describere partes urbis, regionem, jugera: & *Tacitus* Annal. IX. 19. *Et natio Frisiorum consedit apud agros à Corbulone descriptos.* *Sidonius* Carm. II. v. 412.

Halant rura rosis, indescriptosque per agros
Fragrat odor.

Omnino tamen melius est, ut cum majore Codicum parte & vetustis editionibus legamus *discretas sedes*, sive separatas, remotas à sedibus & contagione impiorum. Majus hoc utique est, quam si descriptas tantum dixeris, hoc est, certis finibus constitutas, & positis terminis ab impiorum sedibus divisas: sic enim nihilominus alteræ alteras | contingere & communem inter se limitem habere poterant: vel illud potius notaverit τὸ descriptas: nempe inter ipsos pios singulorum sedes descriptas & definitas esse, ne alter alterius limites transiliat. Quorum neutrum hic admittendum. Recte itaque *discretas.* *Claudian.* in Rufin. II. v. 477.

- - - quæsitor in alto
Conspicuus solio pertentat crimina Minos,
Et justis dirimit sontes.

Virgilius Culice v. 374.
Et vastum Phlegethonta pati, quo maxima Minos
Conscelerata pia discernit vincula sede.

Statius Theb. IV. v. 524.

Et Styx discretis interfluа manibus obstat.

Denique *Lactantius* ex hoc ipso *Horatii* loco Divin. Institt. VII. 7. Esse inferos Zenon Stoicus docuit, & sedes piorum ab impiis esse discretas. *Bentlejus.*

(9) Sic Æolium carmen lib. III. od. 30. v. 13. & lib. IV. od. 3. v. 12. *Æolis* enim dicta, quæ ante *Mysia*, teste *Plinio*, minoris Asiæ regio notissima, à Troade ad Ionium extensa. Cui Lesbos adjacens, non solum urbibus olim Æolicis, sed & universæ Troadi dicitur imperasse. Idem ergo *Æolium carmen*, quod *Lesbium*, uti & *Æolium plectrum* & *Æoliam lyram* Propertius & Ovidius dixerunt. Bene autem *Horatius Alcæum* & *Sapphonem*, lyrici carminis Principes, ipse Lyricus in Elysio collocavit. *Torrentius.*

Æolica nempe dialecto usa est Sappho. Æolii quidem Græciæ populi, cum eam Asiæ minoris regionem, quæ antea Mysia dicebatur, invasissent, quasdam insuper Lesbi insulæ temere civitates, ac inprimis aliarum caput Mitylenem Sapphus patriam. vid. *Horatium* lib. IV. Od. 9. v. 12. & *Ovidium* Epist. XV. Heroïd. v. 200. *Desprez.*

(10) Querentem de puellis Lesbiis, vel quod illæ

CCXIX. *

Nec (1) si quid olim lusit (2) Anacreon,
Delevit ætas, (3) spirat adhuc amor,
Vivuntque commissi (4) calores (5)

Æoliæ

illæ se ad turpem amorem impulissent, vel quod sibi in amore non responderent. *Lambinus.*

Lesbiis scilicet, vel quod Phaoni, quem ipsa perdite amabat, adhærebant, vel quod eas turpiter amanti non obsequerentur. v. *Ovid.* Epist. XV. Heroid. v. 201. *Torrentius.*

Lesbiis Eressiis; nimirum quod sibi in amore non responderent. Nam post mortem Cercolæ mariti, tanta infamia promiscue nunc pueros arsit nunc puellas, ut vulgo Tribas sit nominata, quo nomine quoque ab Horatio masculam dictam credo. Fuere autem puellæ ab ea adamatæ tres, auctore *Suida*, Atthis, Telesilla & Megara; sed plures ab aliis recitantur, Pyrino, Mnais, Anactorie, Cydno, Cyrene &c. *Cruquius.*

(1) *Horatius* Carm. IV. Od. 9. v. 9.

(2) Teïus vid. Horat. lib. I. Od. 17. v. 18. *& fide Teia dices laborantes in uno* &c. Lusit autem, quia res leves & amatorias scripsit. Sic *Virgilius* in Tityro Ecl. I. v. 10. *ludere quæ vellem.* *Horatius* lib. I. Sat. 4. v. 139. *ubi quid datur oti, illudo chartis.* Lambinus.

Vere lusit; nam & materia omnis illius poëtæ ludicra ac pæne ridicula est, eamque tanta facilitate ac securitate tractat, ut potius quidvis aliud agere quam versus scribere videatur. Quare Epod. XIV. v. 12. *non elaboratum ad pedem* eum cecinisse ait. Bene igitur etiam *Ovidius* lib. II. Trist. el. I. v. 363.

Quid nisi cum multo Venerem confundere vino
Præcepit Lyrici Teia Musa senis?

Græci hujusmodi lusus παίγνια vocant, & scriptores ipsos παιγνιογράφους, inter quos vel præcipuus *Anacreon.* Torrentius.

(3) Fuit hic Teïus ex urbe Teio in media Ionia, quare dialecto ionica usus est, cujus tota poësis est amatoria. Ejus statua describitur à *Pausania* in Atticis cap. 25. ebrio simillima. Habitus ejus, inquit, in Attica, est veluti hominis per ebrietatem cantantis. Vixit Olymp. circiter LXI. ut habet *Eusebius* in Chronico. *Cruquius.*

Lusit, inquit proprie *Horatius*: is enim amatoria præcipue scripsit, Ionicam secutus dialectum, quippe in media natus Ionia, Teo civitate. Floruit ante Christum annis prope D. Ex *Suida*, scripsit vitiosa carmina, jambos, item quosdam versus metri peculiaris, qui ab eo Anacreontici nuncupati sunt. Hos venustos, dulces ac lepidissimos appellat *Gellius* lib. XIX. 9.

(4) Amor, [inquit] quem Lesbia puella *Sappho* suis politissimis & eruditissimis versibus lyricis mandavit & commisit, nondum oblivione hominum sepultus est. Quanquam hujus Poëtriæ versus nobis eripuit vetustas. Extant tantum quædam eorum fragmenta pauca, ac minuta, & de ea Græcorum Latinorumque Scriptorum testimonia, quibus illius memoria ab hominum oblivione vindicatur. *Lambinus.*

Quos Sappho versibus suis commendare digna- ta est; ut *committere* idem sit, quod credere. Sic enim alibi de *Lucilio* Serm. II. Satyr. 1. v. 30.

Ille velut fidis arcana sodalibus olim
Credebat libris.

Sensus igitur horum verborum est: & ipsius *Sapphus* & quorumcunque aliorum amores spirare adhuc & vivere mulieris unius beneficio, quæ immortali carmine eos celebravit. Possimus etiam *commissos calores* interpretari certamina illa amantium, qui inter se contendebant; ut *musicas scenicasque commissiones* dicimus, quibus Musici

Æoliæ fidibus puellæ.

CCXX. *

Temperat (1) Archilochi Musam (2) pede mascula (3) *Sappho*, (4)
Temperat Alcæus, sed rebus & ordine dispar.

CCXXI. *

sici & histriones commissi inter se certabant; & in antiquissimo quodam libro COMMISSORES LVDI MATVTINI legisse memini, pro iis, qui gladiatorum commissionibus præerant. Verum de hoc vocabulo plura in Suetonium notavi, & alioqui prior expositio magis placet. *Torrentius.*

(5) Amores. *Noster* Od. XI. hujus libri v. 33. *Non enim posthac alia calebo fœmina.* Lambinus.

(1) *Horatius* lib. I. Epist. 19. v. 28.

(2) id est: Sapphica carmina quæ scripsi in libris carminum seu odarum ad exemplum *Sapphonis:* & Alcaïca, quæ ad *Alcæi*, temperant *Archilochi* jambos nimis acreis & contumeliosos, quibus usus sum in libro *Epodon.* Lambinus.

Archilochi musam pro Archilochum ipsum, quem non ita se imitari ait, quin *Alcæum* & *Sapphonem* admisceat; ut ex carminum libris apparet. Plurima enim Alcaïca & Sapphica. *Torrentius.*

(3) Vel quod ita puellas amaret, ut solent viri, quodque cum eis tanquam mas, rem haberet: vel quod ingenio masculo fuerit in eo, quod venustissimos & politissimos versus scripserit, neque in lanificio aliarum mulierum more ætatem consumserit, aut operam posuerit; vel quod animo forti ac virili fuerit in eo, quod se è petra Leucade præcipitem in mare dejicere ausa sit, quod magis placet *Turnebo*, mihi non item. Puto enim masculam dici ob id potius, quod virilia & magis digna, non muliebria studia coluerit ac tractarit. *Lambinus.*

Quod de Leucadia petra desiluisset *Sappho*, *masculam* vocant Poëtæ, nam id mortis genus animum virilem videbatur requirere. *Barthius* Advers. XXXII. 14. pag. 1489.

(4) *Sapho* scribunt vetustissimi codices. Neque ob masculam libidinem, sed ob virilem animum hoc poëtriæ epithetum datum esse crediderim, cujus tamen ambiguitas *Horatii* ingenium demonstrat. *Torrentius.*

Quid hæc sibi volunt? In partes hic discedunt Interpretes, quorum alii sic accipiunt: Miscemus Pariis Jambis Alcaïca & Sapphica; sive, præter Epodon librum etiam & carminum libros edidimus. Alii autem sic: In ipsis Epodis acerbitatem & fel *Archilochi* cum Alcæi & Sapphus lenitate temperamus. Quarum sententiarum si utramvis amplectaris, eo res veniet, ut in versu sequente pro *sed*, cui nihil loci relictum erit, *et* necessario reponendum sit. *Temperat Alcæus & rebus & ordine dispar.* Et fuit profecto, eum ipse priori sententiæ addictus sic emendandum arbitrarer: levis enim mutatio fuerit, *&* pro *set*, [ut olim scribebant] præsertim cum S litera à verbo præcedente posset absorberi: syllaba vero brevis recte sustineretur ratione cæsuræ. Sed re & verbis accuratius æstimatis, neutram ex his enarrationibus recto talo stare posse continuo deprehendi. Qualis enim, amabo, hæc excusatio est? Noli, inquit, id mihi vitio vertere, quod *Archilochi* numeros non mutaverim. Cur sodes? Quia alia opuscula numeris Alcaïcis & Sapphicis postea confeci. Hoc quo valeat, nullus video, aut quomodo illorum, si qua est, pravitas horum bonitate excusetur. Immo sic potius me defendam; Ideo numeros non mutavi, quia in Epodis virus & rabiem *Archilochi* Alcaïcæ humanitatis condimento mitigavi. Atqui hoc & falsum est, & causæ inimicum; falsum, quia in Epodis *animos* Archilochi te secutum profiteris, & hoc suo malo senserunt Canidia, Mena, Cassius Severus aliique: causæ autem ideo nocet, quia tanto hercle magis immutandi erant numeri, si acerbitas, numeris fere istis propria à chartis exsulabat. Sentis jam, opinor, neutram ex his interpretationibus posse constare. Quid igitur fiet?

fiet? Enimvero & ex ipsius argumentationis vi & ex vocum ordine ac constructione veram tandem sententiam cruebam. Quippe hæc series est orationis. *Sappho musam temperas pede Archilochi*, non ut vulgo accipiunt: *Sappho musam Archilochi temperat pede*. Ceterum hanc vocum ordinationem lege versus & collocationis norma flagitari, nemo, uti credo, præter Poëtas aut in Poëtis versatissimos agnoscet; illud quivis mox fatebitur sensum ipsum hanc vocabulorum seriem clare dictare. Quippe hæc totius loci sententia est. Ne mireris, inquit, aut queraris, quod numeros *Archilochi* non mutaverim, scias & *Sapphonem* & *Alcaeum* [quos Poëtas!] *musam suam illius pede temperare*; scias utrumque Archilocheos numeros suis Lyricis immiscere. Quos igitur illi tantopere probabant, egone ut fastidirem & repudiarem? Justam jam habes defensionem & caussam vincibilem atque optimam. Pedem itaque hic versiculum integrum intellige; ut Carm. IV. Od. 6. v. 35.

Lesbium servate pedem, meique
Pollicis ictum.

Pes ibi Lesbius est integer Tetracolos; & in Arte Poët. v. 80.

Archilochum proprio rabies armavit Jambo;
Hunc socci cepere pedem, grandesque cothurni.

Non simplicem pedem hic accipe, sed totum senarium. Jam vero rem sic se habere & Lyricos istos adoptasse numeros *Archilochi* res ipsa fidem tibi faciet: neque enim id, opinor, ignoras, hunc illis omnibus ætate multo priorem fuisse; neque id quoque, nullum metri genus, quod in Flacci carminibus habetur, non à biga illa Lyricorum petitum esse. Iste igitur, qui hexametro subjicitur, Carm. IV. od. 7. v. 2.

Arboribusque coma.

Archilocheus versus erat, teste *Hephaestionis Scholiaste* pag. 89, 26.

Ἐν δὲ Βατυσιάδης.

& alter itidem Carm. I. od. 7. v. 2. hexametro etiam succinens:

Aut Ephesum bimarisve Corinthi.

ejusdem erat, teste eodem *Scholiaste* l. c.

Φαινόμενον κακὸν οἰκάδ' ἄγεσθαι.

Apparens malum domum duci.

& ille denique Carm. I. od. 4. v. 1. ab eodem petitus est:

Solvitur acris hiems grata vice Veris & Favoni.

Scholiastes Hephaestionis l. c.

Οὐκ ἔθ' ὁμῶς θάλλεις ἁπαλὸν χρόα, κάρφεται γὰρ ἤδη.

Non amplius tamen flores tenero corpore, aresit enim jam.

Atque hæc quidem ex pauculis *Archilochi* fragmentis agnoscuntur, plura fortassis futura, si plura ejus hodie extarent. Musam itaque, ut jam vides, Archilochi pede & Sappho temperat, &

Temperat Alcaeus, sed rebus & ordine dispar.

ubi recte habet τὸ *sed*, si hanc nostram interpretationem sequeris; in aliis turbat & sensum evertit. *Numeros* quidem adhibet, sed argumento & ordine dispar est. Quid autem, rogo vos, per *ordinem* hic denotatur? Ne per somnium quidem viderunt hoc commentatores. Adscivit, inquit, *Alcaeus* metra quædam *Archilochi*; sed *ordine* variavit, sed aliis, ac ille fecerat, metris aptavit ea & connexuit; ut dactylicum illud *Arboribusque coma* cum hexametro junxit *Alcaeus*:

Diffugere nives redeunt jam gramina campis
Arboribusque coma.

At eundem jambo comitem dedit *Archilochus* in *Stephani* Lyricis pag. 426.

Εὖτε πρὸς ἄεθλα δῆμος ἠθροίζετο
Ἐν δὲ Βατυσιάδης.

Quando ad certamina populus congregabatur,
In his vero Batusiades.

 &

CCXXI. *

Quid (1) nisi cum multo Venerem confundere vino,
Præcepit Lyrici *Teïa* Musa senis? (2)
Lesbia quid docuit *Sappho*, nisi amare puellas?
Tuta tamen *Sappho*, tutus & ille fuit.

CCXXII. *

Nota (3) sit & Sappho, quid enim lascivius illa?
Cuive pater (4) vafri luditur arte Getæ.

CCXXIII. *

& apud *Ammonium* περὶ ὁμοίων καὶ διαφόρων λέξεων voce αἶνος:

Ἐρέω τιν' ὑμῖν αἶνον, ὦ Κηρυκίδη,
Ἀχνυμένη σκυτάλη.

Narro quandam vobis fabulam, o Cerycide,
Mærens serpens.

Hoc opinor illud est, quod Alcæum *ordine dispare* Archilocho facit, etiam cum numeros ejus mutuos sumeret. *Bentlejus.*

(1) *Ovidius* Tristium lib. II. v. 363.

(2) unde lib. III. de Arte amandi v. 330. *Anacreonta* ipsum vocat vinosum:

Sit quoque vinosi Teia Musa senis.

Valerius & *Plinius* tradunt *Anacreonta* acino uvæ passæ suffocatum, quinque & octoginta annos natum. *Ciofan.*

Venerem perfundere MS. Bersm. Post hoc distichon in Puteaneo & nonnullis aliis legebatur in margine adscriptum:

Alcæus ingentes movit præceptor amores,
Alcæus ipse tamen transit in urbe sua.

Quæ *Heinsius* eredit ex *Ciceronis* Tuscul. IV. 33. à sciolo quodam repetita, ubi *Alcæus* de juvenum amoribus scripsisse dicitur, & *Anacreonti* jungitur, & veteres Lyricos nonnisi amatoria scripsisse dicit *Pindarus* Isthm. II. init. ubi *Schol. Alcæum*, *Ibycum* & *Anacreonta* conjungit, qui cum rogaretur, cur non hymnos in Deos potius quam pueros scriberet? respondit: ὅτι ἡμῶν θεοί εἰσιν· quare & in hoc spurio versu pro *Alcæus* forte, *Ibycus* legi deberet; & versu secundo: *mansit in urbe sua.* Ceterum ipsum *Anacreontem* fuisse sobrium & temperantem, cum laudes vini & ebrietatis caneret, docet *Athenæus* X. 7. *Burmannus.*

(3) *Ovidius* lib. III. *Artis amator.* v. 331.

(4) *Terentium* intelligunt interpretes, sed ego *Menandrum* melius Græcis poëtis jungi puto, ut & lib. II. Trist. v. 369. Græcis fere iisdem additur: ubi etiam Romæ pueris virginibusque legi solere prodit noster Poëta, ceterum codex Moreti habebat: *Quaque Pater Naphia*, quod quid monstri abscondat, nescio. Apud Ausonium in Technopægnio v. 22.

Barbarus est Lydus, Pellax Geta, femineus Phryx.

Ita enim legi docet *Vinetus*, & in comœdiis feros Getas induci. *Pellax* enim est vafer, ut idem in Epitaphiis Epigr. XII. Ulixem *pellacem* vocat, exemplo *Virgilii* lib. II. Æn. v. 90. *Vafri Getæ* in uno erat Heinsii, sed *vafri* retinendum; apposite *Propertius* lib. IV. El. 5. v. 43.

Sed potius mundi Thais pretiosa Menandri,
Quum ferit astutos comica mœcha Getas.

Qui

CCXXIII. *

Me (1) certe Sappho (2) meliorem fecit amicæ;
Nec rigidos mores Teïa Musa dedit.

CCXXIV. *

Stesichorusque (3) ferox, (4) saltusque ingressa viriles,
Non formidata temeraria Leucade (5) Sappho.

CCXXV. *

Lesbia (6) Pieriis (7) Sappho soror addita Musis,
Εἰμ' ἐνάτη (8) Λυρικῶν, Ἀονίδων δεκάτη. (9)

CCXXVI. *

Qui locus & hunc de *Menandro* capi debere ostendit, & egregia luce à *Bronckhusio* perfunditur; à quo tamen si discedere fas est, mallem *mundum* Menandrum dici à sermonis elegantia; ut infra v. 479. munda verba. *Burmannus.*

(1) *Ovidius* in Remediis amoris v. 761.

(2) Francofurtensis, *meque mea Sappho.*

(3) *Statius* Sylv. V. Carm. 3. v. 154.

(4) Quippe qui epici carminis onera homerica lyra sua sustinuerit, neque modum in magnificis dictis tenuerit, alioquin ipsi *Homero* conferendus, nunc redundantior, atque effusior. Quod est de eo *Quintiliani* judicium. *Barthius.*

(5) à Leucate petra saltu se in mare dejecit, ut perdito amore liberaretur; Eam audaciam cum habuisset nulla eatenus mulier, viris pluribus sic libidine ardentissima liberatis, *mascula* vocata est, & *temeraria* Papinio perhibetur. Utrum autem perierit eo saltu, quod pluribus contigit, an evaserit, nescitur. De tota re vide Jos. *Scaligerum*, magnum seculi sui Musageten, Ausonianarum Lectionum lib. II. cap. 18. item ad Cirin Virgilio adscriptam pag. 69. Adr. *Turnebum* Adverf. lib. X. cap. 2. Nos lib. XXXII. cap. 14. *Jo. Meursium* ad *Hesychium Illustr.* pag. 194. Fuisse profundæ altitudinis saltum ostendit dictum Laconis, qui se desulturum voverat, & recessit, cum rem coram cerneret. vid. *Plutarch.* in Apophtegm. Lacon. Tom. II. Opp. pag. 236. D. *Barthius.*

(6) *Ausonius* Epigr. XXXII.

Lesbia à Lesbo maris Ægei insula, Troadi adjacente, unde Lesbium carmen in Ephemeride & Lesbius Pittacus in ludo Sapientum, & Lesbiacæ sagittæ in Cupidine cruci affixo. Alia Lesbia in Epigr. CXIV. *Vinetus.*

(7) à Pieria regione amœnissima & urbe in Thessalia s. Macedonia. *Sapphones* autem duas facit *Suidas*, ambas Lesbias, alteram hanc poëtriam, quæ floruerit, quo tempore *Alcaus*, *Stesichorus* & septem illi Sapientes. De altera in Epigramma XCII. & in Cupidine cruci affixo. *Vinetus.*

A Pieridibus Pieri filiabus, quas cantu vicerunt Mysæ, & in picas mutarunt, dictas Musas Pierias innuit *Ovidius.*

Alii à Piero vel Pieria monte & regione Thessaliæ, vel [ut alii volunt] Macedoniæ, ubi Musas natas existimant. vid. *Phædrum* in præf. lib. III. Fabul. *Floridus.*

(8) Ἐς ἐνάτη h. e. *es nona Lyricorum*, *Aonidum decima.* Ita habuit exemplar Parisiense. Alia εἰμ' ἐνάτη i. e. *sum nona.* Adeo autem præstans

CCXXVI. *

Æolicum (1) ex iſto genuit doctiſſima *Sappho.*

CCXXVII. *

Ariſtoxeni (2) ſententia eſt. Ille enim in ſuis ſcriptis oſtendit, *Sapphonem* & *Alcæum* volumina ſua loco ſodalium habuiſſe.

CCXXVIII. *

Et (3) hic fabulæ ordinem vertit, quæ talis eſt: Prometheus, Japeti & Clymenes filius, poſt factos à ſe homines dicitur auxilio Minervæ cœlum aſcendiſſe & adhibita ferula ad rotam Solis ignem furatus, quem hominibus indicavit. Ob quam cauſam irati Dii duo mala immiſerunt terris, febres & morbos; ſicut & *Sappho* & *Heſiodus* memorant.

CCXXIX. *

Fecere (4) tamen & alii talia: & [ſi vos ignoratis] apud Græcos Teïus (5) quidam,

præſtans fuit poëtria *Sappho* [ab ea & Sapphicum carmen nominatum] ut non ſolum inter græcos lyricos poëtas nona habita ſit, ſed etiam decimi loci honorem fœmina inter Deas Aonides meruerit. Dicuntur Aonides Muſæ ab Aonia regione Bœotiæ, autore *Stephano*, quam credebantur incolere. Idem patronymicum in ultimo verſu epiſtolæ XXIV. & alibi. Ceterum Lyrici illi ſunt Pindarus, Simonides, Steſichorus, Ibycus, Alcman, Bacchylides, Anacreon, Alcæus cum *Sappho*, quibus ut decem ſint, Corinnam poëtriam addit Lycophronis interpres. De his omnibus multa in epigrammatibus Græcis. *Sapphus* autem ſcripta recenſet *Suidas*, quæ interciderunt. *Vinetus.*

(9) Epigrammata *Platonis*, *Antipatri Sidonii* & incerti Autoris in hanc rem vid. ſupra num. CXLIV. CXLV. & CLII.

(1) *Terentianus Maurus* de metris, ubi docet, æolicum carmen Sapphicum pentametrum qui fiat, pag. 2431. Autorum ant. Grammaticæ lat. *El. Putſchii.*

(2) Hæc affert *Urſinus* pag. 23. ex *Porphyrione* in *Horatii* Serm. II. Sat. 1. v. 30. *Velut fidis arcana ſodalibus* &c. In *Horatii* Operibus cum Commentariis XL. Grammaticorum Baſ. 1580. fol. verba *Porphyrionis* hæc ſunt pag. 1881. Velut] *Ille enim* (Lucilius) *in ſuis ſcriptis oſtendit Sapphonis & Alcæi volumina ſe loco ſodalium habuiſſe.* *Acron* autem in hunc locum *Horatii* ibid. pag. 1877. ait: *Hoc Lucilius ex Anacreonte Græco traxit, & Alcæo Lyricis, quos ait Ariſtoxenes libris propriis vice amicorum uſos eſſe. Dicitur enim vitam ſuam ſcripſiſſe & non ſibi peperciſſe.*

(3) *Servius* in Virgilii Ecl. VI. v. 42.

(4) *Apulejus* in Apologia p. 412, 11. Operum ed. *Floridi* in uſum Delphini.

(5) *Anacreon* ex Teïo urbe Ioniæ oriundus. *Floridus.*

(6) Non

quidam, & Lacedæmonius, (6) & Ceus, (7) cum aliis innumeris; etiam mulier Lesbia, (8) lascivè illa quidem, tantaque gratia, ut nobis insolentiam linguæ suæ dulcedine carminum commendet. (9)

CCXXX. *

Venio (1) nunc ad hendecasyllabum phalæcium; qui ex simili causa, ut plerique, à cultore suo non inventore nomen accepit. Nam hic versus apud Sappho frequens est; cujus in quinto libro complures hujus generis & continuati & dispersi leguntur.

CCXXXI. *

Asclepiadion (2) metron vocatur, non quod repertor ejus Asclepiades fuerit, sed quod eo familiarius & frequentius sit usus. Ante illum enim usi *Alcæus* & *Sappho*, hoc integro usa est in libro quinto.

CCXXXII. *

Antispasticon (3) metrum Sappho invenit, constat jambo & trochæo, conceditur in prima primo loco pro jambo quovis alio pede dissyllabo uti, pyrrhichio aut spondeo aut trochæo.

CCXXXIII. *

(6) Non satis apertum, quem intelligat hic *Apulejus*, fortasse sit ille *Dionysodorus*, cujus Pæanas memorat *Athenæus* lib. XV. pag. 678. B. *Floridus*.

(7) *Ceus* audacter emendavi, cum vulgari male putarem, *civis*. *Simonidem* intelligit. *Ausonius* in Professor. num. 13. v. 6. v. *Suidam* & *Cic.* de Orat.

Simonides aut ejus fratris filius *Bacchylides*, qui ambo scripserunt etiam Ἐρωτικά, nec non & παρθένια, ut referunt *Athenæus* & *Plutarchus*, nati ambo in urbe Julide Ceï insulæ, quæ una est ex Cycladibus juxta Eubœam sita, dicta etiam Hydrussa à quibusdam, teste *Plinio*. Eadem urbs Julis patria fuit *Erasistrati* Medici teste *Strabone*. Floridus.

(8) *Sappho* ex Lesbo maris Ægæi insula, urbe Mitylena; hodie ea urbs totaque adeo insula *Metelin*. Patria quoque fuit Alcæi Lyrici. *Floridus*.

(9) Scripsit enim Æolica dialecto, vel ut *Plutarchus* ait, Mixolydia. *Floridus*.

(1) *Atilius Fortunatianus* in Arte pag. 2674. Autorum Grammaticæ Latinæ El. Putschii.

(2) Idem Autor l. c. pag. 2700.

(3) Idem l. c. pag. 2694. apud Ursinum mendose: *Antipasticum*.

CCXXXIII. *

Portentosum (1) est, quod de ea (2) traditur: Radicem ejus alterutrius sexus similitudinem referre, raram inventu: sed si viris contigerit mas, amabiles fieri. Ob hoc & Phaonem (3) Lesbium dilectum à *Sappho*. Multæ circa hoc non Magorum solum vanitates, (4) sed etiam Pythagoricorum.

CCXXXIV. *

Sappho (5) & *Alcæus* Poëtæ clari habentur.

CCXXXV. *

Ingenia (6) Asiatica inclyta per gentes fuere poëtæ, *Anacreon*, (7) inde *Mimnermus* (8) & *Antimachus*, (9) deinde *Hipponax*, (10) deinde *Alcæus*, (11) inter quos etiam *Sappho* (12) mulier.

CCXXXVI. *

(1) *Plinius* Hist. natur. lib. XXII. cap. 8.

(2) De herba, quam centum capita vocant.

(3) *Palæphatus* lib. de incred. histor. cap. 49. (vid. num. CXXVI.) *Sappho* Lesbia seu Mitylenæa meretrix fuit, de qua *Ælianus* Var. Hist. XII. 19. Eresiam facit *Athenæus* XIII. pag. 596. *Harduinus*.

(4) Scribo: *multa circa hoc non magorum solum vanitates*; ex antiquo codice. *Pintianus*.

Si otium est vanitates eas plane nosse, libellum consule, qui falso Kiranidum Kirani inscribitur pag. 37. *Harduinus*.

(5) *Eusebius* Chronicorum libro poster. ad Olymp. XLIV.

(6) *Solinus* in Polyhistore cap. 40.

(7) Poëta Lyricus ex Teïo Ioniæ civitate, ut scriptis ita & toto vitæ genere supra modum lascivus. Amavit inter ceteros puerum nomine Batyllum, insigni pulchritudine spectabilem, & Megistheum. Periit strangulatus acino uvæ passæ, ut tradit Plinius lib. VII. cap. 7. In honore fuit apud Polycratem Samiorum Regem, cujus etiam puerum Smeridem dilexit. Hujus poëma totum amatorium est, ut scribit Cicero, & lascivia plenum. *Draudius*.

(8) Lygirtiadæ filius, Poëta Colophonius, aut [ut alii malunt] Smyrnæus, Elegiarum Scriptor Olymp. XLVII. natus, quanquam non desint, qui eodem tempore vixisse velint, quo in Græcia septem sapientes floruerunt. *Propert.* lib. I. el. 9. *Draudius*.

(9) Poëta Colophonius Græcus. Is cum poëma quoddam obscurum recitaret, atque omnes, præter *Platonem*, quod minime illud intelligerent, discessissent; *Plato* mihi, inquit, pro omnibus. Nam Poëtis hoc quidem concedi potest, oratoribus minime, cum popularis sit illa facultas, illeque tantum sit bonus orator, qui multitudini placet. Hæc *Cicero* & *Plutarchus* in Lysandro. Hic aggressus belli Thebani materiam, vigesimum quartum volumen implevit, antequam duces Thebas usque perduceret. Antimachos alios *Suidas* ponit, alterum Ægyptium, patria Hieropolitanum, alterum poëtam Melitum, cognomento Psecam. *Draudius*.

(10) Nomen Poëtæ Ephesii, à quo Jambicum Hipponactieum sive Hipponacteum carmen, quod & Scazon dictum est, nomen sortitum videtur. *Plin.*

CCXXXVI. *

Nam (1) Sappho, quæ ſublata de Prytaneo eſt, dat tibi juſtam excuſationem, prope ut concedendum atque ignoſcendum eſſe videatur. Silanionis (2) opus tam perfectum, tam elegans, tam elaboratum quisquam non modo privatus, ſed populus potius haberet, quam homo elegantiſſimus (3) atque eruditiſſimus Verres?

& paulo poſt:

Atque hæc Sappho ſublata quantum deſiderium ſui reliquerit, dici vix poteſt, nam cum ipſa fuit egregie facta, tum epigramma Græcum pernobile inciſum habuit in baſi, quod iſte eruditus homo & Græculus, qui hæc ſubtiliter judicat, qui ſolus intelligit, ſi unam literam græcam ſciſſet, certe non ſuſtuliſſet. Nunc enim quod inſcriptum eſt inani in baſi declarat, quid fuerit, & id ablatum indicat.

CCXXXVII. *

Plin. lib. XXXVI. cap. 5. Hic tam deformi & fœda fuit facie, ut ejus effigies à pictoribus quibusdam publice expoſita fuerit deridenda, quamobrem indignatus *Hipponax*, tam amare in illos invectus eſt, ut aliquot ex illis ad ſuſpendium adegerit; unde natum proverbium: *Hipponacteum præconium.* Draudius.

(11) Poëta Lyricus Mitylenæus, quem adeo amarum fuiſſe ſcribunt, ut autoritate ſui carminis multos ex civitate ejecerit. Fuit hic magnificus, brevis, diligens, & plurimum Homero ſimilis. *Draudius.*

(12) Inſignis fuit poëtria, carminis inventrix, quod ab ea Sapphicum appellatur. Ferunt nonnulli, fuiſſe duas hoc nomine, quarum una Ereſia fuit, eodemque tempore floruit, quo Tarquinius Priſcus Romæ regnavit, qua tempeſtate *Alcæus* etiam & *Therpſichorus* claruerunt. Ea plectrum prima invenit. Maritum habuit Cerſylam ditiſſimum virum ex Andro, ex quo filiam ſuſcepit, Clio nomine. Scripſit Lyricorum libros IX. præterea Epigrammata, Elegias, Jambos & Monodia; carmini Sapphico, cujus inventrix fuit, nomen dedit. Sunt qui aliam dicunt fuiſſe Lesbiam ſive ut alii tradunt Mitylenæam, poëtriam quoque longe juniorem, cujus pulcherrimum opus ad amicum Phaonem extat. Scripſit & alia multa apud Græcos, ut non immerito inter Lyricos Poëtas annumeretur. De hujus morte memoriæ proditum eſt, quod cum à Phaone, quem miſere deperibat, contemneretur, doloris impatientia ex Leucade ſeſe in mare præcipitaverit. Utracunque fuerit, unam tantum commendant Latini Poëtæ. *Draudius.*

(1) *Cicero* lib. IV. Orat. IX. in Verrem c. 57.

(2) Probabilior quorundam ſcriptura *Annei* pro *Marci*, quod Romanum nomen eſt. Fuit autem Syllanion inſignis ſtatuarius, in quo hoc Plinius ſcribit memorabile fuiſſe, quod nullo doctore nobilis fuit. *Hottomannus.*

In libris MSS. neque eſt prænomen *Marci* neque *Annei*. Præterea hoc nomen vitioſe ſcribitur in libris vulg. per y & cum ll. geminis. *Lambinus.*

De Silanione vid. *Plinii* Hiſt. nat. XXXIV. 8. & quæ ibi notat Cl. *Harduinus.*

(3) Qui operum lineamenta ſolertiſſime perſpicit, eaque ſubtiliter judicat. *Hottomannus.*

CCXXXVII. *

Habron (1) Amicitiam & Concordiam pinxit, & Deorum simulacra. Leontiscus Aratum victorem (2) cum trophæo: Psaltriam. Leon Sappho. (3)

CCXXXVIII. *

Mira (4) & prope adeo ridicula diversitas fabulæ apud Græcos poëtas deprehenditur super numero Niobæ filiorum. Nam Homerus pueros puellasque ejus bis senos dicit fuisse. *Euripides* bis septenos, (5) *Sappho* bis novenos, *Bacchylides* & Pindarus bis denos; quidam alii Scriptores tres fuisse solos dixerunt.

(1) *Plinius* Histor. Natur. lib. XXXV. cap. 11. num. 40.

(2) Occiso Sicyoniorum Tyranno, cum Achæorum Imperator summus esset, profligatis hostibus triumphantem. *Dalechamp.*

de Aristippo. vid. Plutarchum in Arati vita pag. 1040. *Harduinus.*

(3) Lesbiam vatem satis celebratam. Exstat in eam distichon Platonis haud obvium & idem tamen perelegans in *Anthol.* lib. 1. cap. 67. (vid. num. CXLIV.) *Harduinus.*

(4) *A. Gellius* Noctium Attic. lib. XX. cap. 7.

(5) Totidem & recenset Hyginus fab. XI. his nominibus: Lerta, Tantalus, Ismenus, Eupinus, Phædimus, Sipulus, Chiade, Chloris, Astygratia, Siboë, Sictothius, Eudoxa, Archenor, Ogigia.

CCXXXIX. *

CCXXXIX. *

SAPPHO (1) PHAONI. (2)

Ecquid, (3) ut inspecta est studiosæ (4) litera dextræ,
Protinus est oculis cognita nostra tuis?

An,

(1) *Ovidius* Ep. XV. Heroidum, quæ etiam legitur in fine Lyricorum *Stephani* ed. 1600.

Contulimus olim in hanc epistolam aliquanto plus industriæ ac curæ: tum quod ceteris corruptior hæc erat, tum quod tametsi cum reliquis ab Ovidio scripta videtur, illam tamen doctulimus quisque ita semper admiratus est, ut secernendam ab aliis censuerit, ac si inter illos minores Patritios allecta, communem sortem non ferat, emineteque statim inter ceteras debeat. Quare & Calderinus, & ante illum Merula, veluti in Olympico stadio celebres athlethæ, non citra pulveris [quod ajunt] tactum desudarunt, &, ut coronam reportarent, contenderunt, acsi Pythia illa ac Nemea, vel si qua alia in terra Græcia celebrabantur olim, non veram, cumulatamque victoribus gloriam afferrent. Et sane ut illa quidem sacra omnia erant, & Olympicus agon, vel Jovis majestate, vel Herculis, qui primus instituit, autoritate vel etiam loci magnitudine, ac claritate cetera terræ Græciæ præstabat: ita hæc Epistola, tametsi cum reliquis scripta sit, & autoris ipsius majore quodam studio, & personæ, quam sustinet, gravitate & eventu maxime memorabili digna semper est visa, quæ & principem sibi locum vendicaret, & majorem diligentiam exposceret. In qua si à viro inprimis erudito, ac de studiis nostris optime merito, dissentire in paucis videbor, ignoscet ille cum ceteris, cum in non paucioribus illum & sequar, & laudem. Utinam quam ejus literas, ac studium æmulatione multorum digna judico, tam possem & cetera his æmulanda proponere. *B. Egnatius.*

Sapphus ad Phaonem Epistola in nullis Heroidum Ovidianarum exemplaribus, nisi recentissimis, apparet, neque hoc loco, sed ut plurimum rejecta in calcem operis. In qua tamen emendanda usi sumus libro Bodlejano, tribus Lincolniensibus, Scriveriano, Palatino, Regio, Sarraviano, Mazariniano, quinque Mediceis, totidem meis, Patavino, Vaticano, Farnesiano, Arondeliano, quorum omnium pars major non in membranis, sed charta, fuit exarata. Hujus Epistolæ optimo exemplari usus est Naugerius, cujus ope instructus multa feliciter castigavit. *Heinsius.*

(2) Non ingratam tibi, Lector, futuram fabellam existimo, non animadversam ab utroque commentatore, quam primo adolescentiæ nostræ tyrocinio ex Græcis Scriptoribus in Racemationum nostrarum capite I. vulgavimus. Tu, si vacat, inde eam petas. *Egnatius.*

(3) Pro *nunquid* alii *Ecquid ut*, emendarunt. Sed ipsi viderint; mihi vetus lectio non immutanda est visa, ubi præsertim auribus illa obsequatur magis, & consensu etiam probetur eruditorum. *Egnatius.*

Liber Maff. *inspecta*. Alii legunt: *Ecquid ubi aspecta est*, quod idem est. *Ciofanus.*

Ecquid ut Naugerius, nostri perperam: *Nunquid ubi*. *Naso* Trist. V. el. 2. v. 1.

> *Ecquid, ut è Ponto nova venit epistola, palles?*

Inspecta etiam probe unus Ciofani. Art. Am. III. v. 471.

> *Inspice: quodque leges ex ipsis collige verbis.*

& lib. II. v. 395.

> *Et quoties scribes, totas prius ipse tabellas*
> *Inspice, plus multa, quam sibi missa, legunt.*

Fast. IV. v. 257.

Car-

An, nisi legisses auctoris nomina Sapphûs,
Hoc breve nescires unde veniret (5) opus?
Forsitan &, quare mea sint alterna, (6) requiras, (7)
Carmina, cum lyricis sim magis apta modis.
Flendus amor meus est: elegeïa (8) flebile carmen.

Non

Carminis Euboïci fatalia verba sacerdos
Inspicit. Inspectum tale fuisse refert.
Heinsius.

Ecquid rectum. II. ex Pont. ep. X. v. 1.

Ecquid ab impressa cognoscis imagine cera,
Hac tibi Nasonem scribere verba, Macer.

(4) Explicant doctæ, literis eruditæ, quæ tam docte & accurate scribit, sed vellem simili exemplo hoc probari, ego simpliciter capio te amantis, tibi studentis & faventis, ut millies, ita III. Art. Am. v. 423. *Studiosa placendi*; & v. 663. *Qua præbet lectum studiosa locumque.* Sic in alia re III. Am. el. 2. v. 1. *Non ego nobilium sedeo studiosus equorum*; & passim, sic & capi debent illa in Tristibus I. eleg. 2. v. 76.

Nec peto, quas quondam petii studiosus Athenas.

Id est, cupidus eas videndi, non ut quidam, studiorum gratia. *Burmannus.*

(5) Ego Latiniorem puto lectionem Sarraviani & Francofurtensis codicis, *unde veniret*; quod & *Francius* conjecerat, qui tamen *moveret* præferebat. Juvenal. X. Sat. v. 71.

- - - *verbosa & grandis epistola venit*
A Capreis.

Noster II. Amor. el. XVIII. v. 33.

Tristis ad Hypsipylen ab Læsone litera venit.
Burmannus.

(6) Occurrit objectioni, quam statim diluit. *Ciofanus.*

Elegos significat. Sic lib. II. Fast. v. 121.

Dum canimus sacras alterno carmine nonas:
Maximus his Fastis accumulatur honos.

Eodem modo lib. II. Tristium v. 219. *pedes impares* dixit:

Scilicet imperii princeps statione relicta
Imparibus legeres carmina facta modis?

& III. Eleg. 1. v. 11. *alternum versum:*

Clauda quod alterno subsidant carmina versu,
Vel pedis hoc ratio, vel via longa facit.

& mox ibidem v. 56. *alternos pedes:*

Adspicis alternos intremuisse pedes.

& Eleg. VII. v. 10.

Aptaque in alternos cogere verba pedes.
Ciofanus.

(7) *Requiris,* rectius *requiras* unus Mediceus. *Heinsius.*

Ita & Francofurtensis, vid. ad Epist. IV. v. 53.

(8) Et hæc lectio mihi semper visa probabilior, quam *elegi* verbum, aut *elegi quoque*, quod substituere quidam, id quod inconcinnum absurdumque videtur, nec ingenio Poëtæ congruens, qua autem ratione fiat, ut syllaba ea longa sit, & auctorum usu probatur, & à ratione non abhorret. *Egnatius.*

Non ideo hoc carmen immutavimus, quod *Elegia* legi non posset, ultima illa syllaba non solum ob subsequentes consonantes longa esse potest, sed & ob præcedentem *ei* diphthongum Græcorum

Non facit (9) ad lacrimas barbitos (10) ulla meas (11)
Uror, ut, indomitis ignem exercentibus Euris,
Fertilis accensis messibus ardet ager.
Arua Phaon (12) celebrat (13) diversa Typhoïdos Ætnæ;
Me calor Ætnæo non minor igne coquit. (14)

Nec

eorum more, ut etiam alibi *Ovidius* Amor. III. eleg. 1. v. 7. *Venit odoratos Elegia nexa capillos*; & Amor. III. el 9. v. 3. *Flebilis indignos Elegia solve capillos*; & Remed. Am. v. 379. *Blanda pharetratos Elegia cantet amores.* In his omnibus ultima hac ratione producitur, ut illi recte mihi fecisse videantur, qui in his locis *Elegeia* eum *ei* scripserunt. Non tamen ut dividatur, ac dicatur *Elegeia*, sed quamvis *Elegia* legi posset, vetus tamen hæc lectio *Elegi quoque* longe mihi visa est elegantior. *Naugerius.*

Legendum, *Elegeïa flebile carmen*, tum quia ita est in libro Masleiano, tum etiam quia adverbium *quoque* otiosum est. Huc autem facit locus ex Elegia, qua Tibulli mortem deflevit: III. Am. eleg. 9. v. 3.

Flebilis indignos Elegeïa solve capillos,
Ah nimis ex vero nunc tibi nomen erit.

Hinc igitur probabiliter colligitur Elegiam primum res tristes, lugubres & luctuosas, deinde, ut in libello de Arte Poëtica v. 75. docet Horatius, lætas & jucundas continere cœpisse, ejusque inventorem nesciri idem ait his verbis:

Versibus impariter junctis querimonia primum,
Post etiam inclusa est voti sententia compos.
Quis tamen exiguos elegos emiserit auctor,
Grammatici certant, & adhuc sub judice lis est. Ciofanus.

(9) Apta non est. *Ciofanus.*

(10) Imitatio *Euripidis*, qui eodem modo inducit Admetum loquentem. Alcest. v. 345.

Οὐ γὰρ πότ' ἔτ' ἂν βαρβίτου θίγοιμ' ἔτι
Οὔτ' ἂν φρέν' ἐξαίροιμι πρὸς Λίβυν λακεῖν
Αὐλόν· σὺ γάρ μου τέρψιν ἐξεῖλου βίου.

Non enim unquam amplius attingam barbitum,
Neque animum impellam canere ad Libycam
Tibiam: tu enim eripuisti mihi oblectationem vitæ. Burmannus.

(11) *Illa meas*, sic in veteribus, sed & *ulla* recte. *Naugerius.*

(12) Phaonem significat diu in externa regione, quæ remota esset à Lesbo, versari: eam autem Siciliam esse ait; ubi est Ætna mons perpetuo incendio notus; qua occasione ad sui amoris ardorem alludit. Subdit enim: *Me calor Ætnæo non minor igne tenet.* Ciofanus.

(13) Frequentat, incolit, & diu immoratur. Ab Ætna autem monte *Ætnæus* deducitur: ab Enna vero, quæ urbs est, & umbilicus Siciliæ, *Ennensis* & *Ennæus* in prima syllaba per *e*, & duplex *nn*, ut alibi docui. Atque hoc dicendum fuit, ne quem *Domitius* hic fallat, qui id nominis uno eodemque modo scribit. *Ciofanus.*

Celebret Scriverii codex.

(14) Liber Maffæanus: *igne tenet*, in aliis male est, *coquit*. Ciofanus.

Coquit, alii ex suis notant, quod damnare Ciofanus non debuit, ego certe amplector. *Noster* de Hercule Oetæo lib. IX. Metam. v. 171.

- - - *coquiturque ardente veneno.*

Appo-

Nec mihi, dispositis quæ jungam carmina nervis,
Proveniunt, (15) vacuæ carmina mentis opus. (16)
Nec me Pyrrhiades, Methymniadesve puellæ, (17)

Nec

Apposite Seneca, & ad imitationem Nostri satis manifeste, Hercule furente v. 105.

- - - Acrior mentem excoquit,
Quam qui caminis ignis Ætnæis furit.

& Hercule Oetæo v. 1396.

Non virus artus, nate, fœmineum coquit.

Virgilius VII. Æn. v. 345.

Fœmineæ ardentem curæque iræque coquebant.

Ennius Fragm. pag. 140. ed. Hessel.

O Tite, si quid ego adjuro curamve levasso,
Qua nunc te coquit.

Sic Phœbus *cancrum coquere* dicitur Manilio lib. III. v. 262. apud Persium Satyr. III. v. 5.

Insana canicula messes
Jamdudum coquit.

Quomodo & Avienus Descript. Orb. v. 70.

Æstu radiorum Phœbus anhelo
Arva coquit.

Idem v. 1312.

Terram coquit hanc radiis sol.

Et Phænom. pag. 99. Edit. Grot. *Et immodici terras coquit ignibus astri*; & pag. 101. de Phaëtonte: *Flamma sola cuncta coquebant.* vid. *Columnam* ad *Ennium* pag. 230. Est autem familiaris Poëtis ab Ætnæ ardore comparatio. *Horat.* Epod. XVII. vers. 30.

O mare & terra, ardeo,
Quantum neque atro delibutus Hercules
Nessi cruore, nec Sicana fervida
Virens in Ætna flamma.

Seneca Hippol. v. 101.

Alitur & crescit malum
Et ardet intus, qualis Ætnæo vapor
Exundat antro. Heinsius.

Lucianus in Tragopodagra, Podagræ dolores etiam Ætnæo crateri comparat. vid. Tom. II. Opp. pag. 805.

(15) Lib. & Elegia I. Trist. v. 39. *Carmina proveniunt animo deducta sereno.* Ciofanus.

(16) Ostendit se ad pangenda carmina aptam non esse, cum ea tranquillitatem vel inprimis requirant: ipsa autem amore correpta huc atque illuc, mentis inops, agitabatur. *Ciofanus.*

(17) Neque accusare quempiam est animus: nec tantum mihi assumo, ut si quid alii diversum à me senserint, id ego statim ad invidiam meam traham Sua cuique placent. Ego mea ut non multum admiror, sic, ubi melius nihil habeo, non facile contemnere, aut damnare soleo. Illud tamen in bonam partem dictum à me accipiant velim, quod immutarint lectionem, totamque inverterint: non mutaturos fuisse, si rem consideratius expendissent. Qui enim, quæso *Pyrrhiades* à *Pyrrha*, aut à *Methymna Methymniades* deduci possunt? Aut unde hæc tam insolens, tamque absurda deductio? Dicimus quidem Lesbiadem, Pelasgiadem, Acheïadem, Heliconiadem, & cætera id genus: sed ut ratione non careant, non tamen *Pyrrhiadem*, *Methymniadem*, non magis quam *Mitylen iadem*, *Eomaidem*, aut *Cyrrhiadem*: quod nec usus, nec ratio patiatur. Unde enim patronymicum hoc muliebre formatur? aut quomodo? Si enim *Pyrrhæus*, ut *Methymnæus*, est nomen possessivum, ut sunt, nullo pacto poteris inde hoc patronymicum deducere: aut enim *Pyrrhæas* faciet, aut

Nec me Lesbiadum cetera turba juvant. (18)
Vilis Anactorie, vilis mihi candida Cydno: (19)

Non

aut per dissolutionem *Pyrrhaias.* Utrum autem dixeris, & duriter & insolenter id deduxeris. Quod si *Pyrrhaides* legeris, syllaba claudicet necesse est. Nos igitur à veteri stabimus lectione. Examinent illi rem totam, ut ingenio excellunt, & eruditione præstant: facile (ut opinor) recantabunt. *B. Egnatius.*

Rectius, opinor, quod in veteribus quibusdam: *Nec mihi Pyrino subeunt Mnaurve Puella*, quam lectionem etiam Ignatio nostro jampridem placuisse video. *Naugerius.*

Locus corruptus, varie autem legitur. Domitius legit:

Nec mihi Pierides subeunt Dryadesque Puella,
Nec me Thespiadum cetera turba juvat.

sed hæc à doctis omnino rejicitur. In *Aldinis* ita legitur:

Nec me Pyrrhiades, Methymniadesque Puella,
Nec me Lesbiadum cetera turba juvat.

Quæ lectio rationem aliquam habet, nam Pyrrha & Methymna civitates Lesbi sunt, & ad partes sive species apte genus ipsum ἐπιλογικῶς infertur. Quemadmodum rursus sequenti disticho species ac propria nomina post generalia ac patria inseruntur, quæ res etiam ipsa ad probabilitatem hujus lectionis facere potest, sed hic quibusdam scrupulum objicit, quod à Pyrrha & Methymna non eodem modo *Pyrrhias* & *Methymnias*, ut à Lesbius, *Lesbias* deduci potest. Nam ab illis possessiva in *aas*, ut à ceteris femininis in *a*, non in *ias* formantur, unde *Pyrrhaades* & *Methymnaades* dicendum magis foret. Proinde iidem illi antiquiorem quandam, ut ipsi asserunt, lectionem proferunt, leguntque: *Nec mihi Pyrino subeunt Mnaisve puella* &c. hanc lectionem ipsi tuentur. Quæ tamen & ipsa incommodum quoddam suum habet. Nempe quod generale nomen, sive ἐπιλογικὸν, statim post has duas personas infertur. Cum tamen in sequentibus versibus etiam aliæ duæ ejusdem societatis personæ sigillatim recenseantur. Solitum autem est vel genus præcedere vel species, in hujusmodi enumeratione, neque alterum altero misceri. Quæ ratio quia hic confunditur, fit ut neque huic lectioni per omnia assentiri possim, itaque ad superiorem magis inclinat animus, neque me derivationis ἀναλογία adeo movet, quod videam & alia multa veterum contra Analogiam & Grammaticorum regulas varie usurpata, sed tamen, ut monui, locum ipsum pro corrupto ac dubio relinquimus. *Micyllus.*

Nec me Pyrrhiades ex suo libro optime Naugerius, nostri codices hic vehementer turbant. *Heinsius.*

Egnatius Racemat. cap. 2. probat: *Nec mihi Pyrino subeunt Mnaisve puella*; ut & *Bersmannus* & alii. Parrhas. *Nec mihi Pierides subeunt Dryadesque puella*; ut & Codex Witsianus habebat, & alii, vide & *Nicol. Loens.* Misc. VIII. 3. inepte *Domitius* explicat *Pierides*, furorem Poëticum, *Dryades*, relaxationem animi in sylvis, *Thespiades*, amicas. (vid. num. XXXI.)

(18) *Juvant*, optimi codices & editiones, alii, *juvat.*

(19) Nonnulli: *Vilis Amythone.* Rectior fit fortasse vetus lectio, *vilis Anactorie.* Naugerius.

Cur *Anactorie* non male in quibusdam codicibus legatur, docuit *Bersmannus*, quod nimirum, inter ceteras à *Sapphone* amatas à *Maximo Tyrio* ponatur. *Dan. Heinsius.*

Vilis Amythone, vilis mihi candida Cydno, Naugerius, at primæ editiones cum scriptis quibusdam: *vilis Amatorie*, alii *Amintorie*, vel *Ametorie.* Lege *Anactorie* ex *Maximo Tyrio*: Γύριννα, καὶ Ἀτθὶς, καὶ Ἀνακτορία, quod *Bersmannus* jam monuit; pro *Cydno*, scripti, *Cydro*, *Credo*, *Clio*, & similia, in loco tamen Maximi Tyrii pro Γύριννα opinor scribendum Ἤριννα. Erinna enim & coæva Sapphus, & ab illa amata quoque. Sic *Suidas* in Ἤριννα, sed & *Eustathius* in

Aa

Non oculis grata est Atthis, (20) ut ante, meis.
Atque aliæ centum, quas non sine crimine (21) amavi,
Improbe, multarum quod fuit, unus habes.
Est in te facies, sunt apti lusibus anni.
O facies oculis insidiosa meis!
Sume fidem & pharetram; fies manifestus Apollo. (22)
Accedant capiti cornua; Bacchus eris.
Et Phœbus Daphnen, & Gnosida Bacchus amavit.
Nec norat (23) Lyricos illa, vel illa, modos.
At mihi Pegasides blandissima carmina dictant:
Jam canitur toto nomen in orbe meum.

Nec

in Iliad. B. de Erinna: Ἦν δὲ ἑταίρα Σαπφοῦς, καὶ ἐτελεύτησε παρθένος. (vid. num. CXX.) Svidas ex puellis à Sappho adamatis tres recenset, Atthidem, Telesippam, Megaram, nulla Gyrinnæ mentione facta. *Erinna* tamen mirum à Nasone mentionem nun fieri, sed multa ad Eretriam Sappho pertinentia, ad hanc Mitylenæam referuntur. Nam quod Diphilus in comœdia à se facta Archilochum & Hipponactem, tanquam amatores Sapphûs induxit, pro lusu ingenii lascivientis est habendum, ut *Athenæus* jam observavit. (vid. num. LXXVIII.) Multo minus verisimile, amatam Sappho ab *Anacreonte*, qui undeviginti totis post Sappho Olympiadis claruit: cum tamen *Hermesianax* id traditum reliquerit. (vid. num. LXXVIII.) At de *Alcæo* Sapphus æmulo, inter Scriptores convenit. Sed cum *Erinnam* Olympiade CVI. claruisse Eusebius in Chronicis contendat, non potuit eam novisse *Sappho*, nisi duas fuisse Erinnas concedimus. De ejus certe patria varias opiniones *Suidas* recenset, cum tamen Teniam plerique faciant, ut & *Stephanus Byzantius* in Τῆνος. *Tatianus* Lesbiam Oratione adversus Græcos. *Heinsius.*

(20) In versibus, quos *Hephæstio* ex *Sapphone* citat, hujus Atthis mentio est his verbis:

Ἄτθι, σοὶ δ' ἐμέθεν μὲν ἀπήχθετο.

vid. num. XII. *Ciofanus.*

Atthidis meminit & Terentianus Maurus de Metris pag. 91.

Æolicum ex illa genuit doctissima Sappho,
Cordi quando fuisse sibi canit Atthida parvam,
Florea virginitas sua cum foret.
Burmannus.

(21) Non displiceret ea lectio, quam adstruxere, *quas non sine crimine amavi*, sed iterum ampliari judicium postulo. *Egnatius.*

Quas non sine crimine amavi, sic vetus lectio, ac mea sententia recte, & inferius etiam: *Lesbides infamem qua me fecistis amata.* Et nemo nescit, quid de Sapphûs in puellas amoribus dicatur. *Naugerius.*

Quas hic sine crimine, fere omnes scripti, sed recte *nec* repositum, sic Metam. II. v. 433. *Nec se sine crimine prodit.* Stat. IX. Theb. v. 759. *Male dilectum misera Cydona sorors* dixit; ubi vid. Scholiasten. *Burmannus.*

(22) *Et pharetras, ut eris* Scriverii codex, recte vero *Bersmannus* esse imitationem *Propertii* ex lib. IV. eleg. 2. v. 31. notavit.

(23) *Norant* malo. *Heinsius.*

(2) Hic

Nec plus Alcæus, (24) consors patriæque lyræque,
Laudis habet: quamvis grandius ille sonet. (25)
Si mihi difficilis formam natura negavit;
Ingenio formæ damna rependo meæ. (26)
Sum brevis; at nomen, quod terras impleat omnes,
Est mihi: (27) mensuram nominis ipsa fero. (28)

Candida

(24) Hic cum *Sappho* certavit, vide Schol. Theocrit. Idyl. VII. v. 63. ut & *Myrtis* cum *Pindaro*, ut observat *Salmasius* lib. I. epist. XV. *Grandius* illum *sonare* dicit, ut Horatius dicit: *Minaces Alcæi Camenas.* Heinsius.

Horat. Carm. II. od. 13. v. 25.

Sappho puellis de popularibus,
Et te sonantem plenius aureo,
Alcae, plectro.

(25) *Ille sonat* Regius & unus Heinsii, vid. supr. ad Epist. VII. v. 29.

(26) Malim *mala*; toties enim *mea* & *mala* confusa.

(27) Longe diversa ab ea, quæ circumferebatur, lectione, vetus hæc lectio, sed & longe mihi visa est elegantior, ac fieri quidem potest, ut utroque modo Ovidius scripserit, sed id si verum, hoc pacto castigavit, aut prima illa lectio subdititia. Unum hoc mihi credant boni viri, credant eruditis pluribus, quos à me nunc nominari non est necesse, qui vetustissimum id exemplar inter cetera castigatissimum, ex quo & alia plura & hæc correxi, viderunt, & mihi probatissimi hujus rei testes sunt; nihil à me fictum est, nihil additum. Quæcunque immutavimus præter pauca quædam, quæ & lectorem monuimus, ita videri nobis castiganda, ex antiquis exemplaribus immutavimus. Ita ut nihil industriæ aut ingenio meo, labori certe meo aliquantulum debeatur. *Naugerius.*

Diversa longe est lectio, quæ nunc circumfertur, scilicet, *sum brevis at nomen* &c. *Egnatius.*

Nec me despicias, si sum tibi corpore parva: Mensuramque brevis nominis ipsa fero. Etiam hic diverse legitur. Una quidem lectio ea est, quam modo citavimus, cujus sensus est: Non debere se despicere, quia brevis seu parva sit, & breve nomen habeat, nulla subjecta ratione. Altera, quæ & communior est, in Aldinis ita habetur: *Sum brevis, at nomen quod terras impleat omnes, est mihi: mensuram nominis ipsa fero.* Quæ lectio ἀντιθέσει ornatur. Opponit enim inter se staturam corporis & famam: dicitque, se brevitatem corporis mensura nominis tueri. *Micyllus.*

Nec me despicias, si sum tibi corpore parva, mensuramque brevis nominis ipsa fero. Hanc habent lectionem Vaticanus & Maffeianus libri. Alii viri docti legunt, ex aliis antiquis: *Sum brevis, at nomen, quod terras impleat omnes, est mihi: mensuram nominis ipsa fero.* Qui versus sunt plane elegantiores. Atque ita se Sappho pulchram non esse fatetur, cum sit parvo corpore. Mulieres, quæ ejusmodi sunt, non pulchræ, sed venustæ dicuntur. Pulchritudo enim, ut sentit *Aristoteles*, consistit in magno corpore: quæ, ut ait M. *Tullius* lib. IV. cap. 13. Tuscul. Disput. est apta membrorum figura cum coloris suavitate. *Crispinus.*

Hoc etiam distichon Naugeriano libro debetur. Ante insulse legebatur:

Nec me despicias, si sum tibi corpore parva,
Mensuramque brevis nominis ipsa fero.
Heinsius.

In Palatino erat: *Si sum tam corpore parva*, in Lincol. *quia sum tam c. p.*

Candida si non sum, placuit Cepheïa Perseo
Andromede, (29) patriæ fusca colore (30) suæ.
Et variis albæ (31) junguntur sæpe columbæ:
Et niger à viridi (32) turtur (33) amatur ave.
Si, nisi quæ facie (34) poterit te digna videri,
Nulla futura tua est; nulla futura tua est. (35)

At

(28) *Fero*] *Gero*. Scriverian. *Mensuram parvi nominis ipsa fero*. Tragur.

(29) *Andromede*] Apud Fulv. Ursin. pag. 4. Illustr. Femin. Poëmat. Philodemi Epigramma est:

Ἐι δ᾽ ὀπικὴ, καὶ χλωρὰ, καὶ οὐκ ᾄδουσα τὰ Σαπφῆς,
Καὶ Περσεὺς Ἰνδῆς ἠράσατ᾽ Ἀνδρομέδης.
vid. num. CXLIX.

sic & *Athenaus* lib. I. cap. 18. Andromeden à *Sappho* versibus notatam scribit, vid num. XLII. inter autem puellas à Sappho amatas etiam *Maximus Tyrius Andromeden* quandam recenset, ut & ipsa Sappho in fragmento apud Fulv. *Ursin*. p. 10. ubi videtur æmulatione accendi, quod Atthis in Andromeden proclivior esset, vid. num. XII. *Heinsius*.

(30) *Calore* malebat *Francius*, ut & erat in Lincoln. sollenni permutatione harum vocum.

(31) *Vossius* ad *Catul*. Epigr. LXIX. ad Mallium notat columbas diversi coloris improbiora decerpere oscula, quam faciunt ejusdem coloris.

(32) Psittacum intelligebat post *Bersmannum Francius*, ex Amor. II. el. 6. v. 21.

Tu poteras virides pennis hebetare smaragdos.

& *Claverius* ad *Pers*. Prolog. vid. *Turneb*. XVIII. Adverf. 16. *Burmannus*.

(33) Miram prope hujus avis castitatem esse scribit *Ælianus* lib. X. cap. XXXIV. de Hist. Animal. *Ciofanus*.

(34) *Quæ facies*. Mazar. & Palatin.

(35) Putaret aliquis, hoc esse ἀναδίπλωσιν, ipse tamen aliter censeo, etsi enim eadem verba iterantur, sine iteratione illa sententia plena integraque non erat; quare non potest vere, (nisi fallor) vocari locus ille ἀναδίπλωσις: conflatur enim figura hæc, cum quæ repetuntur verba, sententiæ ipsi necessaria non sunt, sed propter stomachum & indignitatem illarum rerum iterantur; quia si semel id dictum fuerit, animus non expletur, sive eum dolorem itidem animi ostendunt, motumve alium vehementiorem, ex qua tamen iteratione voluptatem capiunt, qui audiunt. Imitari sane potuit Ovidius Sapphonem, cujus ingenium & motum animi mirifice hæc Epistola expressit: incredibile enim artificium in se continent literæ hæ, cunctaque quæ scribentem illam facit, ex historia ipsa sumpsit latinus poëta, ut testimoniis adhuc nonnullis veterum scriptorum intelligitur; imitari igitur ipsam aliquo modo potuit, quam ex scriptis ipsius cognoverat admodum delectatam fuisse hac repetitione verborum, non tamen penitus illic rationem eam figuramque expressit, quamvis ita quoque inde proficiscatur aliquid leporis ac venustatis, nam plerumque hoc fieri ab illis, qui vehementer commoti sunt, & eosdem motus in animis eorum, qui audiunt, excitare volunt, apertum est. Hujuscemodi autem est illud veteris poëtæ apud Ciceronem: *Incede, incede, adsunt, adsunt: me me expetunt*. Crebra autem exempla sunt in græcis tragœdiis. *Victorius* in Demetr. Phaler. pag. 129.

(36) *Me*

At, me cum legeres, (36) etiam formoſa videbar:
  Unam jurabas usque decere loqui.
Cantabam; memini; (meminerunt omnia amantes)
  Oſcula cantanti tu mihi rapta dabas.
Hæc quoque laudabas: omnique à parte (37) placebam.
  Sed tum præcipue, cum ſit Amoris opus.
Tunc te plus ſolito laſcivia noſtra juvabat, (38)
  Crebraque mobilitas, aptaque verba joco; (39)
Quique, ubi jam amborum fuerat conſumta voluptas,
  Plurimus in laſſo corpore languor erat.

Nunc

(36) *Me cum legeres* noſtri, & recte, ſic Amor. lib. II. el. 1. v. 5.

Me legat in ſponſi facie non frigida virgo.

& Art. Am. I. v. 1.

Si quis in hoc artem populo non novit amandi,
Me legat. Heinſius.

ſic II. Triſt. v. 369.

Fabula jucundi nulla eſt ſine amore Menandri,
Et ſolet hic pueris virginibusque legi.

ubi male quidam codices *hac.* Burmannus.

(37) *Omnique in parte*, Mazar. *Omni tibi parte*, Francof.

(38) *Juvabat*] *Juvabant* Vaticanus, Regius & duo ex meis, bene. *Heinſius.*

(39) Quidam, *membra joco.* Alii codices, *verba loco*, quod damnat *Gronov.* III. Obſervat. 21. contra Salmaſium, *verba jocis* Sarrav. & Lincol. *verba ſono* Francof. ſed nihil movendum, *jocus* eſt opus amoris, II. Art. Am. v. 724.

Et dulces gemitus, aptaque verba joco.

IV. Faſt. v. 868.

Poſcite blanditias, dignaque verba joco.
Burmannus.

Atque ubi jam amborum.] Ita in Vatic. In impreſſis quibusdam: *Et quod, ubi amborum.* Melius & rectius in Maffeiano: *At ſimul amborum.* Ciofanus.

Scripti nonnulli: *At ſimul*, vel, *ac*, majori tamen ex parte: *Atque ubi jam*, lego: *Quique, ubi jam* &c. Librarius *que* expreſſerat ſolummodo pro *quique* ſolenni errore, hinc: *Atque* poſtea natum, vid. Notas ad Epiſt. XIV. verſ. 91. *Heinſius.*

In Palatino erat: *conſumpta voluptas*, quod ut aptius & elegantius amplexus ſum, languor enim ille demum poſt conſumtam voluptatem; & *conſumere* proprium in amoris opere verbum, cum ex præcepto Noſtri lib. II. Art. in fine, tarda mora prolicitur Veneris voluptas, & duo ſimul ad metam properant, cum pariter victi femina & vir jacent, & ex æquo res illa duos juvat, ita contra infelix ille Polyænos, qui ſine voluptate à Circes toro ſurrexerat, excuſare languorem ſuum nititur apud Petronium cap. 131. quod velis majoribus uſus, *tempore voluptatem conſumpſerat*, id eſt maturius, quam fas erat, & dominam ſuam vera voluptate fraudaſſet, & hæc eſt *plena* illa *voluptas*, quam II. Art. Am. v. 727.

memorat,

Nunc tibi Sicelides (40) veniunt, nova præda, puellæ.
Quid mihi cum Lesbo? Sicelis esse volo. (41)
At vos erronem (42) tellure remittite nostrum,
Nisiades matres, Nisiadesque nurus. (43)

Neu

memorat, sic, licet paullo alio sensu, II. Am. X. v. 27.

Sape ego lasciva consumto tempore noctis
Utilis &c.

Voluptas vero proprie in amore, vide ad Petron. cap. CXXXIV. *Burmannus.*

(40) Regius codex *Sicilides*, & mox *Sicilis*, quod non temere repudiandum, cum ita & in novem codicibus apud *Vergil.* IV. Ecl. *Sicelides Musa*, quos *Heinsius* vidit, exstet, & *Pierius* testetur in plerisque antiquis reperiri, licet repudiet. Non autem voluisse modo esse Sicilidem Sappho, sed etiam sibi exsilium indixisse, & relicta patria abiisse in Siciliam, ut Phaone suo frui posset, Archonte Aristocle, docet nos Marmor Arundelianum in Epocha 37. à Seldeno editum, vid. Marmor Oxon. pag. 164. quod nescio, an quisquam præterea memoriæ prodiderit. *Burmannus.*

(41) Fingit Phaonem ita loquentem. *Ciofanus.*

(42) Alii: *O vos erronem.* Vetus lectio:

Nec vos erronem tellure admittite nostrum.
Egnatius.

Quidam: *Nec vos erronem tellure admittite nostrum:* pro, non recipite ad vos. Quæ lectio rationem aliquam habet. *Domitius* autem pro *Erronem*, *Errorem* legendum contendit, multaque super ea lectione inepte nugatur. Ego vulgatam & Aldinam lectionem sequor. Illud magis dubitare soleo, utrum *Vestra*, pro *Nostrum* potius legendum sit, ut sit ordo: O vos Siculæ, remittite, sive excludite vestra tellure erronem. Hoc enim magis cogitatione dignum. *Micyllus.*

O vos erronem tellure remittite nostrum, Nisiades matres, Nisiadesque nurus. Recte ita legendum judicarunt viri docti, male aliter *Domitius. Tellure*, subaudi Sicula, ubi Phaon commoratur. *Ciofanus.*

Scripti nonnulli:

At vos errorem tellure remittite vestrum.

Puto: *At vestra erronem tellure remittite nostrum.*

vel si vulgatum malis: *Nec vestra erronem*, per *Nisiadas* autem *matres* Megarenses littorales intelligi non est dubium. Megara enim Siciliæ portus à Megaris Atticis, quæ & Nisæa dicta antiquitus, à Niso rege. Sequenti versu: *Neu vos decipiant*, tres libri. *Severus* in Ætna:

Nec te decipiant stolidi mendacia vulgi.

Erronis vox etiamnum corrupta in Diris Catonis, ubi castigandum:

Nec nostros servire sinant erronibus agros.

& apud *Claudian.* VI. Cons. Hon. 622.

Armatos hic sæpe choros, certaque vagandi
Textas lege fugas, inconfusosque recursus,
Et pulchras erronum acies, jucundaque Martis
Cernimus.

Ubi pari modo in vulgatis peccatur. *P. Nigidium* Planetas stellas *Errones* appellasse, testis est *A. Gellius* lib. III. cap. X. & *Horatius* II. Sat. VII. v. 113. servum fugitivum, *Erronem* vocat, vid. *Stewech.* ad *Arnob.* pag. 54. *Heinsius.*

(43) Alii: *Sicelidesque nurus.* Sed *Nisiades matres, Nisiadesque nurus*, geminatione fit jucundius carmen. *Egnatius.*

Et

Neu vos decipiant blandæ mendacia linguæ. (44)
Quæ dicit vobis, dixerat ante mihi.
Tu quoque quæ montes (45) celebras, Erycina, Sicanos,
(Nam

Et hic alii posteriore loco pro *Nisiades*, *Sicelides* legunt. Sed magis placet ἐχῦνα. Illud magis quærendum, unde Poëta *Nisiadas* hic vocet Siculas: cum alias hoc nomine vocentur, quæ Baccho deditæ sunt, aut operantur. Ac Domitius quidem [qui tamen ipse non *Nisiades*, sed *Nesiades* legit] duplicem etymologiam affert: alteram à Neside insula Campaniæ, cujus præter ceteros etiam *Plinius* meminit lib. 19. cap. 8. Nam hinc & Scyllam, *Nesiedem* Poëtæ vocant, inquit. Alteram à *Nesia*, quam ipse regionem, circa Ætnam, montanam esse dicit, autore Strabone. Et hæc illi magis placet, propterea, quod tum Phaon circa Ætnam versatus fuerit. Sed pace tanti viri, neutra harum procedit. Nam à Neside insula, secundum exemplum, quod ipse producit, non *Nesiades*, sed *Nesiedes* dicendum erat. Et *Strabonis* auctoritas, quam super Nesia Ætnæ regione allegat, nulla est. Ita enim apud Strabonem lib. VI. pag. 268. legitur: Οἱ δὲ Ἀιτναῖοι παραχωρήσαντες, τὴν Ἴννησαν καλυμένην τῆς Ἀιτνης ὀρεινὴν ᾤκησαν, καὶ προσηγόρευσαν τὸ χωρίον Ἀιτνην. *At Ætnes cedentes loco Innesam [hoc nomen est montis Ætnæ] domicilium sibi occuparunt, locoque nomen Ætnæ imposuerunt.* *Innesam* vocat Strabo, quam Domitius, & qui eum sequuntur, *Nesiam*. Nisi quis hoc contendat, scripturam corruptam esse, & pro Ἴννησαν, Νησίαν legendum, quod equidem aliorum judicio relinquo. Ego vero in eam opinionem venire soleo, ut dubitem, utrum de Megarensibus intelligere Poëta voluerit. Nam & hi sub Ætna siti fuere: iidemque eorum, qui in Attica habitarunt, ἀπέγονοι atque coloni fuere. Quod & *Strabo*, & item *Thucydides* testatur libro VI. cap. 4. Cum enim illorum Rex Nisus fuerit, poterant & ipsi, & eorum coloni, ac posteri, *Nisiades* non incommode appellari. Sed hanc, ut conjecturam affero, quo aliis cogitandi amplius occasionem præbeam. *Micyllus.*

(44) Caussa, cur Phaon à Siculis mulieribus recipiendus non sit. *Crusanus.*

(45) Sic vetus lectio, cum prius *immites* legeretur; & profecto, cum Venerem blande roget Sappho, quasi objiceret eam immanes Sicanos colere, ineptum quoddam esset, quam ob caussam vetus lectio magis placet, & eo magis, quia ab Eryce Siciliæ monte est *Erycina* dicta. *Naugerius.*

Alii sic emendarunt: *Tu quoque quæ montes*, sed viderint illi, ne montanum, ac subagreste quid oboleat hæc emendatio. *Egnatius.*

Tu quoque, quæ immites celebras &c. ut Sicanos intelligamus immitiores fuisse ceteris Siciliæ incolis, &c. Sed ego nihil incommodi video, quod prior lectio habeat. Quando & *Virgil.* templum Veneris Erycinæ in monte situm innuit, cum ait lib. V. Æn. v. 759.

Tunc vicina astris Erycino in vertice sedes
Fundatur Veneri Idaliæ &c. Micyllus.

Tu quoque quæ immites legitur in utroque, quo utor, libro, Vatic. & Maff. alii ajunt repperisse se in aliis lib. scriptis: *quæ montes celebras* &c. quam lectionem anteponunt superiori, quod ineptum dicat, Venerem, quam *Sappho* nunc tantopere placare studeat, esse inter immites Sicanos. Ego eos falli existimo, atque hanc esse hujus loci sententiam, ut idcirco immites Siculos dicat *Sappho*, quod sibi viderentur amantem illum suum retinere contra sui ipsius voluntatem: qua in re immites se esse ostendant. Atque ita nullam in Venere (quod illi rebantur) sævitiam inesse fatebimur. Servit ergo *Sappho* (quod & acute vidit *Domitius*) præsenti affectui. Dicta est *Erycina* Venus ab Eryce monte, ubi colebatur: qui, ut scribit *Polybius* lib. I. cap. 55. omnium Siciliæ montium, excepto Ætna, altissimus est: ea parte, qua Italiam spectat, inter Drepanum & Panormum: in ejus vertice satis ampla est planicies, ubi Veneris templum omnium Siciliæ templorum longe pulcherrimum, longeque opulentissimum fuit. *Crusanus.*

Hæc quoque à *Naugerio*. Nam nostri omnes *immites*

(Nam tua ſum) vati (46) conſule, Diva, tuæ.
An gravis inceptum peragit Fortuna tenorem, (47)
Et manet in curſu ſemper acerba ſuo?
Sex mihi natales ierant; cum lecta parentis
Ante diem lacrimas oſſa bibêre meas.
Arſit inops frater, captus (48) meretricis amore;
Mixtaque cum turpi damna pudore tulit.
Factus inops agili peragit freta (49) cærula remo;
Quasque male amiſit, nunc male quærit opes.
Me quoque, quod monui bene multa fideliter, odit.
Hoc mihi libertas, hoc pia lingua dedit.

Et

immites Sicanos, ut ad Palicos reſpiciat, qui humanis hoſtiis placabantur, vide Schol. Stat. Theb. XII. v. 156.

- - - Siculosque licebit
Exorare Deos.

ſed præſtat Naugeriana lectio, ut Eryx ſubintelligatur, à quo Erycina hæc Dea dicta eſt Poëtis. *Heinſius.*

Recte emendatum *montes:* ut & habet Francof. codex: templum enim Veneris Erycinæ in monte poſitum; ut exhibent nummi veteres, quos vide apud Illuſtr. Spanhem. Diſſertat. VI. pag. 577. de præſtantia & uſu Numiſm. editionis primæ; & Vaillant. in Gente Conſidia: Noſter II. Art. v. 419.

Sed Dea non patitur ſic ad ſua gaudia cogi,
Colle ſub umbroſo quam tenet altus Eryx.
Burmannus.

(46) Mihi Sapphoni, quæ vates ſum. *Ciofanus.*

(47) Lincolnienſis *laborem*; ſed male. Epiſt. III. Heroid. v. 43.

An miſeros triſtis fortuna tenaciter urguet.

& Epiſt. VII. v. 112. *Fati tenor*; & Epiſt. XVII. v. 14. *Tenor vitæ*, vid. *Heinſ.* ad *Vell. Paterc.* II. v. 45. *Burmannus.*

(48) *Vinctus* codex Wittianus, non male; ſed Lincoln. Francof. & quatuor alii, *captus*, quod verius puto, & meretriciis fallaciis & illecebris convenientius. Epiſt. XIX. v. 102.

Otia, neſcio qua pellice captus, agas.

I. Amor. el. VIII. v. 70 *Captos legibus ore tuis.* Terent. Andr. I. 1. v. 55. *Habet, captus eſt.* Similis diverſitas lib. XIV. Met. v. 229. & II. Faſt. v. 585. vid. ad Remed. v. 34. Meretrix vero illa *Rhodopis* dicebatur, teſte Herodoto lib. II. cap. 135. conſerva Æſopi, & à Charaxo magna pecunia redemta, unde poſſumus intelligere, cur Fratrem ad inopiam delapſum Sappho hic dicit. Athenæus vero lib. XIII. cap. 7. *Doricam* vocatam ait, & Herodotum confudiſſe cum alia Rhodopide cenſet. Sed Dorica à patria potuit dici, & ab hac Rhodopide proverbium manavit, πάνθ' ὕμεια καὶ Ῥοδῶπις ἡ καλή, de quo vide Schottum in Proverb. ex Vatican. Append. Centur. III. n. 67. *Francius* malebat, *arſit amans frater*, ſed male, ut ex dictis apparet, melius *Broukhuſius*, *arſit egens*, quia mox *inops* ſequitur. *Burmannus.*

(49) Vid. ad Petron. 119. innuit vero Piratam

Et tamquam desint, quæ me sine fine fatigent,
Adcumulat curas filia parva (50) meas.
Ultima tu nostris accedis caussa querelis.
Non agitur (51) vento nostra carina suo. (52)
Ecce, jacent collo sparsi (53) sine lege capilli:
Nec premit articulos lucida gemma meos.
Veste tegor vili: nullum est in crinibus (54) aurum:
Non Arabo noster rore (55) capillus olet.

Cui

tam factum. Piratæ enim ἀπὸ τοῦ περᾶν, à *peragendo* & pervagando maria dicti, & hinc addit: *male quærit opes*, turpi quæstu, non, ut *Domitius*, multis incommodis & labore; nisi statuere velimus illum remigem factum. *Burmannus*.

(50) Cleis filia, *Suidas*. Bersmannus.

(51) Errat Domitius, qui hæc per interrogationem legendum putat. *Ciofanus*.

(52) Adverso vento, Metaphora. *Ciofanus*.

(53) Libri veteres, *sparsi*, non *positi* habent, quomodo legisse videtur *Domitius*. Ciofanus.

Passi Regius. *Heinsius*.

(54) Vid. ad Epist. XXI. 89.

(55) Vetus lectio: *Non Arabum noster dona*, neque tamen minus elegans, neque minus ipsius *Ovidii* existimandum id, quod prius legebatur, carmen:

Non Arabo noster rore capillus olet. Naugerius.

Alii, *non Arabum noster dona capillus olet*. Egnatius.

In Aldinis legitur: *Arabum dona*, alii autem: *Non Arabum noster rore capillus olet*. *Arabo rore* pro myrrha posito, ut quidem communiter exponunt, nec differunt sensu hæ duæ lectiones; sed altera, quam altera, simplicior: nam in *Rore* metaphora paulo remotior est. *Micyllus*.

Non Arabo noster rore capillus olet, Maffeianus. Vaticanus vero: *Non Arabo noster ore*, &c. quod idem est, omisso *r* in verbo *rore* propter eam, quæ antecedebat, litteram. *Calderinus* etiam eo modo, quo in Maffeiano est, legit; idque vere. *Ciofanus*.

Scaliger manu sua asscripserat: *Non Arabo noster rore capillus olet*. Dan. Heinsius.

Non Arabum noster dona capillus olet, Naugerius, nostri omnes *Arabo rore*, quod temere mutare nolim. Nam & lib. V. Metam. v. 405. *olere* cum sexto casu conjunxit, ubi habes *olentia sulphure stagna Palicorum*, quo nomine à *Diomede* grammatico notatur, tanquam improprie locutus, at *Valerius Flaccus* lib VIII. v. 348. *olentes sulphure ermes* quoque dixit. Martialis lib. IX. epigr. 62. v. 15. *Atque oluere lares comessatore Lyæo*. *Propert.* lib. IV. Eleg. VII. v. 32.

Cur nardo flamma non oluere mea.

ubi *nardon* Lipsius perperam lib. II. Var. Lect. 12. *Juvenal.* Satyr. VI. v. 430. *olere Falerno*, ut MSS. & editiones nonnullæ, & ita *fragrare vino* & *vinum*, quod posterius est apud *Solin.* CXXXVII. *Rorem Sabæum*, ut Noster *Arabum rorem*, dixit *Valer. Flaccus* lib. VI. v. 709.

Et gravida maduere coma, quas rore Sabæo

 Nutrie-

Cui colar infelix, aut cui placuisse laborem?

Ille

Nutrierat, liquidoque parens signaverat auro.

ita scribo, *flore Sabæo* vulgati, sic *roriferas* Panchaïæ silvas dixit Claudian. II. Rapt. v. 81.

Quidquid roriferis spirat Panchaia silvis.

sic alter Vossianus, cum vulgati *thuriferis*; ubi & sequentes versus ita disponendi:

Quidquid ab extremis ales longæva Sabæis
Colligit, optato repetens exordia busto.

ut ibi diximus. *Apulejus* lib. II. Metam. pag. 45, 7. edit. Floridi dixit: *Capillum guttis Arabicis obunctum.* Si quis vero vulgatam tueri velit, *Arabum dona*, is hæc Senecæ habeat Oedip. v. 305.

Arasque dono thuris Eoi extrue.

Agamemnone 807.

Arabumque donis, supplice & fibra colam.

sed præstat *rore*. *Tibullus* libro III. Eleg. IV. vers. 28.

Stillabat Syrio myrrhea rore coma.

ubi perperam *spirabat* Georgius *Fabricius* notis in *Terentium* ex antiquis codicibus castigabat, allusit enim ad vocem *stactes*, ἀπὸ τοῦ στάζειν, à *stillando* deductam, quomodo lacrymam seu guttam myrrhæ à Græcis Scriptoribus appellari sat notum est, sic *Arabica myrrha* apud Scriptores, & *myrrha Arabs* in Ciri Virgiliana v. 238. quo & *Noster* allusit Metam. X. v. 501. cum *stillatam cortice myrrham* dixit. Lucan. VII. v. 837. *Sanguineis stillavit roribus arbor*, recte igitur *stillabat coma*, non *spirabat*. Idem Tibullus libro II. eleg. II. v. 7. dixerat:

Illius Assyria destillent tempora nardo.

ita enim emendandus ille versus, cum vulgo perperam legatur: *Illius puro distillent tempora nardo*, satis frigide, ni mavis, *Syria nardo*, quod tantundem est,' nam Virgilius in Bucolicis Eclog. IV. vers. 25. *Assyrium vulgo nascetur amomum* dixit, quod idem in Ciri vers. 512. vocat *Syrium*:

Non thalamus Syrio fragans accepit amomo.

ubi etiam *Tyrio* perperam edunt, quomodo & in Tibulli loco supra adducto ante Scaligerum legebatur: *Tyrio rore*. Martialis libro VIII. epigr. 77. vers. 3.

Si sapis, Assyrio crinis tibi semper amomo
Splendeat.

Statius Epicedio Psittaci v. 34. lib. II. Silvar.

. . . Assyrio cineres adolentur amomo,
Et tenues Arabum respirant germine plumæ.

Venantius Fortunatus libro III. v. 489.

Lilia, narcissus, viola, rosa, nardus, amomum,
Quicquid odorifero germine mittit Arabs.

ubi in vetustis codicibus *amomus*, quomodo *nardus*, *costus* & *balsamus*, quod paulo ante vidimus. *Silius* libro XI. v. 404.

Nec crinem Assyrio perfundere pugnet amomo.

sed ut redeamus ad *Assyriam nardum*; apud *Horatium* quoque id habes libro II. Od. XI. vers. 13.

Cur non sub alta vel platano, vel hac
Pinu jacentes sic temere, & rosa
Canos odorati capillos,
Dum licet, Assyriaque nardo
Potamus uncti?

apud eundem *Tibullum* libro III. Elegia ultima v. 63. mendose quoque scribitur, ut puto:

Jamdudum Syrio madefactus tempora nardo
Debueram sertis implicuisse comas.

pro

pro *Syria nardo*. *Nardus* enim magis Poëtis in usu quam *nardum*. Sic *Achamenia nardus* apud Horatium Epod. XIII. v. 12. potest tamen & *Syrio* & *Assyrio nardo* ferri in *Tibulli* locis, cum *Martialis* quoque dixerit lib. IV. epigr. 13. v. 3. *Pretiosa suo miscentur cinnama nardo*. *Assyrium balsamum* occurrit apud Dracontium Hexaemero vers. 229.

Balsamaque Assyrios plorant virgulta per agros.

ita enim locum illum esse castigandum monuimus libro VI. Metam. v. 312. cum in editionibus circumferatur:

Balsama Casareos plorant virgulta per agros.

quanquam de Cæsarea Palæstinæ posset intelligi. Andromachus Γαλήνῃ v. 127. apud *Galenum* de Antidotis lib. I. cap. 6.

- - - καὶ κεῖνον ὀπὸν μίσγεσθαι θυώδη
Βαλσάμου Ἀσσυρίης ἔνδοθεν αἰνύμενος.

- - - *jungas & odoribus inclyta semper*
Balsama, qui Syrio mittitur orbe liquor.

ubi in transcursu notetur Βάλσαμος Ἀσσυρίη fœminino genere, quomodo *nardus*, *costus* & similia efferuntur, est enim ad arborem, non ad succum referendum. *Statius* Epicedio Pileti Ursi v. 88. lib. II. Sylvar.

Balsama & Assyrio manantes germine succi.

non *gramine*, quod nunc legitur, myrrham enim innuit, quæ arbor. *Assyrii odores Tibullo* lib. I. Eleg. III. v. 7.

Non soror Assyrios cineri qua dedat odores.

& apud Catullum Carm. 69. v. 44.

Fragrantem Assyrio venit odore domum.

Seneca Hippol. v. 392.

Odore crinis sparsus Assyrio vacet.

Assyrios nidos Phœnicis, pari modo *Martialis* libro V. epigr. 7. v. 1. propter odores illuc congestos. *Syrium malobatrum Horatio* Carm. II. od. 7. v. 8. *Syrio munere plenus onyx*, pro unguento, apud *Propertium* libro II. Eleg. X. v. 30. Συρίου μύρου Theocrito Adoniazusis v. 114. *Athenæus* lib. XV. p. 689. A. ubi agit de unguentis: ἡ δὲ Συρία τὸ παλαιὸν χρηστὰ πάντα παρείχετο, μάλιστα δὲ τὸ τήλινον· νῦν δ' οὔ. *Priscis temporibus maxime commendabantur è Syria, telinum potissimum, nunc vero minime.* Sed ut ex hoc diverticulo redeamus ad Nasonem, *Arabo rore*, quod dixit, eleganter factum. *Arabos* pro *Arabes* quoque Plautum usurpasse in Bacchidibus & Pœnulo, Virgilium Æneidos septimo, Lucilium, Cinnam, Cassium in Epistolis, *Charisius Sosipater* observat. *Arabium bombycem Propertius* dixit libro II. Eleg II. v. 25. & *Arabium limen* libro I. Eleg. XIV. v. 19. quomodo & in Pœnulo *Plauti* Act. V. Scen. IV. v. 6. hodie legitur: *Arabius murrhinusque omnes odor complebat nares.* Nam in Bacchidibus nunc id vocis non exstat. *Rore* igitur *Arabo* bene se habet, quas *Sidonius Apollinaris* Panegyrico Majoriani v. 648 *guttas Arabicas* vocat:

- - *Fert Indus ebur, Chaldæus amomum,*
Assyrius gemmas, Ser vellera, thura Sabæus,
Aurum Lydus, Arabs guttam, Panchaïa myrrham.

& ante eum *Apulejus* Metamorphoseos libro secundo pag. 45, 7. edit. Floridi dixit: *Capillum guttis Arabicis obunctum.* Qui locus opportune alterius me monet apud eundem *Apulejum* Metamorph lib. V. pag 171, 5. insigniter corrupti, ut mihi visus est, quem totum adscribam: *Tunc injuria mea litatum crediderim, cum ejus comas, quas istis manibus meis subinde aureo nitore perstrinxi, deraserim: pinnas, quas meo gremio nectares fontis infeci, prætotonderim.* Verba sunt Veneris de Cupidine quiritantis, sed quid volunt sibi ista, *aureo nitore comas perstringere?* quid, *pinnas inficere gremio nectares fontis?* Opinor *Aravo* pro *Arabo* scriptum primo fuisse, solemni errore, atque inde *aureo* factum. Totus igitur locus sic concinnandus videtur: *Cum ejus comas, quas istis manibus meis subinde Arabo nidore perunxi, deraserim: pinnas, quas mei gremii nectareo fotu refeci, prætotonderim.* Posset & legi *aura Eoa nidore*, de quo dictum Metamorph. XV. v. 394. sed alterum omnino præstat, *Apulejus* de Iside libro XI. Metamorph. pag. 362, 5. *Spirans Arabia felicis germina.* Idem Florid. lib. I. cap 6. *Odorum divites Arabes*, habes apud *Festum* adagium,

Ille mei cultus unicus auctor abeft. (56)
Molle meum, levibusque cor eft violabile telis: (57)
Et femper cauffa eft, cur ego femper amem.
Sive ita nafcenti legem dixere forores;

Nec

gium, *Arabice olere*, apud Græcos Paroemiographos, *τὴν ὅλην Ἀραβίαν ἀποπνέυσθαι*. *Liquores Arabos* dixit Statius Epicedio Glauciæ, & lacrymis Etrufci, v. 212. lib. III. Sylv. ubi tamen legitur: *Affyrios liquores*, quomodo *Arabum rorem* Nofter:

Quod Cilicum flores, quod munera graminis Indi,
Quodque Arabes, Pharique, Palæftinique liquores
Arfuram lavere comam.

de *ungendi* verbo alibi multis egimus. Emenda in tranfcurfu locum in Ciri Virgiliana verf. 168.

Non ftyrace Idæo fragrantes uncta capillos.

ubi perperam nunc legitur, *flagrantes picta capillos*, fuit & cum *Eoo ftyrace* legendum putarem, quod Cretenfem *Plinius* videtur parvi facere. *Fotu pinnas reficere*, laffas videlicet volando. *Gremio fovere* phrafis ufitatiffima, de qua videantur, quæ notamus ad Epicedium Drufi v. 96. *Claudianus* Epithalamio Honorii v. 122.

- - - Gremio natum Cytherea refovit.

fic *refota laffitudine* apud hunc ipfum *Apulejum* libro IX pag. 269, 12. Ennodius Epithalamio Maximi de Venere v. 43.

Hac ait, & fobolem fotu complexa benigno.

Reficere pinnas, quomodo ipfe mox Apulejus Metamorph lib VI pag 162 5. de hoc ipfo Cupidine: *Refectis pinnis aliquanta quiete longe velocius provolat*, *nitor* pro *nidor* alibi non uno loco perperam apud Apulejum olim legebatur, ut libro VIII. pag 254. 3. *Mellitum corporis nidorem perfentifcunt*. Heinfius.

In Francof. erat, *non Arabum dona capillus habet*; fed mihi quoque perplacet, *Arabo rore*: nam *Arabum* & *Arabem* veteres dixiffe egregie docent *Servius* & *Pierius* ad *Virgilii* VII Æneid. v. 605. de *rore* vero *Arabo*, five Myrrha, five Nardo, five alio odore, vide Illuftr. *Spanhemium* ad *Callimachi* Hymn. in Apoll. verf. 38. *Burmannus*.

(56) *abes* malim, vid. notas fuperiori Epiftol. v. 95. *Heinfius*.

(57) Idem dicit de fe lib. IV. Trift. Elegia ultima verf. 65.

Molle cupidineis nec inexpugnabile telis
Cor mihi, quodque levis caufa moveret, erat. Ciofanus.

Τὸ *cor* producitur, *levibus cor*, contra quam folet. Certe Nofter Trift. libro V. Eleg. VIII. verf. 28

Molle cor ad timidas fic habet ille preces.

nam in illo ejusdem libri Elegia prima v. 63. anceps eft fcriptura:

Strangulat inclufus dolor, atque cor æftuat intus.

cum in potioribus membranis fit, *atque exæftuat intus*, fed corripitur quoque Pont. libro I. Eleg. III. ad Rufinum v. 32. & libro V. Metam. Fab. VI. v. 384. Ciceroni etiam in verfione loci Homerici: *Ipfe fuum cor edens*. *Martiali* etiam libro X. Epift XV. v. 1. & *Aufonio* in epigrammatis. Quare à Nafonis manu opinor effe:

Molle mihi, levibusque cor eft violabile telis.

nifi quis mavult accedere *Micyllo* caftiganti:

Molle meum levibusque cor eft violabile telis.

fed

Nec data sunt vitæ (58) fila severa meæ;
Sive abeunt studia in mores; artesque magistræ; (59)
Ingenium nobis molle Thalia facit.
Quid mirum, primæ si me lanuginis ætas
Abstulit, atque anni, quos vir amare potest?

Hunc

sed nostram conjecturam veriorem puto, etsi codices vetusti pro vulgata lectione stant mira pertinacia. Putabam aliquando:

Molle meum levibus jecur est violabile telis.

ut *jecor* primo fuerit exaratum, nunc alio imus. Trist. lib. IV. Eleg. ult. v. 65.

Molle, cupidineis nec inexpugnabile telis
Cor mihi, quodque levis caussa moveret,
erat. Heinsius.

Ubi *Micyllus* ita castiget, nescio, sed in Francof. codice erat:

Molle meum levibusque cor est violabile telis.

ut nos jam olim edi curavimus.

(58) *Et data sunt vita*] Imo: *Nec data*, quicquid obnituntur libri veteres, olim reponi placebat: *Nec data sunt.* Nunc contendo castigari oportere: *Nec rata sunt*; *ratum opus Parcarum* in Ibide dicet. Hæc alibi pluribus illustramus. *Heinsius.*

Nec data Francofurtensis, quod probum est, & sæpe nimium Heinsius in vocem illam *ratus* supponendam pronus fuit, vide Epist. XVI. vers. 273.

(59) *Magistra* omnino scribendum pro *magistræ.* Arte Am. lib. III. vers. 545. id ipsum dixit:

Scilicet ingenium placida molimur ab arte,
Et studio mores convenienter eunt.

Virgilius Æn. VIII. v. 442.

- - - Omni nunc arte magistra
Præcipitate moras.

& XII. v. 427.

Non hæc humanis opibus, non arte magistra
Proveniunt.

occurrit id bis terve apud Sidonium quoque Apollinarem. Sic *digiti magistri Symposio* Ænig. II. & *bonitate magistra* in Catalectis Pithœi, & *jussa magistra* apud Silium lib. III. v. 387. & *Roma lanuria magistra* apud Propertium lib. III. el. 10. v. 18. Noster lib. I. Art. Am. v. 464.

Effugiant voces verba magistra tua.

sic ibi vetus codex. Oenones Epistola V. Heroid. vers. 96.

Consule, queis ætas longa magistra fuit.

Juvenalis Satyra XIII. v. 22.

Nec jactare jugum vita didicere magistra.

sic & *cuppa potare magistra Horatio* in Satyris lib. II. Satyr. 2. v. 123. *Magistra pietate* apud Statium libro I. Achill. v. 105. apud *Macrobium* Saturnal III. cap. XI. *Quod mihi magistra lectione compertum est*, & *argumentum magistrum* Solino cap. XXXII. ut recte viri eruditi castigarunt. Posset tamen & legi, *artesque magistra*, ut ad Thaliam referatur. *Heinsius.*

Durius illud *artesque magistræ*, scilicet, *sunt*, vel *fiunt*; nec mollius, quod *Crispinus* retinet, *artesque magistras*. an *studia abeunt* in *artes magistras*, id est artes abeunt in artes? vel quo sensu hæc capienda sint vellem docuissent viri docti. Ego mallem:

Hunc ne pro Cephalo raperes, Aurora, (60) timebam.
Et faceres: sed te prima rapina tenet.
Hunc si conspicias, (61) quæ conspicis omnia, Phœbe;
Jussus erit (62) somnos continuare Phaon.
Hunc Venus in cœlum curru vexisset eburno;
Sed vidit & Marti posse placere suo.
O nec adhuc juvenis, (63) nec jam puer; utilis ætas!
O decus, atque ævi gloria magna tui!
Huc ades: inque sinus, formose, relabere nostros.
Non ut ames, oro, verum ut amare sinas. (64)

Scribi-

Artisque magistra
Ingenium nobis molle Thalia facit.

ut Thaliam magistram vocet, elegantissime, quæ non modo Poëticam ipsam docuit, sed & formavit mores, ut III. Art. Am. v. 540.

Et facit ad mores ars quoque nostra suos.

& seqq. ita Poëtæ sæpe Musas & alios Deos magistros suos vocant, & hinc Horat. I. Od. XXIV. vers. 2.

Præcipe lugubres
Cantus Melpomene.

quem locum impuris manibus nuper attrectavit Gorallus, dedecus & opprobrium nostri seculi, & præficam faciens Deam, *præcine* conjecit, cum *præcipere* proprie magistrorum verbum esse, vel pueri norint, ita Bacchum docentem carmina vidit idem Poëta II. Od. XIX v. 1. & Noster *dictantem carmina* Cupidinem sæpe inducit, & paullo ante *Sappho* dixit:

At mihi Pegasides blandissima carmina dictant.

& ita millies, sed imperitiam hujus Galluli egregie nuper vir non indoctus exposuit ludibrio, Tom. XII. Historiæ Criticæ pag. 133. porro pro *facit* hic antiquæ editiones, & omnes fere scripti *dedit*; nisi quod in codice Wittiano erat à manu secunda. *Aldus* vero edidit *facit*; ut est in Francofurtensi libro: eadem varietas supra Epist. X. v. 27. *Vires animus dabat*, ubi codices alii *facit*, sed *facit* rectum etiam alibi:

Ingenium nobis ipsa puella facit.
Burmannus.

(60) Ἀποστροφὴ, vel potius: Προσωποποιία. *Ciofanus.*

(61) *Conspiciat*] Elegantius *conspicias*, & *conspices*, Scriverianus *eris*.

(62) *eris* quidam. *Heinsius.*

(63) Senec. Epist. XII. *Est alter, qui annos adolescentia excludit, est qui totam pueritiam ambitu suo adstringit.*

(64) Sic corriges, quemadmodum id quod sequitur, *admonuit quamvis*, alii *admoneat*. Egnatius.

In libro Masseiano, *sed ut amare sinas*, in quo τὸ *te* à librario omissum esse putaverim, hoc videlicet modo: *sed te ut amare sinas.* Vaticanus perspicue habet: *Non quod ames oro, sed quod amare sinas*, fortasse non male. Non desunt tamen, qui legant è bonis libris: *verum ut amare sinas.* Ciofanus.

Sed

Scribimus, & lacrimis oculi rorantur obortis.
  Adſpice, quam ſit in hoc multa litura loco.
Si tam certus eras hinc ire, modeſtius iſſes;
  Et modo (65) dixiſſes: Lesbi puella, vale.
Non tecum lacrimas, non oſcula ſumma tuliſti. (66)
  Denique non timui, quod dolitura fui.
Nil de te mecum eſt, niſi tantum injuria: nec tu,
  Admoneat (67) quod te, pignus amantis habes.

Non

Sed quod amare ſinas, Linacer lib. IV. de Conſtruct. verbi Activi, ut in Triſt. V. Eleg. I. verſ. 16.

Præmoneo nunquam ſcripta quod ille legat.
Bersmannus.

Verum ut amare ſinas, durius, quam ut *Ovidio* exciderit. Scripti plerique: *ſed quod amare ſinas*, *ſed te ut amare* ex veteri libro notarat *Politianus*, alii, *ſed ut amare*. Forte:

Non ut ames, oro: me ſed amare ſinas.
Heinſius.

Furorem illum, quo proſequebatur *Sappho* Phaonem, auctor hujus Epiſtolæ egregie exprimit, ſed cauſſam amabilitatis *Plinius* lib. XXII. 8. refert ad radicem herbæ candidæ, quæ *centum capita* vocatur. (vid. num. CCXXXIII.) Quod neſcio, an alius quis prodiderit. *Burmannus.*

(65) *Si mihi*] Scripti nonnulli, *ſi modo*, alii, *& modo*, bene. *Heinſius.*

(66) *Oſcula noſtra tuliſti.*] *Oſcula ſumma* plerique veteres; ſic *extrema oſcula*, *ſuprema oſcula*, *ultima oſcula*, & *oſcula prima*, paſſim apud Poëtas. Triſt. lib. I. Eleg. III. v. 57.

Sæpe vale dicto rurſus ſum multa locutus,
Et quaſi diſcedens oſcula ſumma dedi.

Senec. Med. v. 289.

Dum extrema natis mater infigo oſcula.

Stat. Theb. XII. v. 417.

Ignem miſeræ poſt ultima quærunt
Oſcula.

ſic *prima oſcula*, II. ex Pont. Epiſt. III. v. 72.

Quodque tibi in cunis oſcula prima dedi.

utraque jungit Senec. Theb. v. 486.

Ferat ut reverſo poſt fugam nato oſcula
Vel prima, vel ſuprema.

mox malo, *qua dolitura fui.* Heinſius.

(67) *Nec te admoneat*] Sic in veteribus: & recte mea ſententia: quidam tamen *admonuit* malunt, neque id non recte, ad hoc *pignus* in quibusdam, non *munus*. Naugerius.

Nec te Admonuit, quod tu munus amantis habet, quidem vulgaris lectio habet, bono ac tolerabili ſenſu. *Domitius* autem pro: *Admonuit*, *Admoneat* reponit potentiali modo, ut accipiatur pro Admonere poteſt, ut ſit ſenſus: Nec te poteſt admonere mei munus, quod à me habes: quia ſcilicet nullum habes, ſed hoc ille ſuo more. *Egnatius* cum vulgari lectione conſentit, niſi quod pro duabus vocibus, quæ verbum ipſum ſequuntur, conjunctionem *Quamvis* ſubſtituit, legens: *Admonuit, quamvis munus amantis habes.* Micyllus.

Nec

105. Non mandata dedi: neque enim mandata dedissem
Ulla, nisi, ut nolles immemor esse mei.
Per tibi, qui numquam longe discedat, (68) Amorem,

Perque

Nec te Admonui, quod tu munus amantis habes, Vatican. & Maff. Alii malunt:

——— *Nec te Admoneat, &c.*
Ciofanus.

Pignus amantis quinque libri. *Admonuit* praeterea in multis, quod *Naugerius* etiam vidit & ad *Statii* Sylvas Diatribes cap. XLIX. Noster *Gronovius*. Heinsius.

Douza volebat: *injuria, quae me admoneat. Bersmannus* edidit: *Admonuit, quamvis pignus amantis habes.* Contrario, ac Poëta voluit, sensu nobis *Admoneat* placet, & distinctione esse juvandum locum credimus:

Nec tu,
Admoneat quod te, pignus amantis habes,

nullum tecum pignus habes, quod te admoneat mei amantis, in alia lectione sensum nullum video, si oscula, si lacrimas discedens à me tulisses, ea tibi pignus essent, quod te admonere, & in memoriam *Sappho* revocare posset, nunc tu nullum pignus habes, quod te admoneat, & recte *Gronovius* vim verbi *admonere* illustravit, quod τῷ *oblivisci* opponitur. *Statius* lib. IX. Theb. vers. 439.

Nec te admonet altrix
Unda, tuasque manus jampridem oblite parentum
Liber?

sic Epist. III. v. 132.

Praesentisque oculos admonuisse sui.

& Remed. Amor. v. 662.

Admonitu liber aberrat amor.

& ita quae oculis incurrunt, admonent, VI. Metam. vers. 620.

Quid possit ab illo
Admonita est.

Pignus vero rectius, quam munus, quocunque enim fides fit, *pignus* dicitur, ut Epist. IV. vers. 100.

Illa fera spolium, pignus amoris, habet.

II. Art. v. 248.

Hoc Domina certi pignus amoris erit.

III. Metam. v. 283.

Det pignus amoris.

VIII. v. 92.

- - - *Cape pignus amoris*
Purpureum crinem.

sic Silius VIII. v. 150.

Ensem Dardanei quaesitum in pignus amoris.
Burmannus.

(68) Alii omnes *discedit*. Nos ex affectu optantis foeminae illum modum substituimus, ac si dicat, qui ut numquam discedat & abeat à me opto. *Fynatius*.

Discedat veterum non pauci, probe, est enim optantis. Metam. X v. 623.

Vel certe non hoc, qui plurimus urit (& urat)
Pectora nostra, Deo, sed victa libidine credar.

ita locus ille scribendus, vulgatum *ussit & urit* non est nauci. Amor, III. El. XI. v. 45. loco itidem mendoso:

Parce per o lecti socialia jura, per omnes
(Qui dent fallendos se tibi saepe) Deos.

Trist.

Perque novem juro, numina noſtra, (69) Deas;
Cum mihi neſcio quis, Fugiunt tua gaudia, dixit;
Nec me flere diu, nec potuiſſe loqui.
Et lacrimæ deerant oculis, & lingua palato: (70)
Adſtrictum gelido frigore pectus erat.
Poſtquam ſe dolor invenit; nec pectora plangi, (71)

Nec

Triſt. II. v. 155.

Per ſuperos igitur, qui dent tibi longa dabuntque
Tempora.

ubi ſimiliter peccatur. *Heinſius.*

Novem Deas] Muſas, quæ novem ſunt, Jovis filiæ ex Mnemoſyna, quarum princeps eſt Calliope *Heſiodus* in Theogonia, & *Apollodorus* lib. I. Bibliothecæ. *Ciofanus.*

(69) Liber Maff. *ſancta*: eſt autem appoſitio. *Ciofanus.*

(70) *Verba palato*] Sic ii, quibus utor, libri veteres. *Ciofanus.*

Lingua veteres, alii *verba*. *Heinſius.*

(71) *Poſtquam ſe dolor imminuit, mea pectora planxi.*] Alii, *nec pectora plangi*, ubique tamen *Ovidius* priore verborum forma hanc ſententiam contexuit, ut Canace Heroid. Epiſt. XI. verſ. 91.

Exieram thalamo, tum demum pectora planxi.

& Medea Heroid. Epiſt. XII. v. 153.

Protinus abſciſſa planxi mea pectora veſte.

adde quod vix dicatur, nec *puduit plangi pectora*, ſed *plangere*, ut *exululare*. Egnatius.

Alii: *Poſtquam ſe dolor imminuit, neque pectora plangi, Nec puduit, &c.* Priorem lectionem approbat *Egnatius*. Poſterior elegantior eſt: niſi quod infinitivus *Plangi* offendit, quem active poni magis referebat. *Micyllus.*

Iidem *invenit*, optime, ut obſervationum libro ſecundo, cap. XXI. jam monuit idem ille præſtantiſſimus *Gronovius*. *Petronius* Satyr. c. 91. *Diu vocem neuter invenit*, & de bello civili cap. 119.

- - - *Quærit ſe Natura, nec invenit.*

Statius Theb. V. v. 606.

- - - *Poſtquam laxata dolori*
Vox invenit iter.

ſic ſcribo, non *dolore*. Quod Virgilius lib. XI. Æn. v. 151. paullo aliter effert:

Et via vix tandem voci laxata dolore eſt.

ubi etiam ſcriberem libenter *dolori*, in loco tamen Curtiano libro IX. cap. 3. quem vir idem doctiſſimus adduxit, illud, *liberius dolor egeri cœpit amantibus lacrymis*, non auſim damnare, ſi veterum librorum nitatur auctoritate, cum *Noſter* in Triſtibus IV. Eleg. 3. verſ. 38. quoque dicat:

Aufertur lacrymis egeriturque dolor.

nec neceſſe pro *raptis* capillis *ruptos* reponi lib. III. Art. v. 161.

Nos male detegimur, raptique ætate capilli,
Ceu Borea frondes excutiente, cadunt.

Ep. Ariadnes Epiſt. X. Heroid. v. 16.

Cc

Uſque

Nec puduit sciſſis (72) exululare comis.
Non aliter, quam ſi gnati pia mater ademti (73)
Portet (74) ad exſtructos corpus inane rogos.
Gaudet, & è noſtro creſcit mœrore (75) Charaxus
Frater; & ante oculos itque reditque meos.

Utque

Utque erat è ſomno turbida, rapta coma eſt.

Art. Am. III. v. 570.

Nec raptus flendi cauſa capillus erit.

ubi *Paſſeratius* ad *Propertium* male *carptus* lectum velit. *Heinſius.*

Vid. ad Epiſt. X. 16.

(72) *Raptis*] Iidem libri *ſciſſis*, placet. *Ciofanus.*

(73) Mortui, libri I. de Ponto Epiſt. IX. verſ. 41.

Jure igitur lacrimas, Celſo libamus adempto,
Cum fugerem, vivo quas dedit ipſe mihi.
Ciofanus.

(74) Quidam codices *ferret*, ſed rectum eſt prius. *Catull* Epithal. 65. de nuptiis Pelei v. 83.

Funera Cecropidæ, nec funera, portarentur.

Juvenal. Satyr. III. v. 32.

Portandum ad buſta cadaver.

& Sat. X. v. 260.

Hectore funus
Portante. Heinſius.

Portet in exſtructos codex Merani. Duo alii, *ad extremos.* Lincol. *ad exſtinctos.*

(75) Eleganter, Paulinus Oratione ad Deum, carmine III. v. 13.

Non obitu adfligar cujusquam, aut funere creſcam.

Seneca Medea v. 990.

Quid miſera feci? miſera, pœniteat licet,
Feci, voluptas magna me invitam ſubit.
Ut, ecce, creſcit!

ſic emendo, niſi malis: *Et cade creſcit*, vel *ex ſcelere.* Vulgati: *Et ecce creſcit.* Gloſſarium MS. Voſſianæ Bibliothecæ: *Ovare, creſcere, gaudere.* Eſt autem gaudio exultare, & invidorum proprium eſt; eandem phraſin nos Belgæ adhuc habemus: *hy groeyt daer in*, ſimilis locus apud *Stat.* VIII. Theb. 755. de Tydeo:

- - - Lævaque receptum
Spectat atrox hoſtile caput, gliſcitque repentis
Lumina torva videns.

quem locum acceptum referimus admirandæ eruditionis viro *J. F. Gronovio.* *Gliſcere* autem idem eſt, quod *creſcere* hic. Liv. II. 27. *Sævire inde utique conſulum alter Patresque, ſed plebs creverant animi*, nimirum ex odio, eadem ratio eſt vocis *Paſci*; qua utitur Metamorph. VI. v. 280. de Niobe:

Paſcere crudelis noſtro Latona dolore,
Paſcere, ait, ſatiaque meo tua pectora luctu.

& Amor. I. Eleg. 15. v. 39.

Paſcitur in vivis livor, poſt fata quieſcit.
Heinſius.

Cicero ſæpius hac eleganti locutione uſus, & aliquando paullo alia ſignificatione, pro gloria, fama,

Utque pudenda mei (76) videatur caussa doloris;
Quid dolet hæc? certe filia (77) vivit, ait.
Non veniunt in idem pudor atque amor, omne videbat
Vulgus; eram lacero pectus aperta sinu.
Tu mihi cura, Phaon: te somnia nostra reducunt;
Somnia formoso (78) candidiora die.
Illic te invenio; quamquam regionibus absis;
Sed non longa satis gaudia somnus habet.
Sæpe tuos nostra cervice onerare lacertos,
Sæpe tuæ videor supposuisse meos.
Blandior interdum, verisque simillima verba
Eloquor: & vigilant sensibus ora meis.
Oscula cognosco, quæ tu committere linguæ, (79)
Aptaque consueras accipere, apta dare.
Ulteriora pudet narrare: sed omnia fiunt: (80)

Et

fama, opibus, honoribus augeri, pro Cluentio cap. 28. *Oblatam sibi occasionem putavit, ut ex invidia Senatoria posset crescere.* V. Verrin. c. 67. *Denique si videor hic, id quod ego non quæsivi, de uno illo voluisse crescere, isto absoluto, quod sine multorum scelere fieri non potest, de multis mihi crescere licebit*; pro S. Rosc. c. 30. *Nam si mihi liberet accusare, accusarem alios potius, ex quibus possem crescere.* Livius XXXV. 19. *Itaque si quibus tuorum meis criminibus apud te crescere liceat, aliam materiem crescendi, quam ex me quærant*; & XXIX. 37. *In invidia Censores cum essent, crescendi ex his nactus occasionem Cn. Babius.* Quinct. Decl. V. Princip. *Adversa quæ de solatiis remediisque creverunt*, ubi est alimenta ceperunt ex solatiis & remediis, quæ quotidie renovarunt & auxerunt. *Incrementa de aliquo quærere*, dixit Justinus lib. XXV. 3. *Perpetuis crescere rapinis*, Claud. II. Rufin. 318. *Burmannus.*

(76) *Pudenda magis*, Regius.

(77) Quam habuit ex Cercola, Svidas, v. notas Ursini ad Fragmenta Sapphus pag. 287. meminit ejus & Maximus Tyrius. *Heinsius.*

(78) *Formosa* Merani codex.

(79) *Committere lingua*] *Lingua* Francof. non male, conjuncta oscula per linguam indicat, vid. II. Amor. vers. 257. ubi *nexa lingua oscula*, & v. 60. *juncta oscula*, ut & alibi, quæ hic *commissa* dicit. *Burmannus.*

(80) *Ulterius pudet hic*] Sic nostri libri scripti. *Ciofanus.*

Ulteriora pudet narrare: sed omnia fiunt. Etiam recte ex suis Naugerius, lib. V. Fast. vers. 532.

- - - *Pudor est ulteriora loqui.*

Lib. III. Art. v. 769.

Ulteriora

Et juvat, & ſine te non libeſ (81) eſſe mihi.
At cum ſe Titan oſtendit, & omnia ſecum;
Tam cito me ſomnos deſtituiſſe queror.
Antra nemusque peto; tamquam nemus antraque proſint;

Conſcia

Ulteriora pudet docuiſſe, ſed alma Dione,
Præcipue noſtrum eſt, quod pudet, inquit, opus. Heinſius.

(81) *Non libet* bene quatuor libri. Opinor ſcribendum:

- - - *Sed omnia fieri*
Et juvat, & ſine te non libet eſſe mihi.

ſæpe *libet* in *licet* degeneravit, ſic lib. II. Art. Am. v. 327.

- - - *Quotiesque libebit,*
Quæ referas illi, ſomnia læta vide.

Faſt. VI. v. 325.

Nec libet, & longum eſt epulas narrare Deorum.

ita locis iſtis ſcribendum. *Heinſius.*

Nulla hic mendi ſuſpicio interpretibus ſuborta ſuit, quod miror: nam ſi verba efficaciſſima & electa ad arcanas veneris notas, quas optime myſta noſter callebat, indicandas, quibus Sappho plenam voluptatem, quam in ſomniis videre & ſentire ſolebat, exprimit, expendiſſent, facile vidiſſent jejune admodum illud ſubjici, *& ſine te non libet eſſe mihi*, quod etiam de amore modico, & primum nato dici poſſet, vix enim durare ſine amatore ſuo puellas, quam primum tactæ ſunt, poſſe, notum eſt, & illa locutio *ſine te* nihil niſi præſentiam amatoris, quam deſiderare videtur, indicare poteſt, ita III. Am. el. XI. v. 37. cum dixiſſet:

Nequitiam fugio, fugientem forma reducit.

mox addit v. 39.

Sic ego nec ſine te, nec tecum vivere poſſum.

quæ cum ita ſint, quanti non faciendus codex ille Francofurtenſis, qui ſolus ſervavit veterem, & reliquis librariis non intellectam ſcripturam:

Et juvat, & ſicca non licet eſſe mihi.

legendum nimirum minima mutatione *ſicca*, tam vivam ſibi per quietem imaginem libidinis & voluptatis veræ obvenire fatetur, ut non licuerit in toro ſiccæ jacere, ſic apud Noſtrum IX. Metam. v 484. Byblis, inceſtum pari fere modo ſomnium narrans:

Gaudia quanta tuli! quam me manifeſta libido
Contigit, ut jacui totis reſoluta medullis!
Ut meminiſſe juvat, quamvis brevis illa voluptas.

ſimili modo *ſiccam* vocat Noſter, cui hebes locus ille torpet, puellam. II. Art. Am. ubi cum v. 683. dixiſſet:

Odi concubitus, qui non utrumque reſolvunt.

Addit:

Odi quæ præbet, quia ſit præbere neceſſe,
Siccaque de lana cogitat ipſa ſua.

& ita cape illa Martialis XI. 17. v. 7.

Tu quoque nequitias noſtri luſuſque libelli
Uda puella leges, ſis Patavina licet.

vide etiam quæ olim ad Petron. cap. XXXVII notavimus, & hoc jam exigit verbum præcedens *juvat*, cum enim juvat puellam coitus & ſentit, à libidinis ſenſu reſolvi neceſſe eſt, & eo ſenſu ſæpe Noſter & alii utuntur. Noſter I. Am. El. IV. verſ. 67.

Si

Conscia deliciis illa fuere tuis. (82)
Illuc mentis inops, ut quam furialis Erichtho (83)
140. Impulit, (84) in collo crine jacente, feror.

Antra

Si mea vota valent, illum quoque nil juvet opto:
Sin minus; at certe te juvet inde nihil.

II. Art. 681.

Illis sentitur non irritata voluptas,
Quod juvet, ex aquo femina virque ferant.

III. Art. 793.

Sentiat ex imis venerem resoluta medullis
Femina, & ex aequo res juvet illa duos.

& mox 803.

Quod juvet, & voces & anhelitus arguat oris.

Hero de simili somnio Ep. XIX. 63.

Multaque praterea lingua reticenda modesta
Qua fecisse juvat, facta referre pudet.

Unde videmus, quam recte *juvat* Crispinus exposuerit *prodest*, nulla autem parte verae & robustae voluptatis se in somniis fraudari indicant verba, *omnia fiunt*, sed de quibus vide ad Petronium cap. XI. satis enim jam Pudori vim fecimus, & Gorallum, Aristophanicum Theologum, metuo, qui tales sibi ab aliis delicias praeberi dolebit, cum ipse ex Catullo nequiores Gallulis suis apponere soleat nequitias. *Burmannus.*

(82) *Mess*, Editiones plurimae, & codices Francof. & sex alii.

(83) Erichto Thessalica venefica, sive maga fuit, cujus opera Pompejus quoque usus fuit, de qua prolixe *Lucan.* lib. VI. Sed hic *Ovidius* pro generali nomine veneficarum posuisse videtur, speciem pro genere usurpando. *Micyllus.*

(84) Scripti multi cum primis editionibus *Attulit.* Unde *Attonat* olim fingebam, de quo verbo lib. III. Metam. v. 532. Nunc *Abstulit* repono, propius insistens vestigiis scriptae lectionis, similis diversitas scripturae in Statio Theb. IV. vers. 254.

Quos non ille duces nemorum fluviisque dicata
Numina, quas magno non abstulit igne Napaeas.

ita enim veteres membranae. Noster supra:

Quid mirum, si me prima lanuginis aetas
Abstulit?

Epistola Paridis Ep. XVI. Heroid. v. 199.

Phryx erat Aurora conjux: tamen abstulit illum
Extremum noctis qua Dea finit iter.

Lib. I. Artis Amat. 561.

Implicitamque sinu (neque enim pugnare volebat)
Abstulit.

Lib. II. v. 91.

Decidit, atque cadens, Pater, o pater, auferor, inquit.

& mox v. 140.

. . . Subitus cum Pergama fluctus
Abstulit.

Hinc patet, cur *ablatum cervum* lib. I. Metam. v. 306. in descriptione diluvii Deucalionei dixerit, ubi *alato* insulse reponebant. Remed Amor. v. 343. *Auferimur cultu.* Epistola Hypsip. Heroid. VI. v. 131. *O demens, Colchisque ablate venenis.* Senec. Agamem. v. 275.

 Sed

Antra vident oculi ſcabro pendentia topho, (85)
Quæ mihi Mygdonii marmoris inſtar erant.
Invenio ſilvam, quæ ſæpe cubilia nobis
Præbuit, & multâ texit opaca (86) comâ:
At non (87) invenio dominum ſilvæque meumque.
Vile ſolum locus eſt: dos erat ille loci.

Agnovi

Sed nulla Atridem Venere furtiva abſtulit.

Cornelius Severus apud Senecam Svaſoria VII. & in Severi Fragm. pag. 178.

- - - Sed enim abſtulit omnes,
Tanquam ſola foret, rapti Ciceronis imago.

hoc eſt, in ſe convertit omnes. *Statius* Theb. VI. verſ. 669.

Plenius omnes
Abſtulit in ſe oculos. Heinſius.

Ego conjecturæ huic Heinſii minime aſſentiri poſſum, ut qui *impulit* multo gravioris ſignificationis verbum putem, quam *abſtulit*, & hic de furore, vel ei certe ſimili affectione agitur, ſic *Valer. Flac.* III. v. 264.

Ceu pavet ad crines, & triſtia Pentheos ora Thyas, ubi impulſa jam ſe Deus agmine matris
Abſtulit.

Lib. IV. v. 32.

Hortator poſtquam furiis & voce nefanda
Impulit Oeneides.

& ita paſſim Poëtas loqui ipſe *Heinſius* notavit ad ejusdem Poëtæ lib. III v. 325. *Totamque Deus ſimul impulit urbem*, & de alia graviſſima affectione, qua præcipites homines aguntur, ad *Vellej. Paterc.* II. 33. ſequentia: *In collo crine jacente*, ut vaticinanti & furioſæ reſpondent, & præcipue ita verbum *feror* egregie congruit: *Ferri* enim impulſi furiis, & graviſſima perturbatione mentis, proprie dicuntur. Horat. I. Satyr. IV. 30.

Quin per mala præceps
Fertur.

Virgil. II. Æn. v. 498.

Fertur in arma furens.

Cicero pro Quinct. c. XI. *Id Sex. Nævius non faceret, qui usque eo fervet,ferturque avaritia.* Si quid mutandum vero hic eſſet, arrideret impenſe Francofurtenſis codicis lectio, in quo eſt *Attigit*, nam *tangi*, *contingi* proprie in furorem actæ dicuntur Heroid. Ep. IV. verſ. 50. *Numine contactas attonnere ſuo*, vide *Heinſ.* ad III. Amor. Eleg. I. 64. idem codex habebat: *Furialis Enyo.* Palat. & Franc. *Erinnus.* Burmannus.

(85) *Tophus* lapis ſcaber & pumicoſus, familiaris ſpecubus & antris montium eſt. *Pendentia* autem, quod *Domitius* exponit ſublimia, pro arcuata & ſuſpenſa magis accipiendum. *Mycyllus.*

Vid. III. Amor. 1. 3. *Scaber* autem tophus etiam eſt in Catalectis Pithœi pag. 32.

Decidens ſcabrum cavat unda tophum.

ſequenti verſu Scriverianus *qui mihi erat*, ut de topho capiatur, qui inſtar marmoris erat *Sappho*, propter delicias, quibus in antris illis perfrui ſolebat. *Burmannus.*

(86) *Preſſit opaca*] Multo rectius iidem libri & quidam alii, *texit opaca.* Ciofanus.

Multis preſſit opaca comis, MS. Bersm.

(87) *Sed non*] *At non* ſcripti, mox *agnovi* pro *cognovi* quidam. *Heinſius.*

(88) Unus

Agnovi (88) pressas noti mihi cespitis herbas:
De nostro curvum pondere gramen erat.
Incubui; tetigique locum, qua parte fuisti;
Grata prius lacrimas combibit (89) herba meas.
Quin etiam rami positis lugere videntur
Frondibus; & nullæ (90) dulce queruntur aves.
Sola virum non ulta pie (91) mœstissima mater
Concinit Ismarium Daulias ales Ityn.
Ales Ityn, Sappho desertos cantat amores (92)
Hactenus; ut media (93) cetera nocte silent.
Est nitidus, vitreoque magis perlucidus amne, (94)
Fons sacer: hunc multi numen habere putant:

Quem

(88) Unus Heinsii: *Agnovi pressas, vestigia corporis herbas*, non invenuste. *Modo vivi* in uno Regio, *modo noti* Merani.

(89) Omnes hactenus *combibit*, legêre: mihi *cum bibit* non displicet: ut hic plane sit sensus, incubuisse se in locum frequentius, ubi ante jacuerant, cum interim herba locusque, ante illi gratus, exciperet suas lacrimas, quæ fluerent ad memoriam Phaonis, si quis tamen & *combibit* probat, non admodum repugnem. *Egnatius.*

(90) Ubi olim *mille* nullo sensu, emendabis *nulla*; aliter & syllaba nutet, & sensus non quadret. *Egnatius.*

(91) *Non ulta prius*] Emendabis *Pie*. *Prius* enim cassa vox semper visa est, ac nihili. *Egnatius.*

Sola virum non ulta prius mœstissima mater, Domitius legit, ut sit sensus: Sola mater, quæ ob id mœstissima est, quod non prius occiderit virum, quam filium, &c. Sed alii pro *Prius*, *Pie* legunt, hac sententia: Sola mater, quæ impie ulta est virum. Impie scilicet, quod in eo ulciscendo filium interfectum epulandum apposuit. *Micyllus.*

Non prius mœstissima mater libri veteres habent, aliis placet, *non pie*, quos ego nihil moror. *Ciofanus.*

(92) *Sappho miseros decantat amores*] Vatic. *desertos cantat amores.* Maff. *desertos quæret amores.* Ciofanus.

Desertos habent omnes codices meliores, ita *deserta amica* Remed. Amor. vers. 215. *Heinsius.*

Francius conjiciebat, *discerptos* vel *divulsos* vel *diruptos*, aut *disruptos*.

(93) Scripti quidam *& media*, perperam, nam & pari modo est locutus in Fastis lib. V. v. 661.

Hactenus: ut vivo subiit rorantia saxo
Antra. Heinsius.

(94) *Est nitidus, vitreoque magis perlucidus amne*] Alii aliter:

Est

Quem supra (95) ramos expandit (96) aquatica lotos, (97)

Una

Est nitidus, vitroque magis perlucidus amnis. Egnatius.

Est nitidus, vitroque magis perlucidus amnis, hæc Naugeriana lectio, sed ridicule fontem & amnem eundem facit, primæ editiones & scripti plerique: *vitreoque amne.* Mazarinianus: *vitreoque amni.* Scribe: *vitroque magis perlucidus omni.* Sic *Fons Blandusiæ splendidior vitro* apud Horatium lib. III. Od. XIII. v. 1. ita Poëtæ passim. Horat. I. Od. XVIII. v. 16.

Arcanique fides prodiga, perlucidior vitro.

Apulejus I. Metam. pag. 27, 1. edit. Floridi: *Fluvius ignavus ibat, argento vel vitro æmulus in colorem*, & magis apposite libro V. sub init. *Videt fontem vitreo latice perlucidum luci meditullio*, ubi non sunt audiendi codices, in quibus *placidum*, quod temere arripuerunt pro *perlucidum*, cum *placidiore animo* præcessit. *Heinsius.*

Nos retinuimus: *vitreoque magis perlucidus amne*, ut est in Francof. & plerisque aliis; nam amnes passim vitrei, vid. *Bernart.* ad *Stat.* I. Silv. III. v. 73. *Burmannus.*

(95) Ἀναςρεφῇ. *Ciofanus.*

(96) *Extendit*] In nonnullis *expendit*, in aliis *expandit*, recte omnia. *Naugerius.*

Libri veteres *expandit*, placet. *Ciofanus.*

Expandit primæ editiones & scripti plerique. Virgil. VI. v. 282.

In medio ramos annosaque brachia pandit
Ulmus opaca, ingens.

ubi vid. *Servium.* *Ausonius* edyll. de vere primo v. 3.

Et passura comas radicitus erigitur stirps.

Paullinus nono Felicis natali v. 280.

Nam patulos platanus ramos expandit in umbras.

Corippus Africanus de arbore in laudem Anastasii Quæst. v. 14.

Expandit satiata comas, & nubila supra est.

Idem de arbore prostata in laudem Justini Imp. lib. I. v. 231.

Languida per latas expandit brachia terras.

hinc *Patula* arbor. Virgil. Culic. v. 16.

Hinc atque hinc patula prepandit cornua fronte.

& ita sæpe simplex *pandere*. Art. Amator. III. v. 500.

Plenaque curvato pandere vela sinu.

ubi male turbant MSS. *Horat.* lib. II. Satyr. 2. vers. 26.

Picta pandit spectacula cauda.

Pandere retia Metam. IV. v. 512. ex MSS. *Virgilius* tamen II. Georg. v. 287.

Neque in vacuum poterunt se extendere ramis.

& vers. 296. *tendere:*

Tum fortis late ramos & brachia tendens
Huc illuc.

& *Seneca* Oedip. 534.

Curvosque tendit quercus & putres situ
Annosa ramos.

& *Silius* lib. V. 480.

Annosa excelsos tendebat ad æthera ramos
Æsculus. Heinsius.

Vid.

Una nemus: (98) tenero cespite terra viret.
Hic ego cum lassos (99) posuissem fletibus artus, (100)
Constitit ante oculos Naïas una meos. (101)

Constitit,

Vid. *Heinf.* ad *Valer. Flac.* I. 400.

(97) *Aquatica lotos*] Ita & lib. IX. Metamorph. v. 341. ut ab alia Loto distinguatur. Lotam vero Nympham in fabam Syriacam mutatam narrat *Servius* ad II. Georg. v. 84. sic & *Isidorus* de Mella lib. XVII. cap. 6. nam & *mella* & *faba Syriaca* dicebatur Lotos, sed faba Græca frequentius. *Burmannus.*

(98) Quid enim sibi velit vetus lectio non video, *unda nemus*, quando & *Domitius* jam ante id agnovit, & sensus *una* exposcit. *Egnatius.*

Sic & Metam. lib VIII. v. 743.

Stabat in his ingens annoso robore quercus,
Una nemus. Heinsius.

Plinius lib. XVI. 44. num. 91. *Vicina luco est ilex, & ipsa nobilis* XXXIV. *pedum ambitu caudicis, decem arbores amicsens, singulas magnitudinis vicina, silvamque sola facit.* Ita *Heinsius* notavit è membranis legendum, vulgo, *decem arbores mittens*, imitatus est & *Ovidium* Paullinus de vita Martini II. v. 259. *Arboris unius densum nemus*, ubi *Barthius* alia exempla dabit, nec hinc abludunt illa Senecæ Oedip. 542.

Medio stat ingens arbor, atque umbra gravi
Silvas minores urget, & magno ambitu
Diffusa ramos, una defendit nemus.
Burmannus.

(99) *Lassos*] *Fessos* iidem libri. *Ciofanus.*

(100) *Posuissem flebilis artus*] *Fletibus* quatuor scripti, placet. *Heinsius.*

(101) *Ante oculos visa est Naïs adesse meos.*] Non possum non admirari tantam lectionis varietatem in codicibus deprehendi: vetus enim lectio sic ferme habet:

Formosus puer est visus adesse mihi.

nunc alii diverse legunt:

Constitit ante oculos Naias una meos.

ubi miror, quid sibi velit hoc nomen, quod quidam legunt per *Ypsilon.* Manu scriptus codex noster sic habuit, ut emendavimus. Quam igitur malint, eam sequantur. Illud testari possum, veteri si lectioni steteris, dissentire à sese *Ovidium*, qui statim non ad Cupidinem, sed ad Nympham, id est, hanc Naïada, conversam *Sappho* faciat, cum inquit: *Ibimus o Nymphe*; quo in versu gravis insederat error, ut Nymphas alloqui videretur, cum Naïadem Nympham, quæ oculis objecta illi fuerat, alloquitur, & sic *Nymphe* vocandi casus erit, Græcorum more unitatis numero. *Egnatius.*

Constitit ante oculos Naias una meos, est in veteribus, & profecto recte: inferius enim: *Ibimus o Nymphe*, quidam aliter legunt; mihi, cum sequatur *constitit* & *dixit*, repetitum id *constitit*, & Ovidianum maxime & perelegans videtur. *Naugerius.*

Hic versus varie legitur. Alii ut hic citavimus, *Naias* divisa media legunt, tribus syllabis: & ita etiam in Aldinis scribitur. Alii mutato parumper versu legunt:

Ante oculos visa est Nais adesse meos.

quæ lectio concinnior paulo est, & pluribus etiam placet. Sed hoc incommodi tamen habet, quod dictio *Nais* omnino generaliter & indefinite ponitur: cum non habeat cui astringatur, ut supra *Naïas una*, qua certa & definita quædam significatur. Tertia lectio, quam vetustiorem ceteris asserunt, à reliquis plane diversa est: ita enim habet:

Formosus puer est visus adesse mihi.

qui

Constitit, & dixit: Quoniam non (102) ignibus æquis
Ureris, Ambracias (103) terra petenda tibi.

Phœbus

qui puer de Cupidine intelligendus. *Micyllus.*

Nostri ferme habent:

Formosus puer est visus adesse mihi.
Ciofanus.

Constitit ante oculos Naïas una meos, hæc etiam Naugerio debentur. Nostri cum vulgatis inepte:

Formosus puer est visus adesse mihi.

Repone in Naugeriana lectione *Naïas uda*, & refer ad Naïada hujus fontis, sic *uda Thetis*, lib. XI. Metam. v. 237. & *Tyberinides uda*, lib. II. Fast. v. 597. ex antiquis codicibus, ubi Naïadas Tyberinas innuit. *Heinsius.*

Recte habet se *una*, ut redundet, de quo loquendi genere eum alii jam egere, tum *Pricaus* ad Matthæi cap. VIII. vers. 17. *Noster* ipse Metam. VIII. v. 786.

Montani numinis unam
Talibus agrestem compellat Oreada dictis.

V. Fast. 664.

Edidit Arcadiis Pleïas una Jovi.

ubi etiam *Bentlej.* ad Horat. I. Od. X. reponi vult *uda*, ex his *Heinsii* notis conjecturam, ut videtur, arripiens, sed una *Pleïas* est una ex Pleiadibus. *Vorstius* de Latinitate falso suspecta cap. IV. & V. & alibi Latine satis dici ostendit. *Terent.* And. I. 1. v. 91. *Forte unam adspicio adolescentulam. Valer. Max.* III. cap. II. 12. *Virgam in unius Barbari oculum direxit*, & ita passim veteres. *Petron.* XXVI. *Unus servus Agamemnonis*, ubi vid. Comm. *Burmannus.*

(102) *Quid nunc non*, Bersm. Edit. sed editiones vetustiores & omnes *Heinsii* codices: *Qua nunc non.*

(103) *Ambracia est*] Libri veteres *Ambrachiis*, *Ambrachia*, *Ambrachis*. Optime Vaticanus unus, *Ambracias*, Græco more, *Horatius* I. Od. 22. v. 13.

Quale portentum neque militaris
Daunias latis alit æsculetis.

ita in duobus veterrimis libris inveni scriptum, egregie. Vulgati *Daunia in latis. Seneca* Hercule Oetæo v. 145.

- - - Te Rhodope tulit,
Te præruptus Athos, te fera Caspias,
Quæ virgata tibi præbuit ubera.

sic & ibi optimus Mediceus, ita *Appias via* pro *Appia* non uno loco apud nostrum, & apud *Ciceronem. Cephesias ora* lib. VII. Metam. v. 438. Festus Avienus Descriptione Orbis v. 509.

- - - Eois
Hadrias unda vadis largam procul expuit algam.

Remedio Amoris v. 261. Noster:

Quid te Phasiades juverunt gramina terræ.

quomodo de vestigiis antiquæ lectionis videri scribendum illic monebitur. *Amazonias securis* Nostro lib. III. Ep. 1. ex Pont. v. 95. ut videtur & illic corrigendum, sic *Pelias hasta* apud Nostrum non uno loco. *Amathusias renidens* pro Venere Symmachus in versibus à me emendatis ad lib. X. Metam. v. 558. si *Actias Cleopatra* Statio in Silvis III. 2. in Propemp. Celeris, v. 120.

Actias Ausonias fugit Cleopatra catenas.

& *Actias Orithyia Virgilio* Georg. IV. vers. 463. *Isthmias lucta* apud *Apulejum* de dogmate Platonis pag. 567, 16. edit. Floridi: *Doctores habuit in prima literatura Dionysium, at in palæstra Aristonem Argis oriundum, tantoque progressus exercitatio ei contulit, ut Pythia & Isthmiade lucta decertaverit*; quomodo castigandum: nam editio Romana princeps, *Isthmia de lucta*, alii codices, *Isthmia*

Phœbus (104) ab excelso, quantum patet, adspicit æquor:
Actiacum (105) populi Leucadiumque vocant.
Hinc se Deucalion, Pyrrhæ succensus amore,
Misit, & illæso corpore pressit aquas.
Nec mora: versus Amor tetigit lentissima Pyrrhæ
Pectora; Deucalion igne levatus erat. (106)

Hanc

Isthmia delectata, unde variæ conjecturæ natæ. *Stephanus Byzant.* in Ἰσθμός: Ἔστι καὶ Κορίνθου Ἰσθμὸς, ἐν ᾧ Ἴσθμιος Ποσειδῶν, καὶ νίκη Ἰσθμιὰς, καὶ Ἰσθμιάδες σπονδαί. *Est & Corinthi Isthmus, in qua Neptunus Isthmius, & victoria Isthmias, & fœdera Isthmiaca.* Apud Apollodorum τριέτης Ἰσθμιάδος τελουμένης, sic & νίκη πυθιὰς, similiaque apud Scriptores Græcos, vid. Salmas. ad Histor. Aug. pag. 267. *Nasamonias Arpe* Silio lib. II. 117.

Opposito procul insidiis Nasamonias Arpe
Corpore præripuit lethum.

sic & *Sidonias* apud eundem lib. XIV. 271. utrumque ex optimo codice. *Heinsius.*

Ambracian reddidit etiam ex *Ovidio* lib. XIII. Metam. v. 714. Heinsius, sed *Daunias militaris* non tolerat Clarissimus Bentlejus in Horatio Carm. I. Od. 22. v. 13. sic *Ionias*, de quo ad Heroid. Epist. IX. 73. *Phasias* Ep. VI. v. 103. Phthias VII. 165. *Burmannus.*

(104) Ille ab Ambraciotis magna veneratione colebatur, vid. *Antonin. Liber.* Fabul. IV.

(105) *Actaum*] *Actaum* vocant populi, inquit, *Leucadiumque*. Hoc à vulgato nomine insulæ scilicet, illud ab antiquo. Nam & *Strabo* tradit lib. X. pag. 452. Leucadem antiquitus Chersonesum, sive Peninsulam fuisse, Acarnaniæ connexam, quam Homerus vocarit Ἀκτὴν ἠπείροιο. Eam terram, quæ è regione Ithacæ ac Cephaleniæ est, id est, ipsam Acarnaniam, Epirum appellando. Versus *Homeri* sunt Odyss. ultimo, vers. 375.

Αἲ γὰρ, Ζεῦ τε πάτερ, καὶ Ἀθηναίη καὶ Ἄπολλον
Οἷος Νήρικον εἷλον ἐϋκτίμενον πτολίεθρον,
Ἀκτὴν ἠπείροιο, Κεφαλλήνεσσιν ἀνάσσων.

Utinam Jupiterque pater & Minerva & Apollo,
Qualis Nericum cepi bene ædificatum oppidum,
Littus continentis, Cephallenibus imperans.

Quare *Actaum* hoc loco gentiliter ac proprie accipiendum: non appellative, ut *Domitius* exponit, pro littorali. *Micyllus.*

Actiacum Scaliger, ut & Sarravianus. Infra:

Cur tamen Actiacas miseram me mittis ad oras.

Ab *Actio* oppido tamen Ambracici Sinus, quod *Acte* aliis dictum, etiam *Actaum* deducitur, hinc Ἀκταῖος Ἀπόλλων καὶ Ἀκτίακος, teste Stephano Byzantio, contra ἀπὸ τῆς Ἀκτῆς, quæ Ἀκτικὴ etiam dicitur, & nomen mutuata est ἀπὸ Ἀκταίου τοῦ αὐτόχθονος, Ἄκτιος deducitur nonnunquam, ac proinde etiam Ἀκτίακος, quomodo apud Euphorionem in Dionysio Ἄκτιος Ἀργεύς & apud Maronem *Actias Orithyia*, vide plura ad Fastor. lib. I. v. 711. sic contra apud Sammon. Comp. XVI. *Actaeo melle* legendum, pro *Actiaco.* Heinsius.

(106) *Nec mora, jussus amans tenuit lectissima Pyrrha Pectora, Deucalion igne levatus erat.*] Admonuimus jam alias varietatem lectionis incredibilem deprehendi in hac Epistola. Nam quidam adeo diversi abeunt, ut nec verba, nec sensus cum veteri lectione conveniant. Mihi non tantum animi fuit, ut tantam immutationem admitterem, integrum relicturus aliis, quid magis

gis illi probaturi sint: alii igitur fortasse non male:

Nec mora, versus amor fugit lentissima mersi
Pectora, Deucalion igne levatus erat.
Egnatius.

Nec mora, jussus amans tetigit latissima Pyrrha Pectora &c. Ita vulgaris lectio habet. In Aldinis autem legitur hic versus hoc modo: *Nec mora, versus amor fugit lentissima mersi Pectora.* Cujus sententia aliquanto propius accedit ad propositum, quod est, ut amor ab eo discedat, qui se ex Leucadio monte præcipitasset. Quanquam enim superior lectio idem concludat, ea tamen, quæ in priore versu dicuntur, etiam aliud quiddam innuunt: quasi scilicet necesse fuerit, ante etiam amplexari eum, à cujus amore dissolvi velles. Merito autem aliquis miretur tantam lectionis diversitatem in hac Epistola, sive ea librariorum negligentia, sive emendatorum æmulatione accidit. Planeque hinc verum esse apparet, quod Timonem Nicæum Arato quondam dixisse ferunt, eos libros esse emendatissimos, qui quam minimum fuissent emendati. Sed hæc, utut sunt, relinquamus. *Micyllus.*

Iidem libri, *jussus amor,* locus mendo non caret, quod alii substituunt, divinare est. *Ciofanus.*

Nec mora versus amor fugit lentissima mersi Pectora Naugerius. Scripti nostri, *jussus amor tetigit latissima Pyrrha*, vel *justus amor*, vel *jussus amans. Pyrrha* tamen omnes. Scribo:

Nec mora: versus amor tetigit lentissima Pyrrha
Pectora.

Versus amor, ut Epistola Briseïdis Heroid. III. vers. 139.

Aut si versus amor tuus est in tædia nostri.

Lentus proprie, qui tarde se promovet, sed & pro flexibili sumitur, & pro securo atque otioso, etiam pro frigido & remisso, quemadmodum hic loci. Glossæ Stephani, *Lentus:* Εὔτειος, Ἀσπλὴς, Ἀργός. *Lentus*, qui tarde irascitur, ubi de ira agitur. Sic Ep. Helenes Heroid. XVII. vers. 249.

Tu fore tam lentum justa Menelaon in ira?

Marcianus Capella, lib. VII. v. 10.

Optati lentus amoris
Gaudia longa trahis.

Aul. Gell. lib. I. cap. ult. de Plutarcho: *Tum lente & leniter: Quid autem, inquit, nunc tibi verbero irasci videor? ex vultune meo, an ex voce, an ex colore correptum esse me ira intelligis?* Am. lib. II. Eleg. ult. v. 51.

Lentus es, & pateris nulli patienda marito.

Lib. III. Eleg. VI v. 59.

Ille habet & silices & durum in pectore ferrum,
Qui tenero lacrymas lentus in ore videt.

hoc est, qui lacrymis non movetur, sic ibi vetus codex, est autem convicium amatorium, ita Penelope initio Epistolæ Heroid. I. *lentum* vocat Ulyssem. Phyllis Demophoonti, Heroid. Epist. II. v. 23. *At tu lentus abes*, & nostra *Sappho* Phaoni, *Lente redi*, tum v. 210.

Hoc te, si saperes, lente, decebat opus.

Ep. Herus Heroid. XIX. v. 81.

Certe ego tum ventos audirem lenta sonantes.

hoc est secura, & Trist. II. v. 514.

Scenica spectasti lentus adulteria.

quomodo illis locis est legendum. Vide Notas ad Ep. XIX. v. 81. & Remed. Amor. v. 774. Hinc *relentescere*, I. Amor. El. 8. v. 76.

Neve relentescat sæpe repulsus amor.
Heinsius.

(107) De

Hanc legem locus ille tenet (107) pete protinus altam
Leucada; nec ſaxo deſiluiſſe time.
Ut monuit; cum voce abiit, ego frigida (108) ſurgo:
Nec gravidæ lacrimas continuere genæ.
Ibimus, o Nymphe, (109) monſtrataque ſaxa petemus.
Sit procul inſano victus amore timor.
Quidquid erit, melius quam nunc erit, aura, ſubito:
Hæc mea (110) non magnum corpora pondus habent.
Tu quoque, mollis Amor, pennas ſuppone cadenti:
Nec ſim Leucadiæ mortua crimen aquæ.
Inde Chelyn Phœbo, communia munera, ponam:
Et ſub ea verſus unus & alter erunt. (111)
Grata lyram poſui (112) tibi, Phœbe, poëtria Sappho: (113)
Convenit illa mihi, convenit illa tibi.

Cur

(107) De hoc ſcopulo, qui ſaltus amantum dicebatur, vid. *Serv.* ad *Virgil.* Eclog. IIX. 59. & *Voſſ.* ad *Catull.* Carm. 67. *Ptolem. Hephaſt.* lib. VII. apud *Photium* Canone CXC. qui plures, qui ſe inde præcipitarunt, enumerat; *Sapphûs* tamen, quod mirere, nulla ibi ſit mentio, & *Athenæus* lib. XIV. cap. 3. pag. 619. D. narrat Calycam amore Euthali captam ſe præcipitio ex hoc ſcopulo interemiſſe, vide & *Scaliger.* ad *Auſon.* Cupid. cruci affixum, v. 24. lib. II cap. 18. Auſon. Lect. *Menander* apud *Strabon.* lib. X. pag. 452. primam deſiluiſſe ex Leucade *Sappho* tradit. *Burmannus.*

(108) *Ego territa*] Maffeian. *frigida.* Ciofanus.

Frigida ſcripti noſtri, unus *Pallida.* Heinſius.

Francofurtenſis pentametrum ita exhibet: *Nec lacrimas oculo continuere mei.*

(109) Vocandi caſus eſt unitatis numero, & Græco more enuntiatus. *Egnatius.*

Vocativo caſu *Nymphe* legendum: non per diphthongum, ut in quibusdam male ſcribitur. Eſt enim apoſtrophe ad Naïdem, cujus conſilio ſe perituram dicit. *Micyllus.*

(110) *Et mea*] Scriverianus *hæc mea,* δεικτικῶς, eleganter.

(111) *Erit*] *Erunt* bene Sarravianus. *Heinſius.*

Conſentit Francofurtenſis.

(112) *Poſuit*] *Poſui* maluerim, patet ex ſequenti verſu; & ſic Farneſianus cum uno meo. Propert. II Eleg. XI. v. 27.

Hac pono ante tuas tibi, diva, Propertius ades. Heinſius.

(113) *Domitius* & alii *Poëtica Sappho* (ignoſcant illi) tam perperam legunt, quam interpretantur: nemo enim neſcire poteſt, qui vel Græcis elementis imbutus ſit, non dici ſubſtantive unquam ſic *Poëticam:* dicimus enim Poëticam artem,

Cur tamen Actiacas (114) miseram me mittis ad oras,
Cum profugum possis ipse referre pedem? (115)
Tu mihi Leucadia potes esse salubrior unda:
Et forma & meritis (116) tu mihi Phœbus eris.
An potes, o scopulis, undaque ferocior illa, (117)
Si moriar, titulum mortis habere meæ?
At quanto (118) melius jungi mea pectora (119) tecum,

Quam

tem, ut Horatii *ars Poëtica*, sed *Poëtriam* musiebri genere, ut Poëtam, quod Græcis in primis peculiare est: nomina namque hac forma apud illos multa, ut ψάλτρια, μαθήτρια, ποιήτρια. *Egnatius*.

Poëtica Sappho communiter legitur, pro ea, quæ circa rem Poëticam versatur. *Egnatius* autem contendit, *Poëtriam* legendum: quod id regulare femininum à masculino Poëta fit. Meo igitur judicio utraque lectio recte habet. Nam si *Poëtica* legas, eam (ut dixi) intelliges, quæ Poëticis rebus ac studiis occupata est. Sin autem *Poëtria*, ad professionem magis respicies. Estque alterum actionis, alterum qualitatis. Sed causam contentionis dedisse *Domitius* videtur, qui scribit: *Poëtica*, Græcis ποιήτρια dicitur. Quod, ut cetera ejus multa, ineptum ac vanum est: ut ex superioribus patet. *Micyllus*.

Naugerius notat in omnibus suis legi *Poëtica*, atque ita etiam edidit. *Poëtria* recte. *Sappho* enim per excellentiam *Poëtria* dicta, ut Homerus *Poëta*. *Galenus* libro, animi affectus consectaneos esse temperaturæ: Πάντες γὰρ ἀκούομεν Ὅμηρον μὲν λέγεσθαι ποιητὴν, Σαπφὼ δὲ ποιήτριαν, (vid. num. CLXII.) sic & Æliano dicta lib. XII. 19. Var. (vid. num. CXIII.) Athenæo lib. XV. (vid. num. XLVII. not. 2.) & Pausaniæ in Arcadicis, (vid. num. XL. not. 3.) & ita *Terentianus Maurus* de metris:

Continuasse pedes istos in carmine solos
Dicitur hac eadem praclara Poëtria Sappho.
Heinsius.

Apud Persium in Procemio vers. 13. habes: *Corvos Poëtas & Poëtrias picas*, ubi etiam male turbant nonnulli codices, neque etiam *Poëtris*, multo minus *Poëtis*, quod *Claverio* arridebat, ignota veteribus vocabula, in civitatem Romanam adsciscenda. *Burmannus*.

(114) Ita & Scaliger manu sua emendarat, cum in codice Gryphiano *Actaas* legeretur. *Heinsius*.

Cur nunc, Ciofanus, & aliæ editiones. MSS. variant, *cur modo ad* Lincol. *cur* precor, Sarravianus, unus Heinsii *cur ferus*, venuste, pro *miseram* quatuor *mæstam*. Burmannus.

(115) Sic legendum ex antiquis libris. Est autem apostrophe ad Phaonem: *inde* nullo modo mihi probatur, nec, ut puto, cuiquam alii probabitur. *Ciofanus*.

Ipse scripti, & recte. Non enim in Leucadiam Phaon, sed in Siciliam profugerat. *Heinsius*.

(116) *Et forma meritis*] *Forma* Regius. Lege: *Et forma & meritis*. Vide notas Epist. VII. v. 5. Ep. VI. Heroid. v. 83.

Nec facie meritisque placet, sed carmine movit. Heinsius.

(117) *Ferocior ulla*] *Ferocior omni* Francof. *ulla* Mazar. & Wittianus. *Francius* malebat, *undisque ferocior illis*.

(118) Micylli editio & aliæ veteres, *ah quanto*, & quatuor scripti: alii *ó quanto*, nihil muta. Ep. XVIII. Heroid. v. 21.

At

Quam poterant ſaxis præcipitanda dari!
Hæc ſunt illa, Phaon, quæ tu laudare ſolebas;
Viſaque ſunt toties ingenioſa tibi.
Nunc vellem facunda forent, (120) dolor artibus obſtat; (121)
Ingeniumque meis ſubſtitit omne malis. (122)
Non mihi reſpondent veteres in carmina (123) vires:
Plectra dolore tacent: (124) muta dolore lyra eſt.
Lesbides æquoreæ, nupturaque, nuptaque proles; (125)
Lesbides, Æoliâ nomina dicta lyrâ;
Lesbides, infamem quæ me feciſtis (126) amatæ;

Deſinite

At quanto mallem, quam ſcriberet, illa nataret.

ubi vid. *Heinſium*. *Quinct.* Decl. II. 22. *At quanto facilius eſt ſomnos decipere miſerorum.* Decl. V. 21. *At quanto, Dii Deæque, alius fuit ille infeliciſſimus juvenis adfectus?* & ita alibi in illis declamationibus. Francofurtenſis ita exhibet verſum hunc:

At quanto melius mecum tua pectora jungi.
Burmannus.

(119) *Corpora* Wittii cod. vid. Ep. III. 107.

(120) *Facunda forem*] Fortaſſe rectius ſit, *forent*. Naugerius.

Forent, rectius libri. *Heinſius.*

(121) Præclarum exemplum apud hunc Noſtrum lib. XIII Metamorphoſeos verſ. 538. ubi ita eſt de Hecuba, cum Polydorum, quem Polymneſtori cum ingenti auri copia crediderat, interfectum vidiſſet!

Troades exclamant, obmutuit illa dolore,
Et pariter vocem, lacrimasque introrſus obortas
Devorat ipſe dolor, duroque ſimillima ſaxo
Torpet. Cioſanus.

(122) Lib. & Eleg. I. Triſt. v. 48. de ſe:

Ingenium tantis excidit omne malis.
Cioſanus.

Succidit Francofurtenſis.

(123) *In carmine* duo Lincoln. vide ad Metam. XIV. 20.

(124) *Silent* unus Mediceus, bene. *Heinſius.*

Jacent margo Bersmanni.

(125) Sic omnino melius, ut etiam illud quod ſequitur, *amatæ*, potius, quam *amare*. Egnatius.

Anaphora uſus eſt hoc loco Poëta, ſive repetitione principii. Quod quidam factum volunt, non tantum affectus cauſa, cui ea res ſervit: ſed etiam, ut morem Sapphûs exprimeret, ſive imitaretur, cui dicitur hæc figura valde familiaris fuiſſe: citanturque exempla hæc ad Partheniam: Παρθενία, παρθενία, τί με λιπῦσα οἴχῃ. Et: Οὐκέτι ἥξω πρὸς σ', ὐκέτι ἥξω. Hæc nos ex Merula, ille ex Demetrio Phalereo. *Micyllus.*

(126) *Lesbides, infamem qua me feciſtis*] Huc reſpicit Horat. II. Od. XIII. 24.

Æoliis

Desinite ad citharas turba venire meas.
Abstulit omne Phaon, quod vobis (127) ante placebat.
(Me miseram! dixi quam modo (128) pene, meus!)
Efficite ut redeat: vates quoque vestra redibit.
Ingenio vires ille dat, ille rapit.
Ecquid ago precibus? (129) pectusne agreste movetur?
An riget? & Zephyri verba caduca ferunt?
Qui mea verba ferunt, vellem tua vela referrent,
Hoc te, si saperes, lente, decebat opus.

Sive

Æoliis fidibus querentem
Sappho puellis de popularibus.

(127) *Quod nobis*, Wittian. Oxon. Lincol. & Mazarin.

(128) *Quem modo*] Male vetus lectio *qua*, nos vero *quem*, alii *quam*. Egnatius.

(129) *Ecquid ego hac*] Alia lectio: *Ecquid ago precibus.* Egnatius.

Ecquid ago precibus, communiter. Alii: *Ecquid ego precibus.* Quidam etiam: *Ecquid ego hac precibus.* Sed communis lectio melior, cujus sententia respondet sequentibus. Est enim sententia: Ecquid, sive, Etiamne aliquid ago: id est, efficio precibus meis, quas modo feci? & mihi agreste istud pectus ac durum movetur, annon? &c. *Micyllus.*

Assentior eruditis viris, qui *Ecquid ago* legendum putant. *Crofanus.*

Scripti nostri magna ex parte: *Hac quid ego*, vel, *Ecquid ego. Hac quid ego an* tres. *Hac ego quid* unus. Lego:

Sed quid ego hac? precibus pectusne agresto movetur?

Noster Epist. XIII. 135. quomodo illic legendum monui:

Sed quid ego hac? lævum revocaminis omen abesto.

Statius Theb. VIII. v. 65.

Sed quid ego hac? I, Tartareas ulciscere sedes,
Tisiphone.

Lib. XI. v. 82.

- - - Quod innumero Lethaa examine gaudet
Ripa, mea vires, mea lata insignia; sed quid
Hac ego?

Theb. IV. v. 774.

Sed quid ego hac? fessosque optatis demoror undis?

Theb. I. vers. 461.

Sed quid ego? aut hodie spoliis gavisus abibis,
Quisquis es, his, aut me magni de stirpe creatum
Oeneos accipies.

Ausonius Præfatione septem Sapientum v. 24.

Sed ego quid isthac: non hac causa huc prodii.

Ennius

Sive redis, puppique tuæ votiva parantur (130)
Munera; quid laceras (131) pectora nostra morâ?
Solve ratem. Venus orta mari, mare præstat amanti. (132)
Aura dabit cursum; tu modo solve ratem.

Ipse

Ennius apud Donatum pag. 65. Fragment. Ennii:

Sed quid ego hac animo lamentor?

& idem alibi pag. 91. Fragm.

Sed quid ego hac memoro?

Virgil. Æn. II. v. 101.

Sed quid ego hac autem nequicquam ingrata revolvo?

Quomodo fere Apollonius lib. III. v. 1095.

Ἀλλὰ τίη τάδε τοι μεταμώνια πάντ' ἀγορεύω.

Sed quid tibi istorum unumquodque nequicquam memorem?

Auctor Queroli Act. IV. Sc. 1. *Sed quid ego nunc? solum hoc restat mihi, ut pro fure jam nunc tenear.* Prudent lib. II. contra Symmach. v. 182.

Sed quid ego hac meditor?

Idem Apotheosi v. 741.

Sed quid ego hac autem titubanti voce retexo.

Posset etiam in Nasone corrigi:

En quid ago? precibus pectusne agreste movetur?

De quo ad Maronem dixi Æneid. X. v. 675. Similiter abruptum: *Hac ego.* vid. Epist. X. v. 37. Sarravianus:

Hac quid ego? an precibus tibi pectus agreste movetur?

Forte:

Ecquid, iö, precibus tibi pectus agreste movetur?

ut III. Metamorph. v. 442.

Ecquis iö silvis crudelius, inquit, amavit?
Heinsius.

(130) In nonnullis *paramus*. Naugerius.

Quis non videt etiam reclamante codicum fide legendum *paramus*, non *parantur* ex amantis affectu? significare enim voluit nuncupata à se ipsa vota pro Phaonis reditu. *Egnatius.*

Locus videtur mendosus; nisi post hoc distichon sequatur illud, *sive juvat longe*, & tunc constabit sensus. *Heinsius.*

Et in Lincoln. quatuor medii versus desiderabantur, nisi ergo in parenthesi ponantur, & hic, *sive redis, puppi ecce tua votiva paramus* legatur, sensum vix video. *Burmannus.*

(131) *Quid crucias pectora nostra tuis.* Francofurt.

(132) Slichtenhorstius legebat, *sternet eunti*, & certe *amans* Phaon non dici potest, & *eunti* est in multis editionibus antiquis. *Heinsius.*

Ego nihil muto, omen enim & votum latet, ut ad se rediret amans, quod si faciat, certum est Venerem mare præstituram; quia, ut sequenti Epistola, *in mare jus habet orta mari. Præstare* etiam non movendum, licet etiam *sternet* Bersmanni margo habeat. Est enim ut & præbere benevolentiæ verbum. II. Trist. v. 170.

Sic adsueta tuis semper victoria castris
Nunc quoque se præstet.

Ipſe gubernabit reſidens in puppe Cupido:
Ipſe dabit tenerâ vela, legetque, (133) manu.
Sive juvat longe fugiſſe Pelasgida Sappho;
(Non tamen invenies, (134) cur ego digna fugâ)
Hoc ſaltem miſeræ (135) crudelis epiſtola dicat:
Ut mihi Leucadiæ fata petantur aquæ.

CCXL. (1)

Vulnera (2) ſiccat adhuc Procris. (3) Cephalique cruentam
Diligit & percuſſa manum. Fert fumida teſta (4)

Lumina

& Amor. I. eleg. 6. v. 41.

Somnus, qui ſe male præbet amanti.

Florus III. 5. *Luna ſe præbuit Romanis.* vid. ad Quinctil. Decl. 338. & infra I. Amor. 6. verſ. 41. *Burmannus.*

(133) *Regetque* nonnulli ſcripti, ſed perperam: opponuntur enim *dare vela & legere. Dare* ad curſum inſtituendum, *legere*, cum portum attigerit navis, & ceſſarit à navigatione. Valer. Flac. II. 13.

Fluminco cujus redeuntia vento
Vela legunt.

Ita *legere funem* idem I. 314. *dare vela* obvium eſt. *Burmannus.*

(134) Hic verſus per parentheſin omnino legendus eſt. *Egnatius.*

Bene, qui hunc verſum parentheſi includunt. Hoc, nimirum, modo:

Sive juvat longe fugiſſe Pelasgida Sappho
(Non tamen invenies, cur ego digna fuga)
Hoc ſaltem miſera crudelis epiſtola dicat, &c.
Heinſius.

(135) *O ſaltem* cum ſcriptis, ut dictum ad Epiſtolam primam. Ceterum diſtichon hoc poſtremum pro legitimo Naſonis vix eſt ut agnoſcam: nec ſatis aſſequor quid ſibi velit. *Heinſius.*

Nihil indignum Ovidio video: ſenſus eſt, hoc, ſcilicet juvare te fugam, ſaltem dicat Epiſtola; ut certa propoſiti tui perire poſſim præcipitio: *ſaxa petantur.* Regius etiam, quod non abſurdum. *Burmannus.*

(1) Loca, quæ ſequuntur, non reperiuntur in Urſini Lyricis.

(2) Auſonius edyll. 6. de Cupidine cruci affixo v. 21. ſqq.

(3) Hanc in frutetis latentem pro fera Cephalus maritus interfecit. Fabulam narrant *Ovidius* in fine lib. VII. Metam. *Hyginus*, *Servius* in ſextum Æneidos. *Vinetus.*

(4) Sunt qui legerint *teſtem*, hoc eſt, conſciam Herûs & Leandri furtorum lucernam. Quod ſane Poëta Muſæus ait v. 1.

- - - *Κρυφίων ἐπιμάρτυρα λύχνον ἐρώτων.*

- - - *Lucernam teſtem amorum occultorum.*

Verum teſta figulinam etiam lucernam ſignificat. Quo

Quo genere innumeræ in antiquorum monumentis etiam nunc manent. Et *Virgilius* in Georg. I. v. 390. ait :

> *Nec nocturna quidem carpentes pensa puellæ*
> *Nescivere hiemem : testa cum ardente viderent*
> *Scintillare oleum.*

Marianus Accurs.

Puella Ero, cui patria fuit Sestos, urbs Hellesponti in Asia, & quæ se in mare præcipitavit ex summa turri, postquam vidit Leandrum situm ex Abydo adversi littoris oppido summersum, hæc manu gestat simulachrum fumantis facis & ignium illorum, quos noctu ad se natanti Leandro cursus dirigendi gratia solebat ex ea sua turri ostendere. *Testas* dici vasa terrea annotavimus in Epigr. LXXI. Testam hoc loco vocat Ausonius, quem λύχνον Musæus. Fulgentius in Mythologicis id latine lucernam dixit, & *Marcus Varro* libro IV. de lingua latina lucernam esse scribit, quod vocant Græci λύχνον. Vetus etiam Interpres Græcorum Evangeliorum λύχνον lucernam vertit, ac antiquum glossarium. Hoc vas ex quacunque materia veteres fecerint (nos hodie ferreis, æreis, stanneis vulgo utimur) in id oleum infundebatur, & in oleum immergebatur illud, quod in lychno quia esset, id est, ἐν λύχνῳ, Græci ἐλλύχνιον appellarunt, ut *Herodotus* lib. II. de lucernis Ægyptiorum, pro quo latinum non habeo, quod dem. Funalium id quidem exponit vetus glossarium, sed hoc vocabulum alibi non legi, & nescio quam probum sit. Funale fortasse ibi legendum; quanquam funale proprie dici video apud Ciceronem & Valerium de Duilio id genus facis, quod ex fune cera circumlito fit. *Ellychnion* ergo Græci vocant, quod ardet in lychno, græcoque pro suo non timuit frequenter uti Plinius historiæ naturalis auctor veluti libro XXIII. cap. 41. *Ellychnia ex uva fiunt, claritatis præcipua*, & XXVIII. 47. *Optime ellychnio papyraceo oleoque sesamino.* Lucernarum lumen interdum vertens, ut lib. XXI. cap. 18. *Usus ad nassas marinas, vitilium elegantiam, lucernarum lumina, præcipua medulla*; & XXV. 10. *Tertia lychnitis vocatur, ab aliis thryallis, foliis ternis, aut cum plurimum quaternis, crassis pinguibusque ad lucernarum lumina aptis*, quum hæc *Dioscorides* græca interpretaretur : καὶ τρίτη Φλομὶς ἡ καλουμένη λυχνῖτις, ὑπὸ δέ τινων θρυαλλίς, φύλλα τρία ἢ τέσσαρα, ἢ καὶ πλείονα ἔχουσα, παχέα, λιπαρά, δασέα, εἰς ἐλλύχνια χρησίμη. Ex quibus Plinii locis & aliis cognosces ex multis rebus semper fieri solita, sed quæ nos hodie ex gossypina illa lanugine fere faciamus. Dicebantur autem lychni δίμυξοι, qui duas, τρίμυξοι, qui tres, πολύμυξοι, qui plures myxas haberent. Sic enim myxas pro myxos suspicor legendum apud Val. Martialem in Apophoretis lib. XIV. epigr. 41. ubi lucerna πολύμυξος hoc modo loquens inducitur :

> *Illustrem quum tota meis convivia flammis,*
> *Totque geram myxos, una lucerna vocor.*

Μύξος namque non invenio apud Græcos in ea significatione, sed μύξα, ut apud Svidam mentio fit lucernæ viginti myxarum. Est autem μύξα mucus, humor è cerebro per nares defluens. Dicuntur & μύξαι nares ipsæ, ut *Pollux* & *Hesychius* docent; unde per similitudinem quandam myxæ lucernarum sunt appellatæ prominentes lucernarum partes, ellychnium sustinentes, vel ipsa adeo ellychnia ex iis naribus, muci instar, emergentia. A lychno vero, quod λύχνιον & λυχνίαν fecerunt iidem Græci, Latini candelabrum verterunt. Est à candela, quam sustineret dictum hoc, *Varrone* etiam autore, sed candelabrum quoque appellatum, cui superponebatur lucerna, ut in Evangelio Lucæ XI. v. 33. *Nemo autem lucernam accendens, operit eam vase, aut subter lectum ponit, sed super candelabrum ponit, ut intrantes videant lumen* ex his græcis : ἀλλ᾽ ἐπὶ λυχνίας ἐπιτίθησιν. Sed erant & lucernæ pensiles, ut Æn. I. v. 730.

> - - - *Dependent lychni laquearibus aureis*
> *Incensi & noctem flammis funalia vincunt.*

Lampades autem illæ Evangelicarum virginum, quibus oleo quoque opus erat, tibi disquirendum relinquo, quam diversum genus erat à lucernis. Græcum est æque λαμπὰς atque λύχνος seu λύχνον, verum eo perlibenter usi sunt latini omnes Scriptores pro suo, & facem exponit antiquum glossarium. *Vinetus.*

Notat Mariangelus quosdam legisse: *fert fumida testem*, hoc est, conscium Herus ac Leandri amorum lucernam. Λύχνον appellat *Musæus.*

 Ignoscat

Lumina Seſtiaca præceps de turre puella (5)
- Et de nimboſo ſaltum Leucate (6) minatur

Maſcula

Ignoſcat amicus mihi Belga alti vir ingenii, ſi ferre non poſſum fumida tædæ lumina. Teſta figulinam lucernam ſignificat. *Virgilius* Georg. I. verſ. 390. & *Avienus* in prognoſticis Arateis:

Et ſi nocturnis ardentibus undique teſtis
Concreſcant fumi, ſi flammeus emicet ignis
Effluus.

Arato λύχνα. *Prudentius* Cathemerin. hymno V. verſ. 17.

- - - ſeu cava teſtula
Succum linteolo ſuggerit ebrio:
Seu pinus piceam fert alimoniam.

Lampades & teſtæ ejusmodi figulinæ extant innumeræ apud Antiquarios, quotidieque effodiuntur. Poſſum ego aliquot oſtendere, longe plures in ſupellectile Romana Neomagi, in Batavia & alibi erutas accuratiſſimus *Joannes Smetius*, & non ita pridem doctiſſimum commentarium de lucernis veterum edidit Clariſſimus *Fortunius Licetus*. Suſtine itaque emendandi pruriginem. *Scriverius.*

(5) Hero, cui patria Seſtos ad Helleſpontum in Europa ſua contra Abydum Aſiæ oppidum, ex quo adnantem ſingulis noctibus amatorem Leandrum, ſuſpenſa è turri, ne erraret, lampade, excipere ſolita, cum ſubmerſum ipſum undis tempeſtate furentibus conſpexiſſet, præceps é turri deſiliit. Additur hic ei lampas ſua amorum teſtis & conſcia, vide elegantiſſimum de Leandri & Herûs amoribus Muſæi poëtæ græci carmen. *Floridus.*

Noti Heronis & Leandri amores, de quibus venuſtum & delicatum extat *Muſæi* poëmation. Eorundem veteres meminere, utroque, nomine quod ad noſtra uſque tempora manſit, appellato. Solus, ut jam ab Anonymo obſervatum eſt, *Joannes Harduinus* è Societate Jeſu, omnium quotquo: ætate noſtra fuerunt, cæteroqui doctiſſimus, & qui nuper ſenio confectus obiit, ſolus, inquam, in nummis populorum & gentium fabellam hanc confictam voluit è mala interpretatione nummi Abydenorum, in quo pro ΗΡΩΜΗΑΝΔΡΟΣ, quibus ſignificabatur Helleſpontus una nocte unius viri viribus trajici poſſe, legerunt neſcio qui ΗΡΟΛΗΑΝΔΡΟΣ. Verum iſta proponere, refellere eſt. *Souchay.*

(6) *Menander* de eadem:

- - - τὸν ὑπέρκομπον
Θηρῶσα Φάων' οἰστρῶντι πόθῳ
Ρίψαι πέτρας ἀπὸ τηλεφανοῦς
Ἀλλὰ κατ' εὐχὴν σὴν δέσποτ' ἄναξ.

ita enim legendum apud *Strabonem* lib. X. p. 452. & diſtinguendum. (vid. num. CXXIII.) Maſculam vocat, quia cum fœmina eſſet, præcipitem ſe dedit ex illo ſaltu, ex quo tantum ſolebant viri ſeſe impatientia amoris jaculari. Nam propterea locus ille dicebatur ἅλμα τῶν ἐρώντων non ἅλμα τῶν ἐρωσῶν, unde *ſaltus viriles* vocat *Statius*; (vid. num. CCXXIV.) & *Horatius* (vid. num. CCXX.) & *Auſonius* noſter vocant eam maſculam. Nam ſane doctiſſimus *Turnebus* id non videtur ſatis aſſecutus eſſe. Primus omnium, ut ait *Strabo* loc. cit. Cephalus ex ea petra ſeſe præcipitavit, cum Ptaolam impatienter amaret. Sed concedant mihi lectores, paulum ex Auſonianis caſtigationibus reſpirem & quædam de Leucate petra & de ſaltu illo dicam, nunquam antehac audita, ex autore nondum in vulgus edito, *Ptolemæo*, *filio Hephæſtionis*, ἐκ τῆς εἰς πολυμαθίαν καινῆς ἱστορίας. Apud illum igitur quæritur, cur apud Bacchyliden Silenus dixerit, Leucada à Leuco Ulyſſi filio cognominatam fuiſſe; qui Zazyntho erat, & ab Antipho interfectus fuit. Eum igitur Leucatæ Apollinis templum condidiſſe. Ibi petram eſſe vicinam Leucadem, à qua qui ſaltu ſe mitterent, amoris inſania liberari. Cauſam hanc ex media hiſtoria aſſignat; Venerem ſcilicet poſt mortem Adonidis ſedulo eum ubique terrarum perquiſiviſſe, tandem cum Argis Cypri in æde Apollinis Erithii inveniſſe. Et cum impotentiam ſui amoris Apollini pateſeciſſet, ab ipſo ad Leucadem petram deductam

ductam jussu Apollinis sese è specula deorsum misisse, quo facto morbo amoris defunctam fuisse. Cum causam rei quæreret, Apollinem respondisse, sese crebro observasse, Jovem, quoties Junonem impotenter deperiret, ibi solitum sedere & vi mali levari. Sed & Artemisiam illam, post viri Mausoli mortem, contemptam à Dardano Abydeno, quem non patienter ardebat, dormienti adolescenti oculos effodisse. Cum tamen ne hac quidem injuria morbus remitteret, remedium à petra quæsivisse. Sed frustra fuit. Nam ex eo saltu periit, ibique sepulta fuit. Similiter & Hippomedontem Epidamnium propter amorem pueri nescio cujus sese ex eadem petra jecisse, sed nihilominus ipsum periisse. Refert & de Nicostrato Comico, eo saltu levatum amore Tettigideæ Myrinensis. Addit Maceten Buthrotium Λευκοπέτραν vulgo cognominatum fuisse, quod quater eum saltum expertus esset, & quater hoc remedio amore caruisset. Innumeros præterea idem expertos. In his senem Bunagoran Phanagoriten, eum amasset Diodorum tibicinem; Rhodopen etiam Emissenam, quæ geminos fratres ex satellitio Antiochi Regis amabat, cum vicissim ejus ab illis nulla ratio haberetur, animi impotem sese jecisse & animam edidisse. Adolescentibus nomina erant Antiphonti & Cyro. Charinus vero Jamborum poëta amavit Erotem Regis Eupatoris à poculis. Et cum fabulæ de saltu Leucadis fidem haberet, sese præcipitem misit; & crure fracto doloris cruciatibus periit. Ac inter efflandam animam hos lepidissimos ac elegantissimos Jambos in medium jecit:

> Ἔῤῥοις πλανῆτι, καὶ κακὴ πέτρη Λευκάς,
> Χαρῖνον αἲ αἲ τὴν ἰαμβικὴν μοῦσαν
> Καταιθαλώσασ᾽ ἐλπίδος κενοῖς μύθοις·
> Τοιαῦτ᾽ Ἔρωτος Εὐπάτωρ ἐρασθείη.
>
> *Fallax peri, peri mala, o Leucas petra,*
> *Charinon heu heu me poetam Jambicum*
> *Spei adussisti inanibus qua fabulis,*
> *In tantum Erota, o, Eupator si diligat.*

Quin & Nereum quendam Cotinensem ex amore Atticæ nomine mulieris Athenis natæ se præcipitasse, & non solum amore solutum fuisse, sed etiam vivum incidisse in rete jaculum, in quo simul cum risco auri pleno in terram extractus fuit. Cum eo nomine piscatori, qui se extraxerat, litem intenderet, aurum illud ad se pertinere: casu enim sibi obvenisse; noctu ab Apolline admonitum incœpto destitisse: Annon satis haberet, quod citra vitæ periculum à morbo amoris liber esset? quare si saperet, de alieno auro litem ne moveret. Hæc ego, quia jucunda sunt, ut spero, neque tamen in vulgi notitiam pervenerunt, præterea neque ab hoc loco aliena erant, quasi corollarium adjicere volui, ut nihil, quod ad Ausonium illustrandum faceret, intentatum relinqueremus. *Scaliger.*

Adde ad ea, quæ Scaliger, locum *Ampelii* in libro memoriali cap. 8. *Leucade*, inquit, mons, *unde se Sappho dejecit propter virum: in summo monte fanum est Apollinis, ubi sacra fiunt: & cum homo inde desilit, statim excipitur lintribus*; item *Ovidii* in Epist. Sapphus v. 165. sqq. (vid. num. CCXXXIX.) *Servius* ad Æneid. III. v. 274. *Leucate est mons altissimus, prope peninsula in promontorio Epiri, juxta Ambraciam sinum & civitatem. De hoc Leucate amatores se in mare ad excludendum amorem præcipitare dicebantur*; & ad v. 279. de Phaone: *Feminas in sui amorem trahebat: in quis fuit una, qua de monte Leucate, quum potiri ejus nequiret, abjecisse se dicitur: unde nunc auctorare se quotannis solent, qui de eo monte jaciunt in pelagus.* Quæ postrema mendosa sunt. *Athenæus* lib. XIV. pag. 619. D. Στησιχόρου δ᾽ ἦν ποίημα, ἐν ᾧ Καλύκη τις ὄνομα ἐρῶσα Εὐάθλου νεανίσκου σωφρόνως εὔχεται τῇ Ἀφροδίτῃ γαμηθῆναι αὐτῷ· ἐπεὶ δὲ ὑπερεῖδεν ὁ νεανίσκος, κατεκρήμνισεν ἑαυτήν· ἐγένετο δὲ τὸ πάθος περὶ Λευκάδα. *Stesichori extant versus, in quibus quædam nomine Calyca Evathli juvenis amore capta à Venere precatur ejus nuptias; contempta vero à fastidioso & renuente juvene, præcipitio se interemit, id quod circa Leucadem factum est.* Quæ Scaliger ex *Ptolemæo* attulit, ea omnia apud *Photium* Cod. CXC. pag. 253. sq. edit. Hœschel. græca quoque invenias ex eodem *Ptolemæo Hephæstione* excerpta. Verba Servii forte ita restituenda sunt: *Unde nunc auctorare se quotannis solent, qui se de eo monte jaciant in pelagus.* Ut nempe homines mercede quotannis hunc saltum susceperint, non secus ac perditi nepotes olim operam locare soliti fuerunt ad harenam. Idem ad Pharmaceutr. Eclog. VIII. v. 59. Præceps aërii specula de montis &c. *Quidam hoc ideo dictum putant, quod apud Leucaten soliti erant se præcipitare, qui aut suos parentes invenire cupiebant, aut amare*

Mascula (7) Lesbiacis (8) Sappho peritura sagittis.

CCXLI.

Sunt (1) & quos generat (2) puella Sappho:
Quos primos regit Hippius secundus:
Ut claudat Choriambon Antibacchus.

CCXLII.

amari ab his desiderabant, quos amabant. Tollius.

Leucates per tertiam declinationem & Leucata per primam, rupes, saxum, promontorium, unde in mare desiliisse Sappho dicta est. Leucas etiam, ut Pallas, apud *Auson.* epigr. 90. v. 19. & in Mosella v. 214. *Vinetus.*

Virgilius lib. III. Æn v. 274.

Mox & Leucata nimbosa cacumina montis.

ad quem locum *Pomponius Sabinus: Leucates mons mare intrat, dictus à petra coloris albi, in qua est Apollinis fanum. Hinc jaciebant se amantes, qui volebant oblivisci amoris.* Porro Leucate hic sextus casus est à recto *Leucas.* Floridus.

(7) Ita appellata *Horatio* lib. I. ep. 19. v. 28. (vid. num. CCXX.) non enim solum viros illa, sed etiam ut mas quispiam, feminas femina exarsit. Alias affert rationes ex Strabone & Horatii Interpretibus *Gregorius Gyraldus* Ferrariensis de poëtis. *Vinetus.*

(8) Amore Phaonis Lesbii juvenis, qui unguentum à Venere accepisse dicitur, quo cum se perunxisset totum, formosissimus evasit, & cum alias mulieres quamplurimas tum *Sappho* ipsam ad sui amorem pellexit, quod *Plinius* H. N. lib. XXII. cap. 8. radici eryngis candidæ tribuit. (vid. num. CCXXXIII.) *Floridus.*

(1) Vid. *Ausonius* Epist. IV. v. 91. sqq.

(2) Versum hendecasyllabum *Sapphicum*, dictum à *Sappho* poëtria, Grammatici nostri quinque pedibus metiuntur, primo trochæo, secundo spondeo, tertio dactylo, quarto quintoque trochæo:

Jam sa | tis ter | ris nivis | atque | dira.

Ausonius vero pro quinque illis eundem versum tribus tantum, sed longioribus pedibus metitur, ἱππείῳ, χοριάμβῳ & ἀντιβακχείῳ. Hippius valet trochæum & spondeum, primum & secundum versus pedem; Choriambus dactylum, tertium, & primam syllabam trochæi quarti pedis; Antibacchius autem posteriorem syllabam ejusdem trochæi, quæ brevis est & spondeum, postremum versus pedem pro trochæo, quod ultima syllaba versus cujusque habeatur anceps. Primum itaque Sapphicum libri I. Odarum *Horatii* ita Theoni Ausonius metitur, ut sit Hippius, *Jam satis ter*, Choriambus, *ris nivis at*, Antibacchius, *que dira.* Miror autem, quod quum Grammatici Hippium & Molossum eundem dictum pedem tribus longis syllabis definiant, hic Ausonius Hippium secundum appellet, quem illi Epitritum secundum vocant, ex quatuor syllabis constantem, quarum sola secunda brevis est, ut *verberati.* Quod vero ad Antibacchium attinet, (detraxit unam syllabam etiam *Terentianus*, & ex *antibacchio* imperiti statim *antibrachium* fecerunt) eum solum intelligimus pedem, qui bacchio fuerit contrarius, adeo ut si bacchium velis esse ex brevi & duabus longis, ut est exemplum apud *Quinctilianum* duorum bacchiorum, *venenum, timeres*, antibacchius sit ex duabus longis & brevi, ut *Marcellus.* Si vero contra bacchium dicas ex duabus longis & brevi, antibacchius sit vicissim ex brevi & duabus longis ut hic. *Terentianus* in hunc modum de illis pedibus. *Vinetus.*

(1) Te-

CCXLII.

Quanquam (1) ἴτυν dicunt Achæi, hanc βίτυν gens Æolis;
Plura Sappho comprobavit Æoliis, & cæteri.

CCXLIII.

Continuasse (2) pedes istos in carmine solos
Dicitur hæc eadem præclara poëtria Sappho.

CCXLIV.

Quem (3) nos hendecasyllabon solemus
Tanquam de numero vocare versum,
Tradunt Sapphicon esse nuncupandum;
Namque & jugiter usa sæpe Sappho:
Dispersosque dedit subinde plures
Inter carmina disparis figuræ.

CCXLV.

Quatuor (4) millia librorum (5) *Didymus* Grammaticus scripsit: miser, (6) si tam multa supervacua legisset. In his libris de patria Homeri quæritur: in his de Æneæ matre vera: (7) in his libidinosior Anacreon, (8) an ebriosior vixerit: in his an *Sappho* publica (9) fuerit: & alia, quæ erant dediscenda, si scires.

CCXLVI.

(1) *Terentianus Maurus* de Syllabis in *Putschii* Autoribus Grammaticæ Latinæ pag. 2397, 42.

(2) *Terentianus Maurus* de Metris in *Putschii* Autoribus pag. 2431, 26.

(3) *Terentianus Maurus* de Metris apud Putschium pag. 2440, 8.

(4) L. Ann. *Seneca* Epist. LXXXVIII. sub finem.

(5) *Svidas* notat, tria millia & quingentos scripsisse. Dictus fuit ab assiduitate & perpessione laboris χαλκέντερος ferreis visceribus: vixitque Ciceronis & Augusti ævo. *Lipsius.*

(6) Haud male alii libri, *misererer.* Idem.

(7) Nam opinione mater Venus erat. *Idem.*

(8) Superfluens quæstio & vere Grammatica; utrumque autem in eo eximie comparet. *Idem.*

(9) Vidi qui vellet, *pudica*, alium, qui, *Sibylla*, ego [si quid mutandum] vellem, *pullaria.* Scitum, quid ei objectum; sed *publica*, si tenetur, explica, an & vulgo se vulgaverit. *Idem.*

(1) Scho-

CCXLVI.

Id (1) eſt, dedit mihi Parca humile ingenium græcæ muſæ, ſcilicet, ut poſſim lyrica cantare à Græcis primum inuenta, quos Horatius imitatus eſt, ſcilicet *Sapphonem* & *Alcæum.*

CCXLVII.

Lesbos (2) inſula in Ægæo mari eſt nobilis *Alcæo* & *Sappho.*

CCXLVIII.

Melicum (3) metrum eſt ſicut lyricum, quod ad modulationem lyræ citharæve componitur, ſicut fecit *Alcæus* & *Sappho*, quos plurimum eſt ſecutus *Horatius.*

CCXLIX.

Dimetron (4) metrum eſt veluti naturaliter Epodis aptum, etiamſi Sappho carmen ex eo continuum induxerit, quod appellatur δίμοιρον ἐπικὸν, idem & Pentaſyllabum, quia frequenter invenitur cum aliis ſui generis, Epodus habebitur.

CCL.

Secunda (5) Ode (Horatii) cum Epodo Sapphicum metrum continet, quod cum ſit Alcaicum Sapphicum, tamen hendecaſyllabum à numero nuncupatur, & quod eo frequentius uſa ſit *Sappho*, quam *Alcæus* repertor.

CCLI.

Quæ (6) omnia genera hendecaſyllabi *Catullus*, & *Sappho* & *Anacreonta* & alios

(1) Scholia *Commentatoris veteris* in *Horatii* Carm. II. od. 16. v. 37. *Mihi parva rura & Spiritum Graja tenuem Camœnæ Parca non mendax dedit*, in *Jac. Cruquii* Horatio pag. 123. a.

(2) Idem *Commentator* ad Horat. lib I. Ep. XI. v. 1. apud Cruquium pag. 551. a.

(3) *Marius Victorinus* Artis Grammaticæ lib. I. in *Putſchii* Autoribus Grammaticæ latinæ, pag. 2494, 15.

(4) *Marius Victorinus* lib. III. apud *Putſchium* pag. 2576, 30.

(5) *Marius Victorinus* lib. IV. apud *Putſchium* pag. 2610, 13.

(6) *Atilius Fortunatianus* in Arte apud *Putſchium* pag. 2676, 23.

(7) *Ati-*

alios autores ſecutus, non tanquam vitioſa vitavit, ſed tanquam legitima inſeruit.

CCLII.

Numerus (7) hic (Phalæcius verſus) frequens eſt apud Lyricos; & præcipue apud *Alcæum*, *Sappho*, *Anacreonta*.

CCLIII.

Hoc (8) metrum (*Horatii* Carm. I. od. 2.) tricola habet paria, quartam brevem clauſulam, ſumptum eſt ab *Alcæo*. Sappho quoque frequenter eo utitur.

CCLIV.

Tertia (9) ode (*Horatii* Carm. I.) dicolos eſt, habet primum octoſyllabum Anacreontium, quem & Glyconicum vocant, habet originem ab heroo, conſtat ex ſpondeo & dactylo, ut *Immotamque coli dedit & contemnere ventos;* Anacreonticon eſt, uſi ſunt hoc genere metri *Alcæus*, *Sappho*, *Alcman*.

CCLV.

Quidam (10) ſeptem pueros & ſeptem puellas accipi volunt, (victimas Minotauro oblatas) quod & *Plato* dicit in Phædone, & *Saffo* in Lyricis, & *Bacchylides* in Dithyrambis, & *Euripides* in Hercule, quos liberavit ſecum Theſeus.

(7) *Atilius Fortunatianus* apud *Putſchium* pag. 2678, 41.

(8) *Atilius Fortunatianus* apud *Putſchium* pag. 2681, 6.

(9) Idem *Atilius* apud *Putſchium* pag. 2701, 32.

(10) *Servius* ad *Virgilii* Æn. VI. v. 21.

NOTAE AD FRAGMENTA QUAEDAM SAPPHUS ET LOCA DE ILLA.

Ad N.I. δεῦρο δεῦτε] Hic locus addendus est illis, quæ de δεῦρο adverbio mox loci mox temporis vel simpliciter vel cum ἐλθὲ, ἴθι, χώρει posito afferunt *Erasmus Schmidius* in notis ad Act. VII. 3. & *Lamb. Bos* in Ellipsibus græcis verborum, voce ἔρχεσθαι.

Ad N.II. ἀβρὰ] *Glossarium* vetustum, cujus initium in Celeb *Bernh. Montfancons* Palæographia græca pag. 248. exhibetur; ἀβρὸς *glaber, delicatus.* Adde Svidam v. ἀβρὸς, qui docet de prato molli & virente usurpari.

καλλίκομοι] de Charitibus *Aristophanes* in Εἰρήνῃ v. 797.

> Τοιάδε χρὴ χαρίτων
> Δαμώματα καλλικόμων
> Τὸν σοφὸν ποιητὴν
> Ὑμνεῖν.

> *Ista decet Charitum*
> *Vulgaria pulchricoma-*
> *rum catum poëtam*
> *Laudare.*

& *Anacreon* in epigrammate, quod ex Anthologia medita Cl. *Kusterus* in notis ad Svidam v. ἀγρῶ integrum edidit:

> - - καλλικόμους οὐκ ἔλαθες χάριτας.

> - - *pulchricomas non latuisti Gratias.*

& *Anthologia* lib. IV. c. 18. n. 33.

> Ἢ μετὰ καλλικόμων Κύπριν ἴδῃ χαρίτων.

> *Vel cum pulchricomis Cypridem videat Gratiis.*

de Mnemosyne matre Musarum *Hesiodus* in Theogon v. 915.

> Μνημοσύνης δ' ἐξαῦτις ἐράσσατο καλλικόμοιο.

> *Mnemosynen vero deinceps amavit pulchricomam.*

de Horis *Idem* in Ἔργοις v. 75.

> Ὧραι καλλίκομοι στέφον ἄνθεσιν εἰαρινοῖσι.

> *Horæ pulchricomæ coronarunt (Pandoram) floribus vernis.*

de Helena *Homerus* Odyss. O v. 58.

> Ἀνστὰς ἐξ εὐνῆς Ἑλένης πάρα καλλικόμοιο.

> *Ubi surrexit è lecto Helena à pulchricoma.*

de Mystide Nympha *Nonnus* Dionys. lib. IX. v. 99.

> Καὶ βρέφος ἀμφιπόλῳ παρεθήκατο Μύστιδι νύμφῃ,
> Μύστιδι καλλικόμῳ Σιδωνίδι.

> *Et infans famulæ apponebatur Mystidi nymphæ,*
> *Mystidi pulchricomæ Sidoniæ.*

de quercubus *Dionysius* in Περιηγ. v. 503.

> Ἴδη καλλικόμοισιν ὑπὸ δρυσὶ τηλεθόωσα.

> *Ida pulchricomis sub quercubus eminus virescens.*

Idem quod ἠΰκομος, vel ἠΰκομος & εὐπλόκαμος, quibus vocibus sæpe usus est *Homerus.*

Ad N. III. Hic versus non reperitur in collectionibus Lyricorum.

Ῥοδοπήχεες] *Hesiodus* in Theogon. v. 251.

> Ἱπποθόη τ' ἐρόεσσα, καὶ Ἱππονόη ῥοδόπηχυς.

> *Hippothoeque lepida, & Hipponoe roseis lacertis prædita.*

& Ho-

& *Homerus* hymno in Solem v. 6.

> Ἠῶ τε ῥοδόπηχυν, ἐϋπλόκαμόν τε Σελήνην.

Auroramque roseum cubitum habentem, pulchricomamque Lunam.

Maximus Tyrius diss. 24. sub init. ἵνα μὴ τὸν Ὅμηρον αὖθις σοι προσφέρω, λευκώλενον τὴν Ἥραν λέγοντα, καὶ ῥοδόπηχυν τὴν Ἠῶ. *Ne Homerum denuo producam tibi, qui nimirum albas Junoni ulnas tribuit, Aurora roseos cubitos.* Adde *Paulum Silentiarium* in descriptione magnæ Ecclesiæ Part. II. v. 352. pag. 518. ed. Paris. ubi auroram ῥοδόπηχυν vocat. *Philostratus* Iconum lib. II. cap. I. Τὰ εἴδη τῶν παρθένων εἰ τῷ Πάριδι, ἢ ἄλλῳ τῳ κριτῇ ἐπιτρέποιμεν, ἀπορῆσαι ἄν μοι δοκεῖ ψηφίσασθαι, τοσοῦτον ἁμιλλῶνται, ῥοδοπήχεις, καὶ ἑλικώπιδες, καὶ καλλιπάρῃοι, καὶ μελίφωνοι. *Virginum formas si Paridi aut alii cuipiam judici committeremus, mihi utique in proferenda sententia anceps futurus videtur, usque adeo dubiam sibi invicem palmam reddunt, rosea ulnis, nigra oculos, pulchra malas, voce jucunda.* Anacreon od. 53. v. 20.

> Ῥοδοδάκτυλος μὲν Ἠώς,
> Ῥοδοπήχεες δὲ Νύμφαι,
> Ῥοδόχρους δὲ κ' Ἀφροδίτα
> Παρὰ τῶν σοφῶν καλεῖται.

Aurora nonne fertur
Rosea manu decora?
Rosei sque nonne Nympha
Spectabiles lacertis?
Roseicolor ipsa Cypris
Vocitata nonne doctis?

Anthologia lib. V. epigram. 31. v. 3.

> Δερκόμενος ῥοδόπηχυν ὁμόφρονα Τυνδαρεώνην.

Videns roseis digitis idem sentientem Tyndari filiam.

Epigramma ineditum num. 230. *Codicis Uffenbachiani:*

> Πρώην τὴν σαῦραν ῥοδοδάκτυλον αυιι (in margine MSti corrigitur: Ἄλκιμε) ἔδειξας,
> Νῦν αὐτὴν ἤδη καὶ ῥοδόπηχυν ἔχεις.

Primum lacertam roseos digitos habentem, Alcime, ostendisti.
Nunc illam etiam roseis lacertis praditam habes.

& aliud ibid. num. 366.

> Ἡμερίδα τρυγόωσιν ἐτήσιον, οὐδέ τις αὐτῶν
> Τοὺς ἕλικας, κόπτων βότρυν, ἀποστρέφεται.
> Ἀλλά σε τὴν ῥοδόπηχυν, ἐμῆς ἀνάθημα μερίμνης,
> Ὑγρὸν ἐπιπλέξας ἀμμάλη δέσμον ἔχω.
> Καὶ τρυγόωσιν (leg. τρυγόω σὸν vel σοῦ) ἔρωτα, καὶ οὐ θέλω, οὐκ ἐὰρ ἄλλο
> Οἶδα μένειν· ἔτι μοι πᾶσα γέμεις χαρίτων.
> Ὧδε καὶ ἡμύσειας ὅλον χρόνον· εἰ δέ τις ἔλθῃ
> Λοξὸς ἕλιξ ῥυτίδων, πλήσσομαι (an? λήσομαι) ὡς φιλέων.

Vitem vindemiant annuam, neque quisquam illarum
Capreolos, decerpens uvam, aversatur.
Te autem roseos lacertos habentem, Sacratum mea cura,
Mollem implicans fascia nodum teneo.
Et vindemio tuum amorem, non autem messem, haud aliud ver
Novi manere: adhuc mihi tota es plena amœnitatum.
Sic etiam te inclines omni tempore. si autem venerit aliquis
Obliquus anfractus rugarum, plenus ero (oblivifcar) ut amans.

ἀγκάς] vid omnino de hujus vocis significationibus & constructionibus *Erasm. Schmidii* notas in 2 Cor. XI. 2.

Ad N. IV. χέλυ] Chelys, cithara & lyra promiscue sumi à Poëtis solent. Distinguuntur tamen eadem nonnunquam à se invicem vid Ill. *Ez. Spanhemii* notas ad *Callimachi* hymnum in Apoll. v. 16. In Celeb. *Bernh Montfauconi* Antiquitate illustrata Tom. III. Suppl. tab LXXV. n. 7 exhibetur lyra singularis, ex anaglypho nosocomii S. Johannis Lateranensis educta, quæ chordas habet non luci & oculis pervias, ut aliæ omnes, sed ligneæ machinæ inclusas, ut hodiernæ lyræ sunt. *Blanchinius* putat esse chelyn veterum, כְּלִי affinis χέλυς instrumentum musicum, & χε-

 λώνη

λόνη testudo, in vase veluti inclusa propria testa. v. *Jacobi Gussetii* Commentarios L. Ebraïcæ in כלרה pag. 384. b. lit. F.

Ad N. V. Καλλιόπα] Musa dicta ἀπὸ τῆς καλῆς ὀπὸς à bonitate vocis, quæ inventrix carminis heroici ferebatur. In nummis aliisque monumentis antiquis mox volumen mox calamum tenet.

Ad N. VI. Hæc ode non solum ex Aldi Rhetoribus pag. 537. sed etiam ex Jovitæ *Rapicini* libello de numero oratorio Venet. 1554. p. 41. αὐτολεξεὶ descripta exhibetur à Jo. Hudsono in annotationibus in Tom. II. Opp. Dionysii Halicarn. pag. 351. b. *Rapicinum* eam in quibusdam meliorem exhibere quam *Is. Vossium* in *Catullum* judicat Eleg. *Jac. Phil. D'Orville*.

V. 1. ποικιλόθρον'] Venus alias χρυσόθρονος appellatur.

δολοπλόκε] hoc epitheton Veneri tribuit *Orpheus* in hymno in ejus honorem scripto v. 3. pag. 150. ed. *Eschenbach*. Amori autem *Alpheus* in epigrammate, quod legitur in Anthol. lib. IV. c. 12. n. 59.

Ἀλλὰ καὶ ὥς σε δέδοικα δολοπλόκε, μή τινα κεύθῃς
Εἰς ἐμὲ κἢν ὕπνῳ πικρὸν ὄνειρον ἴδης.

Sed & ut te formido, dolose, ne quem abscondas ignem)
In me, & etiam in somno acerbum somnium videas.

Ad v. 10. στροῦθοι] Cur passeres Veneri sacri sint, copiose exponit *Eustathius* ad Iλ. Β. p. 171. ed. Bas. De eorum salacitate præter Historiæ naturalis Scriptores plurimos agit *Horus Apollo* Hieroglyph. lib. II. sub finem: Ἄνθρωπον γόνιμον θέλοντες σημᾶναι, στροῦθον πυργίτην ζωγραφοῦσι. Οὗτος γὰρ ὑπὸ ὀργῆς ἀμέτρου καὶ πολυσπερμίας ὀχλούμενος, ἑπτάκις μίγνυται τῇ θηλείᾳ ἐν μιᾷ ὥρᾳ ἀθρόως σπερμαίνων. *Semine abundantem hominem volentes designare, passerculum pyrgiten pingunt. Hic enim & immodica ira & copia seminis ductus, septies in hora fœminam init, copiosum semen effundens.* *Pierius Valerianus* Hieroglyph. lib. XX. c. 37. statuit intelligendum esse στροῦθον πυρίτην, fulvum quippe & æris instar rubicundum, non autem πυργίτην, quod nonnulli turriculam interpretati sunt, cum Codices MSSti Hori πυρίτην legendum indicent. Sed πυργίτην retinendum esse docent *Galenus* de aliment. facultatibus lib. III. cap. 19. ἡ τῶν κιχλῶν καὶ κοττύφων καὶ τῶν μικρῶν στρουθῶν, ἐν οἷς εἰσι καὶ οἱ πυργῖται καλούμενοι, σκληροτέρα ἐστί. *Turdorum vero & merularum parvorumque passerum (inter quos etiam sunt, quos turriculas vocant) caro est durior.* S. *Augustinus* contra Epistolam Manichæi c. 32. Tom. VIII. Opp. ed Paris. Bened. p. 173. *Quod attinet ad fervorem concubitus, credo eum animadvertisse hinnientes equos, & sæpe morsis frenis raptos in fœminas; quod animadversum dum vult cito scribere, non attendit passerem parietinum, in cujus comparatione quivis admissarius frigidissimus invenitur.* Et *Cassiodorus* in Ps. CI v. 8. Tom. II. Opp. p. 320. b. ed. nov. Ven. *Passer est avis parva, quæ propter infirmitatem suam, ne aut ipsa à prædatore capiatur, aut fœtus ejus serpentinis devorentur insidiis, inter aves unica cautione munita, ad domorum fastigia celsa concurrit.*

Ad v. 18. μαινόλα] μαινόλης à Suida explicatur μανικὸς, μαινόμενος, *insanus, furiosus*; ab *Hesychio* παράκοπος ἔνθεος. *Æschylus* in Supplicib. v. 114. memorat διάνοιαν μαινόλιν mentem furentem, & *Clemens Alexandr.* in Cohortat. ad Gentes ed. Sylb. pag. 1. θίασον μαινόλην *saltationem bacchicam furentem* uti pro θιάσω μαινόλη legendum censet Rev. *Potterus* in notis & in indice. Est epitheton Bacchi, *Clemens Alex.* l. c. p. 4. in fine: Διόνυσον μαινόλην ὀργιάζουσι Βάκχοι ὠμοφαγίᾳ τὴν ἱερομανίαν ἄγοντες. *Bacchum Manolen solennibus Orgiis celebrant, crudarumque carnium helluatione sacram insaniam peragentes;* quem locum etiam *Eusebius* Præpar. Evang. lib. II. c. 5. adducit. *Plutarchus* de ira cohibenda T. II. Opp. p. 463. B. ἂν μὴ προσγενόμενος ὁ θυμὸς ὠμηστὴν καὶ μαινόλην ἀντὶ Λυαίου καὶ Χορείου ποιήσῃ τὸν ἄκρατον. *Nisi ubi ira accedente pro Lyæo & Choreo id est, animum laxante & choreas suadente crudelem & furiosum Bacchum facimus.* *Eustathius* ad Iλ. Z. pag. 484. ed. Bas. Ἐπεὶ καὶ τὸν Διόνυσον μαινόλην, καὶ μαινάδας τὰς ἐπ' αὐτῷ καθὰ καὶ Βάκχας φαμέν. *Quandoquidem etiam Bacchum Manolen & Manades servas ejus vocamus, uti quoque Bacchas.* In Anthol. lib. I. c. 38. ep. 11. v. 13. Bacchus vocatur μαινόλιος.

Ad v. 19. σαγηνεῦσαι] *Hesychius*: σαγηνεύειν θηρεύειν.

θηρεύειν, αἰχμαλωτίζειν ἢ ἁλιεύειν. Σαγηνεύσαντες· τὰς πολιορκηθέντας δικτύοις ἰθος ἦν καὶ σαγηνεύειν. Herodotus lib. VI. cap. 31. Ὅκως λάβοι ἕνα τῶν νήσων, ὡς ἑκάστην αἱρέοντες οἱ βάρβαροι ἐσαγήνευον τοὺς ἀνθρώπους. Σαγηνεύουσι δὲ τόνδε τὸν τρόπον· Ἀνὴρ ἀνδρὸς ἁψάμενος τῆς χειρὸς, ἐκ θαλάσσης τῆς βορηΐης ἐπὶ τὴν νοτίην διήκουσι, καὶ ἔπειτα διὰ πάσης τῆς νήσου διέρχονται ἐκθηρεύοντες τοὺς ἀνθρώπους. *Quarum insularum, ut quamque capiebant Barbari, everriculabant homines. Everriculant autem hunc in modum. Viri manum mutuo tangentes, à mari aquilonari ad australe pertransennt: post hac omnem insulam peragrant, venando homines. Plutarchus* de Solertia animal. Tom. II. pag. 977. E. Οἱ ἁλιεῖς συνορῶντες, ὥσπερ αἰδέσιμοι παλαισμάτων τὰ πλεῖστα διακρινόμενα τὰς ἀπ' ἀγκίστρου βολὰς, ἐπὶ βίας ἐτράπησαν. καθάπερ οἱ Πέρσαι σαγηνεύοντες, ὡς τοῖς ἐνσχεθεῖσιν οὐδεμίαν ἐκ λογισμοῦ καὶ σοφίας διάφευξιν οὖσαν. *Piscatores cum vident plerosque piscium ex hamis elabi, ad vim se converterunt, Persarum more sagenis eos circumvenientes, quibus comprehensi nulla calliditate effugere possint.* Plato lib. III. de Legg. pag. 818. B. ed. Francof. συνάψαντες ἀλλὰ τὰς χεῖρας, σαγηνεύσαιεν πᾶσαν τὴν Ἐρετρικὴν οἱ στρατιῶται τοῦ Δάτιδος. *Manibus invicem junctis atque ita universa regione Eretriensium circumdata omnes penitus comprehenderunt Datidis milites. Julianus* Imp. Orat. II. p. 79. A. ed. Lips. αἱροῦντας νήσους καὶ σαγηνεύοντας *qui insulas caperent & everricularent.*

Pag. 14. v. 13. interpunctio verborum ita est corrigenda: ὑποτάσσονται· Ἡμιφαίνων δὲ πρὸς ἡμίφωνα, καὶ Φωνηέντων κ. τ. λ.

Ad n. VIII. Legitur in Anacreonte Longapetrxi p. 397.

Νέκταρ] Clariss. *Clericus* in notis ad *Hesiodi* Theogon. v. 640. Νέκταρ τ' ἀμβροσίην τε, τάπερ θεοὶ αὐτοὶ ἔδουσι, observat, si hic urgeatur verbum ἔδουσι, sequi utrumque esse cibum, neutrum potum, plerisque tamen scriptoribus ambrosiam fuisse cibum, nectar potum; at ex loco Homeri Odyss. ί v. 359. colligere licere, utrumque fuisse potum. v. *Eustath.* ad l. c. pag. 360, 16. qui ostendit nonnullis veteribus nectar fuisse solidum cibum, ambrosiam vero potum. Ipse *Clericus* putat & Homerum & Hesiodum minus accurate locutos esse. Quodcunque vinum suavius aut dulcem potum appellari νέκταρ liquet è *Nicandri* Alexipharm. v. 44.

- - - ὅτε νέκταρ εὔτριβι κιρρὸν ἀφύσσαι
Μετρηδόν.

- - - ubi nectar gilvum patella mensurandum
Hauseris.

ex *Athenaei* lib. I. p. 32. B. Χαιρέας ἐν Βαβυλῶνι οἶνόν φησι γίνεσθαι τὸν καλούμενον νέκταρ. *Chareas vinum esse Babylone tradit, quod Nectar indigenæ vocant* & ex lib. II. p. 38. F. Καλῶς Ἀρίστων ὁ Χῖος φησι, ἥδιστον ποτὸν εἶναι τὸν ἅμα μὲν γλυκύτητος, ἅμα δὲ εὐωδίας κεκοινωνηκότα· διὸ καὶ τὸ καλούμενον νέκταρ κατασκευάζειν τινὰς περὶ τὸν Λυδίας Ὄλυμπον, οἶνον καὶ κηρία συγκιρνάντας εἰς ταυτὰ καὶ τὰ τῶν ἀνθῶν εὐώδη. *Recte dixit Ariston Chius suavissimum potum esse, qui & dulcedinis sit particeps & tranquillitatis. Itaque circa Lydia montem Olympum, quod nectar vocant, à quibusdam praparari, vino, favis, & floribus qui bene olent, in unum commixtis.* Autor *Geoponic.* lib. VIII cap. 25. οἰνόμελι τοῦτο καλοῦσί τινες νέκταρ *Oenomeli hoc aliqui vocant nectar.* De origine hujus vocis Etymologici Scriptor: οἱονεὶ τὸ συνέχον τοὺς πίνοντας αὐτὸ ἐν νεότητι, παρὰ τὸ νέον καὶ τὸ ἔχω· νεόεκταρ, καὶ κατὰ συγκοπὴν νέκταρ· tanquam conservans bibentes illud in juvenili ætate, à vocibus νέον & ἔχω, νεόεκταρ. & per contractionem νέκταρ. *Photius Cod.* CCLXXIX. p. 866. ed. Hæschel. Ὃ μὴ ἐστι δυνατὸν τοῖς θνητοῖς, τουτέστι τοῖς κτεινομένοις μετασχεῖν· ἐστι γὰρ κτὰρ ῥηματικὸν ὄνομα ἀπὸ τοῦ ῥήματος παρηγμένον τοῦ κτῶ· τοῦ δηλοῦντος τὸ κτείνω· *quod mortales edere non possunt, κτεινόμενοι enim qui occisi sunt. Est autem κτὰρ verbale à verbo κτῶ quod significat κτείνω occido.* *Tzetzes* Chil. X. 351.

Νέκταρ δὲ πόσιν τῶν θεῶν πάλιν φασὶν οἱ μῦθοι.
Περὶ (ἐπὶ) τὸ νη στερητικὸν, καὶ κτῶ δὲ τὸ φονεύω,
Νέκταρ ὀνομαζόμενον, πόσις μὴ κτεινομένων.
Οὕτω τὸ νέκταρ λέγεται κυριωτέρῳ λόγῳ.
Ἡμεῖς δὲ νέκταρ πᾶν γλυκὺ φαμὲν ἐν παραχρήσει.

Nectar vero rursus potionem Deorum dicunt fabula,
A νη privativo & κτῶ quod est occido,

Nectar nominatim, potio non morientium.
Sic Nectar dicitur magis propria ratione.
Nos autem Nectar omne dicimus dulce per abusum.

Clericus laudatus l. c. monet dicere eos debuisse κτείνω unde κτεαρῶ justa facio & κτέρες mortui. Ipsi fit verosimile, נקטר Niktar aut Nektar vocem esse phœniciam, quæ suffitum sonat; qui veluti potus Deorum habebatur, ut caro victimarum, cibus. Adi Luciani librum de Sacrificiis.

Ad n. IX. ἴσ☉ Θεοῖσιν] feliciter amantes Diis se æquant; vid. Zinzerlingi Criticorum Juven. Promulf. c. 40. pag. 117.

Ad v. 7. βρόγχον] *Galenus* in Ἱπποκράτους γλωσσῶν ἐξηγήσει voce: βρόγχος] τῆς χονδρώδους ἀρτηρίας *cartilaginea arteria.* *Dioscorides* lib. III. cap. 94. pag. 213. C. Opp. ἀρήγει (σιλφίον) βρόγχων χρονίαις τραχύτησι, *subvenit veteribus faucium asperitatibus.* *Nemesius* de natura hominis cap. 28. pag. 222. edit. Oxon. Συνάπτεται τῇ τραχείᾳ ἀρτηρίᾳ κατὰ τὸ συνεχὲς ὁ βρόγχ☉, σύγκειμεν☉ ἐκ μεγάλων τριῶν χόνδρων· τούτῳ δὲ ὁ λάρυγξ, αὐτῷ τὸ στόμα καὶ ῥῖνες. *Adhæret aspera arteria bronchus, qui ex tribus magnis cartilaginibus constatus est; broncho guttur, gutturi os & nares.*

Ad v. 11. βομβεῦσιν] βομβεῖν usurpatur de tinnitu aurium in *Luciani* dial. meretr. IX. T. II. Opp. ed. Amstel. pag. 536. ἦπου ὦ Παρμένων, ἐβόμβει τὰ ὦτα ὑμῖν, *nonne vobis tinniebant aures?* *Maximus Tyrius* diss. VII. sub fin. Τοῦτο δύναται ποιητοῦ λόγ☉ ἐμπεσὼν ἀκοαῖς τεθραμμέναις κακῶς, περιβομβεῖν αὐτὰς καὶ μὴ παρέχειν σχολὴν διαπιστεύειν τοῖς εἰκῇ θαυμαζομένοις λόγοις. *Hac propria poetica sermonis vis est, ut male institutorum hominum aures ita suo strepitu detineat, occupetque ne temere ineptis cum vulgo opinionibus accedant.* *Aristænetus* lib. II. ep. 13. ἐβόμβει μοι τὰ ὦτα, ὅτε σου μετὰ δακρύων ἐμεμνήμην. *Tintinant mihi aures, quoties lachrymans facio mentionem tui.* *Synesii* epist. 123. sub init. ἐμβομβεῖ μου ταῖς ἀκοαῖς ἡ θαυμασία σου τῶν σοφῶν λόγων ἠχώ. *Auribus illa sapientissimorum tuorum sermonum vox insonat.* De susurro insectorum *Aristophanes* in Pluto v. 537.

Φθειρῶν τ' ἀριθμὸν, καὶ κωνώπων καὶ ψυλλῶν
(Οὐδὲ λέγω σοι
Ὑπὸ τοῦ πλήθους) αἳ βομβοῦσαι περὶ τὴν κεφαλὴν ἀνιῶσιν.

Numerum pediculorum, culicum & pulicum
(quos jam numerare
Non est) qui odioso bombo strident hominis
tempora circum.

& de stridore lapidis *Homerus* Odyss. Θ v. 190. βέμβησεν δὲ λίθ☉ *insonuit autem lapis.*

Ad n. X. *Is. Vossius* in Observationibus in *Catullum* p. 345. istos versus paulo aliter exhibet:

Γλυκεῖα μᾶτερ, οὔ τοι δύναμαι κρέκειν τὸν ἱστόν.
Πόθῳ δαμεῖσα παιδ☉ βραδινὰν δι' Ἀφροδίταν.

& subjunctis verbis Horatii ex Carm. III. od. 12. v. 4. sqq. hæc addit: ut supra monuimus *Catullum* in reddenda Sapphonis oda non sibi satisfecisse, & velut indignantem in medio conatu subsistere & quasi abrumpere, ita neque *Horatium* valde sibi placuisse puto, utpote cujus versus licet hoc in loco rapidi sint & præclari, nihilo tamen feliciores sunt Catullianis, cum neuter ad elegantiam musæ assurgat Lesbiæ. In concitatis vero istis Sapphonis numeris medius antispastus, pes nempe refractarius sauciam amore puellam & ingratas procul à se rejicientem telas adeo pulcre exprimit, ut quæ non sunt, ea tamen te videre existimes, acriusque animum tuum feriant, non visa, quam si ea coram contemplere.

κρέκειν] *Euripides* in Electra v. 542. εἰ δὲ κἀκρεκον πέπλους *quamvis vero texuissem peplos.* *Scholiastes Aristoph.* ad Aves v. 683. Κρέκουσα νῦν ἀντὶ τοῦ λαλοῦσα· κυρίως δὲ τὸ τὴν κιθάραν κρέκειν. Κρέκουσα *hoc loco pro* λαλοῦσα. *proprie vero significat citharam pulsare.* Et à *Scholiaste Apollonii* ad lib. IV. v. 1194. φόρμιγξ ἐυκρέκτ☉ explicatur εὔηχ☉ κιθάρα *canora cithara.* *Orpheus* in Πανὸς θυμιάματι v. 6.

Ἁρμονίαν κόσμοιο κρέκων φιλοπαίγμονι μολπῇ.

Harmoniam mundi canens festivo hymno.

Athenæus XIV. p. 626. A. è *Telestis* Selinuntii hymnis:

Τοὶ

Τοὶ δ' ἐξυφῶντες πηκτίδων ψαλμοῖς
Κρέκον Λύδιον ὕμνον.

Illi autem acutis pectidum sonis
Canebant Lydium hymnum.

Lucianus in Tragopodagra Tom. II. pag. 806. ed. Amstel.

Κλάζει δὲ βριθῦσα σάλπιγξ,
Ἄρει κρέκυσα θῦρα.

Resonat autem gravida tuba,
Clangens Marti crudeli.

Galenus in Ἱπποκράτυς γλωσσῶν ἐξηγήσει voce κρέκην· ὠνοματοπεποίηται, τὸν μισητὸν ἦχον, ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ νόσων τῷ μείζονι. *Nomen factum est, odiosum sonum, in secundo de morbis majori.*

Ἱστὸν] de hac voce vide omnino *Jo. Clerici* notas ad *Hesiodi* Ἡμέρας v. 779. ex Cl. *Salmasii* notis ad *Jul. Capitolini* Pertinacem c. 8.

βραδινῷ] Ill. *Ezech. Spanhemius* in Observ. in *Callimachi* hymnum in Palladem v. 72. pag. 600. βραδινὰν pro ῥαδινὰν dixit Æolis musa, non *acrem*, ut Interpres in Stephaniana novem Lyricorum editione, sed *agilem* aut vero *delicatam* seu teneram, quomodo de Junone dixit *Apollonius* lib. III. v. 106 ῥαδινῆς ἐπεμάσσατο χειρός h. e. juxta eruditos ejus enarratores, τρυφερῆς *delicata*, nempe *delicata strinxit* seu *apprehendit manu*.

Ad n XII. λυσιμελὴς] de Amore *Hesiodus* Theog. v. 910.

Τῶν καὶ ἀπὸ βλεφάρων ἔρος εἴβετο δερκομενάων
Λυσιμελής.

Quarum è palpebris amor destillat contuentium
Solvens membra.

de Somno *Homerus* Odyss. υ. v. 56.

Εὖτε τὸν ὕπνος ἔμαρπτε λύων μελεδήματα θυμῦ,
Λυσιμελής.

Quando hunc somnus cepit solvens curas animi,
Solvens membra.

& Odyss. ψ. v. 342.

Τῦτ' ἄρα δεύτατον εἶπεν ἔπος, ὅτε οἱ γλυκὺς ὕπνος
Λυσιμελὴς ἐπόρυσε, λύων μελεδήματα θυμῦ.

Hoc igitur ultimum dixit verbum, quando ei dulcis somnus
Membra solvens invasit, solvensque curas animi.

Ælianus de Animal. lib. IV. cap. 41. ἔοικε δὲ ὁ θάνατος ὕπνῳ, καὶ μάλιστά γε ἤδη καὶ ἀνώδυνος, καὶ ἔστιν οὓς οἱ ποιηταὶ τὸν λυσιμελῆ φιλῦσιν ὀνομάζειν ἢ τὸν ἁβρὸν γόον. *Similis vero est mors somno, inprimis si hic fuerit suavis & dolorum expers, quem poeta artuum dissolutorem aut mollem vocare solent.* Julianus Imp. Orat. II. p. 85. B. ed. Lips. ὥστε εὐφρόνη τὸν λυσιμελῆ καὶ λυσιμέριμνον ὕπνον ἐπάγυσα, παῦλαν ἐπεποίησε τῆς ἡμερινῆς λύπης. *Neque nox, qua membra laxare & curas dissolvere somno solet, continuis doloris quietem iis indulgere solet.* *Themistius* Orat. XXI. p. 263. C. ed Hard. ὁ λυσιμελὴς ὕπνος ὁ πανδαμάτωρ τὺς μὲν ἄλλυς κακύργυς καταχοιμίζει. *Membrorum solutor domitorque omnium ille somnus ceteros maleficos sopitos tenet.* S. *Chrysostomus* Homil. VI. in Act. Apost. Tom. IV. Opp. ed. Savil. p. 644, 35. ὥστε ταχέως τὸν λυσιμελῆ τοῖς ὀφθαλμοῖς ὕπνον ἐπάγειν *ut cito somnum membrorum, solutorem oculis inferat.* De morte *Euripides* in Supplic. v. 46. De Baccho *Nonnus* Dionys. lib. XLII. v. 350.

. . . πεθοβλήτῳ δὲ καὶ αὐτὸς
Λυσιμελὴς Διόνυσος ἐλύετο γυῖα μερίμνῃ

. . . *amore percutiente vero & ipse*
Membra solvens Bacchus solvebatur membra cura.

& de Baccho atque Venere *Anthologia* lib. II. c. 53. epigr. 4.

Λυσιμελῦς Βάκχυ καὶ λυσιμελῦς Ἀφροδίτης
Γεννᾶται θυγάτηρ λυσιμελὴς ποδάγρα.

Sol.

Solventis membra Bacchi & solventis membra Veneris
Generatur filia membra solvens podagra.

γλυκύπικρον] *Musaeus* Poëta v. 166.

Ἤδη καὶ γλυκύπικρον ἐδέξατο κέντρον ἐρώτων

Dulcacido jamdum superata Cupidinis ictu.

Plutarchus περὶ πολυπραγμοσύνης Tom. II. Opp. pag. 522. C. οὕτω τίς ἐστι γλυκύπικρος καὶ ἀκατάσχετος ὁ τῆς πολυπραγμοσύνης γαργαλισμός. *Ita pruritus quidam est curiositatis dulcedini amarorem habens permixtum & effrenis.* *Nonnus* Dionys. lib. XLII. v 211.

Ἀλλὰ φόβον γλυκύπικρον ἔχων

Sed metum dulcacidum habens.

Epigramma ineditum *Meleagri* n. 103. Codicis *Uffenbachiani*

Ὁ τρυφερὸς Διόδωρος ἐς ἠιθέους φλόγα βάλλων,
Ἤγρευται λαμυροῖς ὄμμασι Τιμαρίου,
Τὸ γλυκύπικρον ἔρωτος ἔχων βέλος. Ἦ τόδε καινὸν
Θάμβος ὁρῶ· φλέγεται πῦρ πυρὶ καιόμενον.

Mollis Diodorus in juvenes flammam projiciens,
Captus est elegantibus oculis Timarii,
Dulcamarum telum amoris habens. Certe illud novum
Portentum video: comburitur ignis igne accensus.

& aliud *Posidippi* ib. n. 321.

Κέκροπι ῥαῖνε, λάγηνε, πολύδροσον ἰκμάδα Βάκχου,
Βαῖνε, (Ῥαῖνε,) δροσιζέσθω συμβολικὴ πρόποσις.
Σιγάσθω (σιγέσθω) Ζήνων ὁ σοφὸς κύκνος, ἥτε Κλεάνθους
Μοῦσα, μέλοι δ' ἡμῖν ὁ γλυκύπικρος Ἔρως.

Cecropi infunde, lagena, rorulentum humorem Bacchi,
Infunde, irroretur collectitia propinatio.
Vexet Zeno sapiens cygnus, & Cleanthis
Musa, nobis autem cura sit Amor dulciamarus.

Ad n. XIV. πόκα] Svidas hac voce: ἀντὶ τοῦ ποτὲ δωρικῶς, ἀφ' οὗ καὶ οὐδέποκα. Epigramma ineditum *Anonymi* num. 262. Codicis *Uffenbachiani*:

Ἴφίων ἔγραψεν ἐᾷ χερὶ, τὸν πόκα ὕδωρ
Θρέψε Πειρήνης ἄπο

Iphion scripsit manu sua, quem aliquando aqua
E Pirenes fonte nutrivit.

Ad n. XV. κατάκλειστος] Virgines & mulieres olim raro visas & arcte custoditas fuisse patet ex *Euripidis* Oreste v. 108.

Εἰς ὄχλον ἕρπειν παρθένοισιν οὐ καλόν.

Non est honestum virginibus venire in publicum.

Hecuba v. 974.

- - - Αἰτία τις καὶ νόμος,
Γυναῖκας ἀνδρῶν μὴ βλέπειν ἐναντίον.

- - - *Causa quaedam & lex est*
Mulieribus, viros ne aspiciant ex adverso.

Heraclid. v. 477.

Γυναικὶ γὰρ σιγή τε καὶ τὸ σωφρονεῖν
Κάλλιστον, εἴσω δ' ἥσυχον μένειν δόμων.

Mulieri enim silentium & modestia
Et manere quietam in aedibus, pulcherrimum est decus.

Iphigenia in Aulide v. 738.

Ὀχυροῖσι παρθενῶσι (κόραι) φρουροῦνται καλῶς

Bene custodiuntur (puellae) firmis gynaeceis.

ex

ex *Lysia* orat. II. in Simonem cap. 2. αἳ οὕτω κοσμίως βεβιώκασιν, ὥστε καὶ ὑπὸ τῶν οἰκείων ὁρώμεναι αἰσχύνεσθαι. *Quæ tanta in verecundia fuerunt educatæ, ut etiam à domesticis conspectæ erubescerent.* Ex *Aristaneto* lib. II. ep. 5. Τί δὴ καταλιπὼν ἐκεῖνος ὁ δᾳδοῦχος θεὸς τὰς ἐπιτηδείας αὐτῷ καὶ συνήθεις ἀμοιβὰς βιάζεται κόρην, καὶ πολεμεῖ παιδισκαρίῳ ἀώρῳ ἀφροδίτης, ἔτι θαλαμευομένῃ, ἔτι φρουρουμένῃ, καὶ μόλις ὑπὸ φύλαξιν ἔσθ᾽ ὅπη παρακυπτούσῃ τῆς οἰκίας. *Et quid ille tædifer Deus relictis obnoxiis atque adsuetis flamma sua virginem imperitam aggreditur, pugnatque intempestiva Veneri juvencula, adhuc thalamo clusa, adhuc custodia septa, & cui vix per custodes licet extra domum paulum modo prospicere?* Ex S. *Chrysostomo* de Sacerdotio lib. III. cap. 17. Ὁ κατὰ σάρκα πατὴρ πολλὰ ἔχει τὰ ποιοῦντα αὐτῷ τὴν φυλακὴν εὔκολον τῆς θυγατρός· καὶ γὰρ καὶ ἡ μήτηρ, καὶ τροφὸς, καὶ θεραπαινῶν πλῆθος, καὶ οἰκίας ἀσφάλεια, συναντιλαμβάνεται τῷ γεννησαμένῳ πρὸς τὴν τῆς παρθένου τήρησιν. Οὔτε γὰρ εἰς ἀγορὰν αὐτὴν ἐμβάλλειν ἐφίεται συνεχῶς, οὔτε ἡνίκα ἂν ἐμβάλλῃ, φαίνεσθαί τινι τῶν ἐντυγχανόντων ἀναγκάζεται· τοῦ σκότους τῆς ἑσπέρας οὐχ ἧττον τῆς οἰκίας τοίχων καλύπτοντος τὴν φανῆναι μὴ βουλομένην. *Pater secundum carnem multa habet præsidia, quibus proclive illi sit filiam asservare; ad cujus virginis custodiam opitulantur tum mater, tum nutrix, tum famularum turba, tum domus tutela. Neque enim licet ei frequenter in forum descendere, neque si quando ea descenderit, occurrentium oculis conspicua esse cogitur: cum non minus, quam domus parietibus, vespera tenebris occultetur ea, quæ conspicua esse noluerit.* Ex *Anthologia* lib. VII. epigr. 42. v. 7.

Ἡμῖν (θηλυτέραις) οὐδὲ φάος λεύσσειν θέμις· ἀλλὰ μελάθροις
Κρυπτόμεθα ζοφεραῖς φροντίσι τηκόμεναι.

Nobis (puellis) *neque lucem videre fas est, sed ædibus*
Abscondimur, tenebricosis curis contabefactæ.

His addi possunt loca *Menandri* ἐκ τῆς Ἱερείας p. 90. ed. *Clerici*, *Euripidis* ex tragœdia Meleagri v. 33. sq. quæ etiam leguntur apud *Stobæum* serm. LXXI. pag. 439. *Gregorii Naz.* in Tragicomœdia de Christo patiente v. 541. s. & *Dionis Chrysostomi* Orat. III, p. 48. D. ed. Mor. De cura Virginum apud veteres extant Dissertationes II. *Jo. Phil. Pfeifferi* Regiom. 1672. 4. recusæ in Syntagm. II. Dissertt. Philologg. in Belgio edit. conf. etiam *Dougtæi* Analecta N. T. in app. exc. 14. ad 2 Maccab. III. 20. *Bullenger* adv. *Casauboni* Exerc. I. diatr. 3. pag. 90. *Fesselii* Adversaria S. II. 17. *Barthii* Adversaria XLII. 1. *Spanhemii* Dubia Evang. P. I. pag 299. sq. *Bucheri* Antiqq. Biblicas ex N. T. selectas p. 17. sq. Variorum notas ad *Ciceronis* Orat. Philipp. II. c. 18. Vol. VI. ed. Græv. pag. 477. & *Potteri* Archæol. Græcam IV. 13. Apud varias gentes virginibus adfuisse nutrices, usque dum nuberent, probat Almeloveenius p. 65-68. Opusc.

Ad n. XVIII. ἐκτετέλεσ'] τελέειν καὶ ἐκτελέειν de nuptiis & opere conjugii proprie dici probat locis veterum Ill. *Spanhemius* in Observv. in *Callimachi* hymnum in Apoll. v. 14. p. 57.

Ad n. XIX.] Priores duo versus ita interpungendi sunt:

Ὕψι δὴ τὸ μέλαθρον
Ἀέρρετε τέκτονες ἄνδρες·

Ad n. XX. καρχήσια] horum poculorum mentionem faciunt *Diodorus* Sic. lib. II. pag. 70. *Alciphron* lib. II. ep. 3 p. 228. ed. Lips. *Silius Italicus* Punic. XI. v. 302. *Virgilius* Georg. IV. v. 380. & Æn. V. v. 77. ad quem locum *Servius*: *Dicitur & summitas mali, per quam funes trajiciunt.* *Galenus* in Ἱπποκράτους γλωσσῶν ἐξηγήσει voce καρχήσιον· τῷ ἐπ' ἄκρῳ τῷ ἱστίῳ τῷ ἔχοντι τροχηλίαν· καὶ καρχήσιοι, ἐπ' αὐτοῦ κάλοι οἱ τεταμένοι· *in summo velo habens rotulam; & καρχήσιοι in ipso funes extenti nominati.*

Ad n. XXII. *Isaacus Vossius* in Observatt. ad *Catullum* pag. 153. legit φέρεις οὖν pro φέρεις εἶναι.

Ad n. XXIII. *Is. Vossius* l. c. pro φανόλης legit φανόλις, quod est epitheton Phosphori. Hesychius: φανόλις, λαμπρὰ φωσφόρος. Forte legendum est φανόπις, qua voce utitur *Manethon* Apotelesm. lib. IV. v. 176.

Ἀμφω δ' ἦν τούτοισι Κρόνου προσμάρτυρος ἀστὴρ
Ἐν ἰδίοις ὁρίοις φανώπιδα τάξιν ἐπίσχῃ.

Si vero istis ambobus Saturni attestans stella
In propriis terminis exserentem ora seriem teneat.

& IV. v. 239.

- - - φαίνων τε κατ' αἰθέρα φαινοπὶ ῥόμβῳ.

- - - *apparens in athere clara rotatione.*

Φανόλης à *Suida* explicatur ὁ ἀπατέων, *impostor, fallax.*

Ἄυως] *Eustathius* ad *Homeri* Ιλ. λ. pag. 757, 4. τὸ μὲν Ἠὼς διαλέκτῳ Ἰώνων, τὸ δὲ Ἕως Ἀτθικῶν, Δωριέων δὲ τὸ Ἀώς, Αἰολέων δὲ τὸ Ἄυως & ad Odyss. Σ. pag. 671, 53. Ἰστέον, ὅτι τὸ ἄυω ῥῆμα, ἔνιοι καὶ ἐδάσυνον, ἐξ οὗ τὸ ἄυον οὐ μόνον τὸ ξηραίνειν δηλοῖ, ἀλλὰ καὶ τὸ λάμπειν καὶ φαίνειν. ὅθεν καὶ ἄυως αἰολικῶς ἡ ἡμέρα, ἡ καὶ ἀὼς λεγομένη δωρικῶς καὶ ἠὼς κοινῶς τε καὶ ἰωνικῶς. *Sciendum, ἄυω esse verbum, quod nonnulli etiam cum nota aspirationis scribunt, unde ἄυειν non solum exsiccare sed etiam lucere & splendere significat; unde etiam ἄυως aolice est dies, dicitur quoque dorice ἀὼς & communi dialecto atque ionica ἠώς.*

Ad n. XXVI. φαεινὸν] Epitheton Lunæ in *Homeri* Ιλ. θ. v. 558. Diei, in *Sophoclis* Ajace flagell. v. 871. Armorum, vestium & instrumentorum in permultis Homeri aliorumque Poëtarum locis.

Ad N. XXX. ἄρνυσο] Scholia minora *Homeri* ad Ιλ. ε. v. 553. ἀρνυμένω] ἀντικαταλλαττομένω· περιάπτοντες. Comparantes; conciliantes. Scholia *Arati* ad v. 645. ἀρνύμενος] ἤγουν περιποιούμενος, ἀντικαταλλασσόμενος, διὰ τὸ φονεύειν τὰ ζῶα, χάριν Οἰνοπίωνος· εἰ δὲ αἰνύμενος γέγραπται, σημαίνει τὸ λαμβάνων· *videlicet acquirens, comparans, quia occidebat (Orion) feras Oenopionis gratia, si vero scriptum fuerit αἰνύμενος, idem est quod accipiens.* Scholia *Euripidis* ad Andromachen v. 696. ἄρνυται] λαμβάνει, κομίζεται τῆς νίκης τὴν δόξαν· *accipit, aufert victoria gloriam.*

Ad n. XXXI. Πυρίνω] Etymologicum M. in Γυριννώ· ὄνομα κύριον λεσβίας κόρης· εἴρηται παρωνύμως, παρὰ τὸ γυρῖνος, ὃ δηλοῖ τὸν βάτραχον. Γυριννώ, ὡς ἔρατος Ἐρατώ, καὶ κλέος Κλεὼ καὶ Κλειώ· *est nomen proprium puella Lesbia, dictum denominative à γυρῖνος, quod significat ranam. Gyrinno, ut ab ἔρατος Erato & à κλέος Cleo & Clio.*

Ad n. XXXI. Autor de Dialectis, quem commemorat *Ursinus* not. 2. pag. 60. b. est *Chæroboscus*, cujus verba habes emendatiora num. CXLVI.

Ad n. XXXII. πηκτίδος] hoc instrumentum musicum describunt *Lucianus* in dialogo Doridis & Galatheæ Tom. I. Opp. p. 240. Αὐτὴ ἡ πηκτὶς ὅια κρανίον ἐλάφου γυμνὸν τῶν σαρκῶν· καὶ τὰ μὲν κέρατα, πήχεις ὥσπερ ἦσαν· ζυγώσας δὲ αὐτὰ, καὶ ἐνάψας τὰ νεῦρα, οὐδὲ κόλλοπι περιστρέψας, ἐμελῴδει ἄμουσόν τι καὶ ἀπῳδόν. *Ipsa lyra similis erat cervi cranio carnibus renudato; cornua vero tanquam cubiti prominebant, quibus jugatis & alligatis fidibus, neque collope circumtortis agreste quiddam & absonum cantillabat.* & *Athenaus* lib. IV. p. 183. B. Σώπατρος ὁ παρῳδὸς ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Μύστῃ δίχορδον εἶναι, φησὶ, τὴν πηκτίδα. *Sopater Parodus in opere, cujus titulus est, Mysta, pectidis fides esse duas tradit.* Meminerunt etiam ejus *Plato* de Republ. lib. III. pag. 618. ed. Francof. *Aristoteles* Politic. lib. VIII. cap. 6. *Plutarchus* de virtute mor. T. II. Opp. p. 443. A. & de Monarchia T. II. p. 827. A. *Philostratus* in Icon. lib. I. c. 10. p. 778. ed. Lips. *Heliodorus* pag. 191. *Nonnus* Dion. lib. I. v. 388. *Anthologia* lib. VII. epigr. 67. *Eutecnius* Sophista in paraphrasi in Oppiani Ixeutica pag. 86. & pag. 90. Interpres latinus *Er. Windingius* vertit fistulas.

χρυσῶ χρυσοτέρα] Hæc de Venere intelligenda esse censet Eleg. *Bronkhusius* ad *Propert.* lib. II. eleg. II. v. 34. quia *aureus* est proprium ac tantum non perpetuum Cupidinis epitheton. Optima quæque appellari χρύσεια docent *Hierocles* in aurea carmina *Pythagora* p. 12. ed. Needham. *Palaphatus* de incred. cap. 19. *Zonaras* in Chronico lib. XII. cap. 5. pag. 600. *Theophylactus Simocatta* ep. 6. *Nonnus* Dionys. XVI. v. 70. Epigramma ineditum Polystrati è Codice *Uffenbachiano*:

Διοσὸς ἔρως αἴθει ψυχὴν μίαν· ὦ τὰ περισσὰ
Ὀφθαλμὸς πάντη πάντα κατασκόμενος,
Ἴδετε τὸν χρυσέαισι περίβλεπτον χαρίτεσσι
Ἀντίοχον, λιπαρῶν ἄνθεμον ἠϊθέων.

Ἀρκεῖ-

Ἀρκείτω· τί τὸν ἡδὺν ἐπηυγάσατε καὶ ἁβρὸν
Στασικράτη, Παφίης ἔρνος ἰοστεφάνου;
Καίεσθε, τρύχεσθε, καταφλέχθητε ποτ' ἤδη,
Οἱ δύο γὰρ ψυχὴν οὐκ ἂν ἕλοιτε (an? ἕλοιντο) μίαν.

Duplex amor urit animam unam: modum excedentia
Omnia ubique, o ocule, conspiciens.
Vidistis aureis conspicuum amoenitatibus
Antiochum, florem formosorum juvenum.
Id sufficeret: cur suavem & formosum illuminastis
Stasicratem, germen Paphia violis ornatae?
Nunc tandem accendamini, consumamini, comburamini,
Duo enim unam animam non sane capietis (capient)

Ad n. XXXIII. Πανδιονὶς] i. e. filia Pandionis Progne. Luscinia quoque vocatur πανδιονὶς in *Anthologia* lib. I. cap. 60. epigr. 9. Ibid. lib. I. cap. 56. epigr. 8. hirundines vocantur Κεκροπίδες, quia Pandion fuit oriundus a Cecrope. Fabulam Philomeles & Prognes in lusciniam & hirundinem mutatarum narrat Ovidius Metamorph. VI. fab. 7. sq. v. 412. sqq.

ὡραία] Thomas Magister in ὥρα p. 203. ed. Franequ. οὐ μόνον ὥρα τὸ ἔαρ, ἀλλὰ καὶ ὡραία. Λιβάνιος ἐν τῷ περὶ τῆς ἑαυτοῦ τύχης οὕτω (*Liban.* οὗτος) νόμῳ μὲν τῆς ὡραίας (*Liban.* ὥρας) ἐτύγχανον (ἐτύγχανεν *Liban.*) ἀφιγμένος οἴκαδε. *Non solum* ὥρα *sed etiam* ὡραία *dicitur ver. Libanius in Orat. de vita sua:* (Tom. II. Opp. p. 32. D.) *hic tum ex lege & more tempestatis vernae domum se contulerat.* Scholia ad h. l. *Libanii:* ὥρα καὶ ὡραία ταυτόν εἰσι τῇ ἐννοίᾳ. ἀμφότερα γὰρ τὸ ἔαρ σημαίνουσι. *Aristophanes* in Equit. v. 517. οὐχ ὁρᾷς; ὥρα νέα, χελιδών: nonne videtis, ver novum, hirundo (adest) *Demosthenes* in Orat. III. in Philippum p. 49. C. Opp. ed. 1607. Ἀκούω Λακεδαιμονίους τότε καὶ πάντας τοὺς ἄλλους Ἕλληνας τετλάρας μῆνας ἢ πέντε, τὴν ὡραίαν αὐτὴν, στρατεύεσθαι. *Audio Lacedaemonios tunc & omnes caeteros Graecos quatuor aut quinque menses vere isto militasse. Hesychius:* ὥρα ἔτος, καιρὸς ἔτους, τὸ ἔαρ ἢ τὸ θέρος· ὥρα *anni, tempus anni est ver aut aestas.* Vid. plura in *Dan. Heinsii* Lectionibus Theocr. cap. 13. pag. 341. Ill. *Ez. Spanhemius* in observatt. ad *Callimachi* Hymnum in Cerer. v. 124. & in notis ad Juliani Orat. I. p. 123. sq. probat pro aestate ferventissima ὥραν à Graecis potissimum vocari, ex *Galeni* Comment. IV. in lib. VI. Epidem. *Hippocratis* text. 19. Praestantiss. *Gravius* in Lection. Hesiod. cap. 2. p. 7. sq. ὡραῖον βίον in *Hesiodi* Ἔργοις v. 31. & v. 305. interpretatur fructus aestivos, victum aestate collectum, atque allegat *Isaac. Casaubonum* in Animadv. in Athenaei lib. III. cap. 6. Galenus tamen l. c. observat, de autumno, hyeme & vere ὥραν haud minus dici; adde *Hippocratem* Epidem. lib. III. text. 2. & in lib. de medico cap. 3. Celeb. *Jo. Clericus* in notis ad *Hesiodi* Theogon. v. 58. affirmat ὥραν proprie significasse tempestates anni, nec nisi sero duodecimam partem diei, qua de re copiose egerunt *Jos. Scaliger* de Emend. temp. lib. I. sub init. & *Vossius* in Etymologico v. *Hora.* Crediderim, addit *Clericus*, ὥρα primum dictum de diurno tempore, quod una cum nocturno est temporis spatium, de quo primum cogitarunt homines, indeque translatum ad quodvis tempus; omnino enim ὥρα videtur dictum ἀπὸ τοῦ אור *lucere. Xenophontem* tamen & *Anacreontem* horarum nomen pro diei & noctis partibus usurpasse ostendit Æg. Menagius in notis ad *Diogen. Laërtii* lib. II. segm. I. pag. 71. a.

Ad n. XXXIV. ἀηδών] Autor libri de definitionibus, qui S. *Athanasio* suppositus est, cap. 4. T. III. Opp. p. 246. E. ed. Bened. ἀηδών. διὰ τὸ ἀεὶ ᾄδειν καὶ ἐν θέρει καὶ ἐν χειμῶνι. Ἀηδὼν *quia semper canit, cum aestate, tum hyeme.* De proverbio *Luscinia deest cantio*, & de Viris facundia celebribus ἀηδόνων nomine dictis vid. *Fratris* dilectiss. notas ad *Libanii* epist. 13. p. 30. quibus adde *Antholog.* lib. I. cap. 6. epigr. 16. & *Gruteri* Inscript. p. MCXVIII. n. 9.

Ad n. XXXV. Μελίχρος] Hic color vocatur etiam μελίχρους, vel μελίχρωος, vel μελίχρως, vel μελίχλωρος & aliquando τῷ λευκανθεῖ opponi solet, quemadmodum nos *les brunes* & *les blondes* laudare solemus. *Lucretius* lib. IV. de rerum natura v. 1154. *Nigra*, μελίχροος est. Haec & quae sequuntur desumta sunt ex *Platonis* lib. V. de Republ. pag. 666. C. Opp. ed. Francof. Ἢ οὐχ οὕτω ποιεῖτε πρὸς τοὺς καλούς; ὁ μὲν, ὅτι σιμὸς, ἐπίχαρις κληθεὶς ἐπαινεθήσεται ὑφ' ὑμῶν· τοῦ δὲ τὸ γρυπὸν, βασιλικόν φατε εἶναι· τὸν δὲ δὴ διὰ μέσου τούτων ἐμμετρότατα ἔχειν, μελάνας

δὲ ἀνδρικοὺς ἰδεῖν, λευκοὺς δὲ, παῖδας θεῶν εἶναι, μελαγχλώρους δὲ καὶ τοὔνομα οἴει τινὸς ἄλλου ποίημα εἶναι ἢ ἐραστοῦ ὑποκοριζομένου τε καὶ εὐχερῶς φέροντος τὴν ὠχρότητα, ἐὰν ἐπὶ ὥρᾳ ᾖ. *An non sic erga speciosos juvenes affecti estis? Alius quia simus, gratiosus à vobis judicatur laudaturque: aquilinum vero regium appellatis; alius quia medius istorum est, concinnus admodum vobis esse videtur; fuscos viriles vocatis; candidos, deorum filios, pallidum autem adolescentem, quis nisi amator ipse blandiens quodammodo, appellavit, in ephebis scilicet pallorem facile ferens.* Quem locum respiciunt *Plutarchus* lib. de auditione Tom. II. Opp. p. 44. E. οἱ γοῦν ἐν ὥρᾳ πάντες (ὥς φησιν ὁ Πλάτων) ἁμηγέπη δάκνουσι τὸν ἐρωτικόν· καὶ λευκοὺς μὲν, θεῶν παῖδας ἀνακαλῶν, μέλανας δὲ, ἀνδρικοὺς, καὶ τὸν γρυπὸν βασιλικὸν, καὶ τὸν σιμὸν, ἐπίχαριν, τὸν δὲ ὠχρὸν ὑποκοριζόμενος μελίχρουν ἀσπάζεται καὶ ἀγαπᾷ. *Ait Plato, qui formosi sunt, quocunque tandem aliquo saltem modo mordere amatores suos, quod amator albos Deorum filios appellans, nigris virilium nomen tribuens, adunco naso praeditis regiorum, compresso gratiosorum, pallido, mellei coloris amplectitur atque diligit;* nec non lib. de adulat. & amici discrimine T. II. Opp. p. 56. C. ὥς που καὶ Πλάτων φησὶ τὸν ἐραστὴν κόλακα τῶν ἐρωμένων ὄντα, τὸν μὲν σιμὸν, καλεῖν ἐπίχαριν, τὸν δὲ γρυπὸν, βασιλικὸν· μέλανας δὲ, ἀνδρικούς· λευκοὺς δὲ, θεῶν παῖδας· τὸ δὲ μελίχρουν, ὅλως ἐραστοῦ προσποίημα εἶναι, ὑποκοριζομένου καὶ εὐκόλως φέροντος τὴν ὠχρότητα. *Sicut & Plato alicubi ait, amatorem amasii adulatorem, simo gratiosi, aduncum habenti nasum regis, nigro virilis, albi deorum filii imponere nomen; denique plane adulatorie ab amatore mellei coloris dici pallidos, verbo palloris odium minuente, & boni eum consulente;* & *Aristaenetus* lib. I. ep. 18. p. 88. εἰ μὲν γάρ τις τῶν νέων εἴη σιμὸς, ἐπίχαρις παρά σοι κληθεὶς ἐπαινεῖται· ὁ δὲ τὸ γρυπὸν βασιλικὸν ἔφυς· τὸ δὲ διὰ μέσου τούτων ἐρεῖς ἐμμετρότητα ἔχειν· μέλανας δὲ ἀνδρικοὺς ὀνομάζεις. λευκοὺς δὲ θεῶν παῖδας προσείρηκας· μελιχρώτους δὲ οἴει τοὔνομα τινὸς ἀλλ' οὐ ποίημα εἶναι ἢ οὐ ἐρῶντος σοῦ πόθου ὑποκοριζομένου τε καὶ φέροντος εὐχερῶς τὴν ὠχρότητα, εἰ μόνον ἐπὶ ὥρᾳ προσῇ. *Juvenum si quis fuerit simus, laudas tanquam concinnum, aduncum nasum regium vocas; medium inter hos modicum dicis; nigri sunt, viriles appellas; albi, deorum filios indigitas; melleorum vero nomen aliunde credis effictum, quam ab amore tuo, imminuente pallorem, bonique consulente, dummodo tempestivum. Josias Mercerus* in notis ad h. l. pag. 236 ex *Plutarchi* & *Lucretii* verbis colligit, in *Platone* & *Aristaeneto* pro μελαγχλώρους & μελιχρώτους reponendum esse μελίχρους. Addit credere doctos, idem fuisse in *Theocrito* Idyll. X. v. 26.

Βομβύκα χαρίεσσα, Σύραν καλέοντί τυ πάντες,
Ἰσχνὰν ἁλιόκαυστον· ἐγὼ δὲ μόνος μελίχλωρον.

O Bombyce venusta, omnes te Syram vocant,
Tenuem, sole adustam, ego vero solus dico te flavam esse, sicuti mel.

Ad quem locum *Scholia*: μελίχρουν δὲ, ἤγουν ἐοικυῖαν κατὰ τὸ χρῶμα μέλιτι, τουτέστι σιτόχρουν. τοιοῦτον γάρ ἐστι καὶ τὸ χρῶμα τοῦ σίτου ὡς καὶ τοῦ μέλιτος. *μελίχρουν autem, videlicet colore similem melli h. e. frumenti colorem habentem; color enim frumenti & mellis est idem.* Ex his verosimile fit H. *Stephano* in annotatt. ad h. l. T. II. Poëtarum Princip. pag. 212. Scholiastem legisse μελίχρωον, quamvis Codices exhibeant μελάγχρουν, vel μελάγχλωρον vel μελίχλωρον. *Philostratus* in Heroicis cap. 19. n. 9. p. 736. ed. Lips. Μελίχρως ἦν ὁ Πάτροκλος, καὶ τὼ ὀφθαλμὼ μέλας καὶ ἱκανῶς εὔοφρυς καὶ μέτρα ἐπαινῶν κόμης. *Flavus porro erat Patroclus & oculos niger, ac densa satis habens supercilia, comamque probans mediocrem. Plinius* Hist. nat. lib. XXXVII. cap. XI. *Colos appellavit chrysolithum aureus, chrysoprasum herbaceus, melleus melichrota, quamvis plura hujus genera sint. Epigramma* ineditum n. 5. Cod. *Uffenbachiani*:

Τοὺς λευκοὺς ἀγαπῶ. φιλέω δ' ἅμα τοὺς μελιχρώδεις (an? μελιχρόους vel μελιχρώτους)
Καὶ ξανθοὺς, ἔργω δ' ἔμπαλι τοὺς μέλανας·
Οὐδὲ κόρας ξανθὰς παραπέμπομαι, ἀλλὰ περισσῶς
Τὰς μελανοφθάλμους αἰγλοφανεῖς δὲ φιλῶ.

Amplector albos, amo simul eos, qui sunt coloris mellei
Et flavi, rursus autem nigros mire colo.
Neque adversor puellas flavas, sed supra modum
Illas, quae nigris oculis splendide nitent, amo.

&

& aliud n. 152. ejusdem Codicis:

Λευκανθὴς Κλεόβυλ☉, ὁ δὲ ἀνλία τῶδε μελίχρες
Σώπολις, οἱ διασεὶ Κύπριδ☉ ἀνθοφόροι.
Τοὔνεκά μοι παίδων ἔπεται πόθ☉, οἱ γὰρ Ἔρωτες
Πλέξειν ἐκ λευκῦ (an? ἐκ λευκῦ πλέξαι) φασί με καὶ μέλαν☉.

Cleobulus est albus, è contrario autem mellei coloris
Sopolis, uterque Veneris flores gerens.
Propterea me tenet puerorum desiderium; Amores enim
Me ex albo & nigro nexurum esse (nexuisse) dicunt.

Probe autem hanc vocem μελίχρυν distinguendam esse à μελιχρῷ monet *Manuel Moschopulus* περὶ σχεδῶν p. 64. Μελιχρόν. τὸ γλυκύ. Μελίχρυς ὁ σιτόχρυς. Id confirmant loca *Philostrati* Jun. Iconum cap. 3. de Venator. pag. 866. ed. Lipf. ὁ τῶν ἀηδόνων χορὸς, καὶ τὰ τῶν ἄλλων ὀρνέων μυσεῖα σεφῶς ἡμῖν τὰ τῶ μελιχροτάτω Σοφοκλέους ἐπὶ γλῶτταν ἄγει. *Luscinarum chorus ceterarumque avium musea scite nobis mellitissimi Sophoclis ista in linguam revocant. Luciani* in encomio muscæ T. II Opp. p. 373. τοσῦτον ἡ μυῖα ἐςὶ λιγυροτέρα, ὅσον σάλπιγγ☉ καὶ κυμβάλων αὐλοὶ μελιχρότεροι. *Tanto suavius volat musca, quanto tuba cymbalisque tibia sunt dulciores*; & Epigramma ineditum n. 102. Codicis Uffenb.

Εἰ μὲν ἐμὲ σέρξαις, εἴης ἰσόμοιρ☉ ἀκράτω [ἀκράτῳ]
Χείῳ (Χίῳ) καὶ χίῳ πολὺ μελιχρότερ☉.
Εἰ δ' ἕτερον κρίναις ἐμέθεν πλέον, ἀμφί σε βαίη
Κώνωψ ὁ ξηρῷ (ὀξηρῷ) τυφόμεν☉ κεράμῳ.

Si me amaveris, sis ejusdem conditionis cum puro
Chio vino, & Chio multo dulcior.
Sin alium pluris feceris quam me, circa te prorumpat
Culex vinarius, fumans ex acida testa.

Scholia tamen *Theocriti* ad Idyll. V. v. 95. tradunt: αἱ μελιχραὶ, ἤγυν χροιὰν ἰχεσι μέλιτ☉, κιτρονοειδεῖς.

Ad n. XXXVII. χαρίζεσθαι] Hanc verbi χαρίζεσθαι significationem multis autorum græcorum locis probat *Tho. Gatakerus* in diss. de Stylo N. T. cap. XI. quibus adde *Aristænetum* lib. II. ep. 19. κἂν ἐρωτικός μοι δοκοίης, χαριῦμαι τῷ μειρακίῳ. *Si dignus amore videbitur, faciam juveni copiam mei.* & *Platonem* in convivio pag. 1180. D. & E. Opp. ed. Francof. qui ibid. p. 1181. D. sensum hujus verbi honestum format: αἰσχρὸν ἐςὶ πονηρῷ τε καὶ πονηρῶς χαρίζεσθαι· καλὸν χρηςῷ τε καὶ καλῶς· πονηρὸς δέ ἐςιν ἐκεῖν☉ ὁ ἐραςὴς ὁ πάνδημ☉, ὁ τῦ σώματ☉ μᾶλλον ἐρῶν ἢ τῆς ψυχῆς· ὁ δὲ τῦ ἤθυς χρηςῦ ἐραςὴς διὰ βίυ μένει ἅτε μονίμῳ συντακείς. *Turpe est pravo ac turpiter obsequi; honestum vero bono atque honeste. Pravus autem est amator ille vulgaris, qui corpus magis, quam animum amat; bonorum vero morum amator per omnem vitam in amicitia perseverat, utpote qui rem stabilem sectabatur.* Sumi etiam verbum hoc sæpius de pueris formosis, qui corporis sui copiam faciebant amatoribus, ostendit *Jo. Norikus* in notis ad Anonymi Pythagorici διάλεξιν II. p. 709. sq. Opuscul. Mythol. *Galei* ed. Amstel.

Ad n. XXXIX. Hanc *Sapphûs* sententiam confirmant *Menander* in fragmentis ex fabula Μητραγυρτῦ pag. 120. ed. *Clerici*:

Μακάρι☉, ὅςις ὐσίαν καὶ νῦν ἔχει,
Χρῆται γὰρ ὗτ☉, εἰς ἃ δεῖ, ταῦτα καλῶς,

Felix, qui facultatibus & ingenio pollet,
Utitur enim opibus recte in ea, qua par est absumi.

Theognis in γνώμαις v. 197.

Χρήματα δ' ᾧ διόθεν καὶ σὺν δίκῃ ἀνδρὶ γένηται,
Καὶ καθαρῶς αἰεὶ καὶ μόνιμον τελέθει.

Opes vero cui à Jove & cum justitia fuerint,
Et integra semper ac stabiles permanent.

Socrates ap. *Stobaeum* Serm. III. p. 48, 46. Οὔτε ἵππῳ χωρὶς χαλινοῦ, οὔτε πλούτῳ χωρὶς λογισμοῦ δυνατὸν ἀσφαλῶς χρήσασθαι. *Neque equo sine freno, neque divitiis sine ratione tuto quis uti poterit. Democritus* apud eundem Serm. XCII. pag. 513, 48. Χρημάτων χρῆσις σὺν νόμῳ μὲν χρήσιμον εἰς τὸ ἐλευθέριον εἶναι καὶ δημωφελέα. *Pecuniarum usus cum prudentia utilis est ad exercendam liberalitatem & populum adjuvandum. Antiphon* in ejusdem Serm. CII. p. 559, 5. Ὁ θεὸς ὁ μὴ παντελῶς βούλεται ἀγαθὰ διδόναι ἀνδρὶ, χρημάτων πλοῦτον παρασχὼν, τοῦ καλῶς φρονεῖν πένητα ποιήσας, τὸ ἕτερον ἀμφοτέρων, ἀμφοτέρων ἀπεστέρησεν. *Si cui Deus bona non perfecte largiri voluerit, illum pecuniarum copia exhibita mentis & prudentiae inopem facit, & sic altero adempto utrinque privat.* & *Seneca* de vita beata cap. 23. *Quid est, quare Philosophus divitiis bonum locum invideat? veniant, hospitentur. Nec jactabit illas, nec abscondet: alterum infruniti animi est, alterum timidi & pusilli, velut magnum bonum intra sinum continentis.* Plura loca veterum extant in Ill. *Ez. Spanhemii* notis in *Callimachi* hymn. in Jovem v. 95.

Ad n. XL. χρυσὸς] Aurum rubigine non corrumpi tradunt Scholia *Moschopuli* ad *Hesiodi* Ἐργ. v. 109. ἤγουν χρυσοῦν ἀντὶ τοῦ καθαρὸν καὶ ἀπαθές· λέγει δὲ τοῦτο κατὰ τὸ καθαρὸν τοῦ χρυσοῦ καὶ ἄσηπτον· *videlicet aureum pro puro & perturbationum experte; dicit vero hoc, quia aurum est purum & incorruptum. Jo. Tzetzes* ad h. l. χρυσοῦν λέγει διὰ τὸ λαμπρὸν ἢ τὸ τίμιον, ἢ κακίας ἀνεπιδεκτον, ὡς ὁ χρυσὸς ἰοῦ.

> Χρυσὸν γὰρ ἰὸς τῶν κινῶν ἰοῖ μόνος,
> Ὡς τὴν μαγνήτην ἑλκικὴν θραύει σθένος
> Ἡ σκορδικὴ δύσπνοια προστετριμμένη

aureum dicit, quia est splendidum, aut pretiosum, aut malitiam non admittens, uti aurum est expers aeruginis.

> *Aurum enim sola aerugo canum conficit,*
> *Ut magnetis vim attractricem infringit*
> *Allii exhalatio faetida affricta.*

Theognis v. 451.

> Τοῦ (χρυσοῦ) χροιῆς καθύπερθε μέλας
> οὐχ ἅπτεται ἰὸς,
> Οὐδ' εὐρώς· αἰεὶ δ' ἄνθος ἔχει καθαρόν.

> *Cujus (auri) colorem desuper nigra non tangit rubigo,*
> *Neque caries; semper vero florem habet purum.*

Hierocles in Pythagorae aurea carmina p. 12. ed. Needh. Ἔστι ὁ χρυσὸς ἀκιβδηλόν τι, καὶ γῆς οὐκ ἀναπεπλησμένον, ὥσπερ τὰ συγγενῆ, καὶ ἐφεξῆς ὄντα τούτῳ, οἷον ἄργυρος καὶ σίδηρος, πρὸς ἃ καὶ τὸ ὑπερέχον φύσει κέκτηται ὁ χρυσὸς, μόνος τῶν ἄλλων ἰὸν οὐ ποιῶν, ἐκείνων ἕκαστον, καθ' ὅσον γῆς μετέχει, κατὰ τοσοῦτον καὶ εἰς ἰὸν μεταβάλλοντος. *Est aurum purum quid, nec multum terrae admixtum habens, qualiter habent ipsi cognata & inferiora, argentum scilicet aes & ferrum, inter quae & aurum ipsum adeo natura primas obtinet, quod nunquam ut caetera rubiginem contrahat; cum eorum singula eam tantum patiantur, quantum terram participant.* Porphyrius apud *Eusebium* in Praeparat. Evang. lib. III. cap. 7. διὰ δὲ χρυσοῦ εἰς τὴν πυρὸς θείαν διανόησιν καὶ τὸ ἀμίαντον αὐτοῦ ἦγε, ὅτι χρυσὸς οὐ μιαίνεται. *Auri aspectu partim ignis divini partim decoris sui nullam omnino maculam ferentis notionem impressit.*

Σὴς] *Aristoteles* de Hist. anim. lib. V. cap. 32. Γίνεται δὲ καὶ ἄλλα ζωδάρια, τὰ μὲν ἐν ἐρίοις, καὶ ὅσα ἐξ ἐρίων ἐστὶν, οἷον οἱ σῆτες, οἱ ἐμφύονται μᾶλλον, ὅταν κονιορτώδη ᾖ τὰ ἔρια· μάλιστα δὲ γίνονται, ἂν ἀράχνης συγκατακλεισθῇ· ἐκπίνων γὰρ, ἐάν τι ἐνῇ ὑγρὸν, ξηραίνει. Γίνεται δὲ ἐν χιτῶνι ὁ σκώληξ οὗτος, καὶ ἐν κηρῷ δὲ γίνεται παλαιουμένῳ, ὥσπερ ἐν ξύλῳ ζῶον, ὃ δὴ δοκεῖ ἐλάχιστον εἶναι τῶν ζώων πάντων, καὶ καλεῖται ἀκαρὶ, λευκὸν καὶ μικρόν· καὶ ἐν τοῖς βιβλίοις ἄλλα γίνεται τὰ μὲν ὅμοια τῶν ἐν τοῖς ἱματίοις, τὰ δὲ σκορπίοις, ἄνευ τῆς οὐρᾶς, μικρὰ πάμπαν· Καὶ ὅλως ἐν πᾶσιν, ὡς εἰπεῖν, ἔν τε τοῖς ξηροῖς ὑγραινομένοις καὶ ἐν τοῖς ὑγροῖς ξηραινομένοις ὅσα ἔχει αὐτῶν ζωήν. *Quin etiam alia generantur bestiola, tum in lanis, & quibusvis lanificio confectis: ut tinea, quae in lanis pulverulentis praecipue oriuntur; atque etiam magis, si araneus una includatur. Si quid enim humoris inest, hic absorbens amplat siccitatem. Nascitur & in tunicis hoc idem vermiculi genus. Tum vero in cera vetusta, ut in ligno animal gignitur candidum, quod omnium animalium esse minimum existimatur, nomine acari. Nec non alia in chartis, aut iis proxima, quae in veste, aut scorpioni, sed sine cauda, generantur perquam exigua. Omnibus prope*

prope dixerim, vel ficcis humefcentibus, vel humidis ficcefcentibus, creari animal poteft. Jo. Tzetzes in Scholiis ad *Hefiodi* Ἔργ. v. 420. δὴξ ἐστιν εἶδος σκώληκος ἐγγινομένου ἔνδον ξύλου. ἴψ δὲ σκώληξ ἐστὶ κεράτων. ἲξ ἀμπέλων, σὴς ἐσθημάτων. τρὼξ ὀσπρίων, ψὴν σύκων, καὶ ἕτεροι ἄλλων. Δὴξ *eft genus vermiculi, qui in ligno oritur,* ἴψ *autem vermiculus cornuum,* ἲξ *vitium,* σὴς *veftium,* τρὼξ *leguminum,* ψὴν *ficuum, & alii aliarum rerum. Thomas Magifter* περὶ ὀνομάτων Ἀττικῶν p. 154. ed. Franequ. Σέες Ἀττικοὶ καὶ σέας, ἀπὸ τῆς σεὺς ἀχρήστου εὐθείας· ὥσπερ καὶ ἱέας ἀπὸ τοῦ ἱεύς. Λουκιανὸς ἐν τῷ πρὸς ἀπαίδευτον καὶ πολλὰ βιβλία ὠνούμενον (T. II. Opp. p. 379. ed. Amftel.) καὶ συμβούλους τὰς σέας ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν παραλαμβάνεις; Σῆτες δὲ καὶ σῆτας, ἑλληνικὸν, ἀπὸ τοῦ σὴς σητός. *Attici* σέες *&* σέας *à* σεὺς *nominativo obfoleto, quemadmodum etiam* ἱέας *ab* ἱεύς. *Lucianus ad indoctum & multos libros ementem & tineas his dijudicandis in confilium adhibes?* Σῆτες *vero &* σῆτας, *eft graecum à* σὴς σητός. *Anthologia* lib. II. c. 10. epigr. 3.

Γραμματικοὶ, μώμου στυγίου τέκνα, σῆτες ἁπάντων
Τελχῖνες βίβλων, Ζηνοδότου σκύλακες.

Grammatici funt Momi ftygii filii, tinea omnium
Furiofi librorum, Zenodoti canes.

Mentio etiam fit σητὸς Matth. VI. 19. fq. & Luc. XII. 33. in *Theophrafti* Erefii Hiftoria Plantar. I. 16. p. 48. & IX. 12. pag. 1070. ed. Amftel. & ex illo in *Apollonii* Dyfcoli Hiftoria commentitia c. 48. *Sam. Bochartus* in Hierozoici Part. II. lib. 4. c. 25. hanc vocem derivat ab hebræo סס, ubi plura de hoc infecto invenire licet.

Κὶς] *Proclus* in Scholiis in *Hefiodi* Ἔργ. v. 453. τὸ ἄσηπτον ἐδήλωσεν εἰπὼν ἀκιώτατον· ὁ δὲ Πλούταρχος (de adulat. & amici difcrimine Tom. II. Opp. p. 49. B.) ἐξηγήσατο τὴν αἰτίαν, λέγων, εἶναί τι θηρίδιον, ὃ καλεῖται κὶς, διεσθίον τὰ ξύλα· τοῦτο καὶ Πίνδαρον οὕτω καλεῖν περὶ τοῦ χρυσοῦ λέγοντα, κεῖνο σὴς οὐ κὶς (leg. οὐ σὴς οὐδὲ κὶς) δάμναται ὡς ἄσηπτον· ἐγγίνεται δ' οὖν τὰ τοιαῦτα θηρίδια τοῖς γλυκέσι καὶ μαλακοῖς ξύλοις. *Non putrefcens fignificavit, dicens* ἀκιώτατον· *Plutarchus autem attulit rationem, dicens, effe beftiolam aliquam, qua corrodat ligna. Hanc etiam Pindarus ifto nomine dicit, ubi de auro teftatur, illud neque à tinea neque à coffo confici tanquam incorruptum. Innafcuntur autem illa beftiola dulcibus & teneris lignis. Hefychius:* Κὶς ζωΰφιον ἐν τοῖς ξύλοις καὶ τῷ σίτῳ γινόμενον. Κὶς *eft animal parvum, exiftens in lignis & tritico.* Etymologicum M. in Κίς· θηρίον ἐστιν ἐσθίον πυροὺς καὶ κριθάς· *eft animal rodens triticum & hordeum;* & in ἀκιώτατον· Κὶς λέγεται ὁ ἐν τοῖς ξύλοις σκώληξ. Κὶς *dicitur vermiculus in lignis exiftens. Manuel Mofchopulus* περὶ σχεδῶν p. 58. Κὶς εἶδος σκώληκος. Κὶς *eft genus vermiculi.*

Ad n. XLI. Ἀρτίως] Quanquam Svidas & Ammonius diftinguunt ἄρτι ab ἀρτίως, tamen *H. Stephanus* in Lexico Gr. Tom. I. pag. 550. A. ex *Demofthene, Platone & Ariftophane* probat, ἀρτίως fignificare *modo, paulo ante, nuper,* atque adeo idem, quod ἄρτι. *Scholia Ariftophanis* in Νεφέλ. v. 1148. Διαφέρει τὸ ἄρτι τοῦ ἀρτίως παρὰ Ἀττικοῖς· Ἄρτι μὲν γὰρ, ἀντὶ τοῦ νῦν, ἀρτίως δὲ, πρὸ ὀλίγου. *Differt* ἄρτι *ab* ἀρτίως *attica dialecto,* ἄρτι *enim nunc,* ἀρτίως *autem paulo ante fignificat. Mæris Atticifta* in ἄρτι· οἱ μὲν Ἀττικοὶ τὸ πρὸ ὀλίγου. οἱ δὲ Ἕλληνες καὶ περὶ τοῦ νῦν λέγουσιν. *Attici quidem pro nuper, Græci autem pro nunc ufurpant. Gravius* ὁ πάνυ in notis ad *Luciani* Solœciftam T. II. Opp. p. 729. probat, Atticos τὸ ἄρτι non cum futuro junxiffe, fed aut cum præfenti aut præterito.

χρυσοπέδιλος] eft epitheton Junonis in *Hefiodi* Theogon. v. 454.

Ad n. XLII. ἀγριώτης] *Julius Pollux* Onomaft. lib. IX. cap. 2. fect. 12. Ἔποις δ' ἂν καὶ ἄγροικον μέλος καὶ ἄγροικον μοῦσαν, τὴν τῶν αἰπόλων τε καὶ ποιμένων· ὁ γὰρ ἀγριώτης, ποιητικόν. *Dices prætérea & rufticum carmen & agreftem Mufam; caprariorum fcilicet & paftorum.* Ἀγριώτης *enim poëticum eft. Sopingius* in notis ad *Hefychium* v. βράκος hunc Sapphûs locum ita legit: τῆς δ' ἀγριώτατον θέλγει νόον οὐκ ἐπισταμένης &c.

βράκεα] *Theocritus* Idyll. 28. ἠλακάτα v. 10. fq.

Σὺν τᾷ πολλὰ μὲν ἔργ' ἐκτελέσεις ἀνδρείοις πέπλοις
Πολλὰ δ' οἷα γυναῖκες φορέοισ' ὑδάτινα βράκη.

Cum

Cum ea multa opera perficeres, ad viriles vestes (pertinentia)
Multa & ad braccas, quas mulieres gerunt, aquatiles.

Eustathius ad Homeri Ιλ. β. pag 168, 12. ὡς δ' αἰολικὸν ὁ βροτὸς, δηλῦσιν οἱ παλαιοὶ, φάμενοι, ὅτι προστιθέασιν οἱ αἰολεῖς το βῆτα τῷ ρ, ἡνίκα ἡ ἐφεξῆς συλλαβὴ ἔχει ἢ τὸ κ', οἷον ῥάκ☉ βράκ☉, ἢ τὸ δ', οἷον ῥόδον. βρόδον &c. *Βροτὸς esse aolicum indicant veteres, qui testantur, Æoles addere β τῷ ρ, propterea syllaba sequens habet aut κ', quale ῥάκ☉. βράκ☉, aut δ', quale ῥόδον, βρόδον &c.* vid. idem Autor ad Odyss. α' p. 15, 20.

Ad n. XLIII. ἐρέβινθοι] *Plutarchus* in Quæstion. Rom. Tom. II. Opp. p. 286. D. διὰ τί νενόμισθαι τὰς ἁγνεύοντας ὀσπρίων ἀπέχεσθαι; πότερον, ὡς οἱ Πυθαγορικοὶ τὰς μὲν κυάμους ἀφωσιῶντο διὰ τὰς λεγομένας αἰτίας, τ͂ δὲ λάθυρον καὶ ἐρέβινθον ὡς παρωνύμως τῷ ἐρέβῳ καὶ τῆς λήθης. *Cur castimoniam servantibus usus leguminum est interdictus? An fabam ob easdem, quas Pythagorici, caussas abominati sunt? lathyrum autem & cicerem, quod orco & letho nomina horum sunt affinia.* De usu vario hujus leguminis in arte medica agit *Galenus* lib. I. de alimentorum facultat. cap 22. Quomodo seminandum sit, narrat Autor *Geoponic.* II. 36. Meminerunt etiam ἐρεβίνθω *Theophrastus* in hist. plantarum lib. II. c. 5. p. 82. ed. Amstelod. Autor *Geopon.* VII. 12. & *Nicander* Theriac. v. 694. *Cicero* hoc suum cognomen cicere exlato in poculo Diis consecrato indicavit v. *Plutarchum* in ejus vita T. I. Opp. p. 861. C. & in Apophthegmatis Tom. II. Opp. pag. 204. E. Significat quoque ἐρέβινθ☉ membrum virile; v. Scholia Aristophanis in Ranas v. 553. & in Acharn. v. 801. Hujus significationis ratio ex eo petenda videtur, quod ἐρέβινθ☉ sit ἐπεγερτικὸν πρὸς τὰ ἀφροδίσια. Deinde in ἐρέβινθ☉ est aliquid ad ἐρᾶν & βινεῖν. quod etsi novum affero, placebit tamen, & comici genii est. Ita *Tan Faber* in notis ad *Aristophanis* Ecclef. v. 44. Cur Bacchus vocetur *Erebinthins,* docet *Gyraldus* in Historia Deorum Synt. VIII. p. 276.

Ad n. XLIV. Λήδαν] de fabula Ledæ à Jove in cygnum transformatæ evolvi possunt *Scholia* in *Euripidis* Orestem v. 465. *Scholia* in *Callimachi* hymnum in Dianam v. 232. *Eratosthenes* in Catasterismis cap. 25. p. 120. Opuscul. Mythol. *Gales,* *Agatharchides* de rubro mari p. 7. T. I. Geographorum min. *Hudsoni.* Pausanias in Laconicis lib. III. cap. 16. *Arrianus* de Expedit. Alexandri lib. IV. cap. 8. *Anthologia* lib. I. cap. 7. epigr. 2. *Ovidius* Metamorph. lib. VI. v. 109. *Manilius* Astronom. I. v. 337. Tertullianus de Spectaculis cap. 8. & Hyginus fab. 77. Ectypa 4 gemmarum hanc fabulam repræsentantia ex *Maffeio, Causseo* & *Begero* extant in Celeb. *Montfauconi* Tom. I. P. 2. Antiq. illustratæ tab. CXCV.

Ad n. XLVI.] In *If. Vossii* Obss. ad *Catullum* p. 213. hoc fragmentum ita legitur:

- - - Ζαλαῖς ἐγ' ὐκ ἔμμι παλιγκότων
'Οργάνων, ἀλλ' ἀβακὴ τὰν φρέν' ἔχω.

Dicit se non esse vindictæ cupidam, nec æmulam repercutientium machinarum, sed pacato esse semper ingenio. Παλίγκοτα ὄργανα idem quod παλίντονα τόξα. Aliud sunt παλίντονα τοξα, quam vocem vulgo non intellectam exponimus in belopoicis nostris.

παλίγκοτ☉] Ionicum & poëticum vocabulum est, atque significat iracundum, vindicem, horribilem & odiosum. *Hesychius* in παλίγκοτα' ὐκ ἀξιόχρεα ὀργίλα, ἐχθρὰ καὶ τὰ ὅμοια' *sine caussa irascentia, inimica & similia. Aristophanes* in Pace v. 389. Μὴ γένη παλίγκοτός τις ἀντιβολῦσιν ἡμῖνγε. *Ne irascaris nobis supplicantibus.* *Æschylus* in Agamemnone v. 871.

Τὸ μὲν γυναῖκα πρῶτον ἄρσεν☉ δίχα
"Ησθαι δόμοις ἔρημον, ἔκπαγλον κακὸν,
Πολλὰς κλύυσαν ἡδονὰς παλιγκότας.

Primum quidem uxorem absque viro
Sedere domi desertam, immane malum est,
Plurimos audientem rumores odiosos.

& v. 883.

Τοιῶνδ' ἕκατι κληδόνων παλιγκότων
Πολλὰς ἄνωθεν ἀρτάνας ἐμῆς δέρης
"Ελυσαν ἄλλοι πρὸς βίαν λελημμένης.

Ob tales rumores odiosos
Multos superne laqueos de meo collo
Solverunt alii per vim astricto,

Nicander Theriac. v. 118.

Τῶν

Τῶν ἤτοι θήλεια παλίγκοτος ἀντομένοισι
Δάγμασι πλειοτέρη, καὶ ὁλκαίην ἐπὶ σειρήν.

Femina pracipiti ante omnes agitata furore
Occurrit, rictu patulo caudaque tumente.

Dionys. XXXV. v. 319.

Ὣς εἰπὼν προέηκε παλίγκοτον εὐνέτιν Ἥρην.

Sic locutus pramisit iracundam conjugem Junonem.

Euripides in fragmento ex Oenomao v. 12.

Φέρειν τὰ συμπίπτοντα μὴ παλιγκότως.

Ferre haud gravate, si quid evenit mali.

Erotianus in Lexico: παλιγκοτωτάτοις] φιλυποστρόφοις νοσήμασι *agritudinibus, qua facile revertuntur*; adde *Galenum* in *Hippocratis* lib. II. Epid. c. 34. T. IX. ed. Paris. p. 148.

αἰβάκη] *Hesychius* in αἰβάκην· ἀφελῆ, ἀσύνετον, ἡσύχιον, ἄπειρον, ἀδύνατον, ἄκακον· *simplicem, stultum, tranquillum, rudem, imbecillem, probum. Scholia minora Homeri* ad Odyss. δ'. v. 249. αἰβάκησαν] ἠγνόησαν. παρὰ τὸ βάζω ἐσχημάτισται ἡ λέξις, τῶν ἅπαξ εἰρημένων ἐστίν· *ignorarunt, à* βάζω *formata est dictio hac, estque ex semel dictis.*

Ad n. LV. Κυπρογενεία] Scholia minora *Homeri* ad Ιλ. έ. v. 330. Κύπρις ἐκλήθη ἡ θεὸς, παρόσον ἐν τῇ Κύπρῳ μεγάλως τιμᾶται. Κύπρις *vocata est Dea (Venus), quoniam in Cypro insula mirum in modum colitur. Etymologicum M.* in Κύπρις· τὸ ἐπίθετον τῆς Ἀφροδίτης, ὃ οὐκ ἐνόησαν οἱ πρὸ ἡμῶν, τί σημαίνει· συμπλακηθέντες δὲ τῷ Ἡσιόδῳ ἔδοξαν, ὅτι Κύπρις λέγεται, ὥς φησιν Ἡσίοδος· (in Θεογον. v. 199.) Κυπρογένεια διὸ γεννᾶται περικλύστῳ ἐνὶ Κύπρῳ. *Epitheton Veneris, quod qui ante nos fuerunt, non intellexerunt, quid significet, sed in errorem inducti una cum Hesiodo, putarunt* Κύπριν & Κυπρογένειαν *ejusdem esse originis, ut ait Hesiodus:* Κυπρογένεια, *quod orta sit in circumflua Cypro.* Venus vocatur Κυπρογένεια ab *Homero* in Hymno in Venerem carm. IX. v. 1.

Κυπρογενῆ Κυθέρειαν ἀείσομαι

Cypro-genitam Cytheream canam.

à *Pindaro* Olymp. X. v. 125.

- - - ἅ τ' ἀναιδέα Γανυμήδει τὸν πότμον ἄλαλκε, σὺν Κυπρογενεῖ.

- - - *qua impudentem à Ganymede mortem propulsavit, auxilio Veneris.*

in Anthologia lib. I. c. 15. epigr. 4. v. 4.

Ζεὺς δὲ πατὴρ δικάσειεν· ἄνευθε δὲ Κυπρογενείης.
Μὴ πάλιν ἄλλος ἕλῃ με γαμοκλόπος αἶσχος Ἀχαιοῖς.

Jupiter autem pater dijudicet. Sed sine Venere,
Non rursus alius auferet me adulter, dedecus Gracis.

à *Stratone* in Epigrammate inedito num. 182. Cod. Uffenbach.

Ἄνθεσι οὐ τόσσοισι φιλεζέφυροι (φιλοζέφυροι) χνοάουσι (χλοάουσι)
Λειμῶνες πυκιναῖς εἴαρος (alibi ἦρος ἐν) ἀγλαΐαις,
Ὅσσους εὐγενέτας, Διονύσιε, παῖδας ἀθρήσεις
Χειρῶν Κυπρογενεῦς πλάσματα καὶ Χαρίτων.
Ἔξοχα δ' ἐν τούτοις Μιλήσιος ἠνίδε θάλλει,
Ὡς ῥόδον εὐόδμοις λαμπόμενον πετάλοις.
Ἀλλ' οὐκ οἶδεν ἴσως, ἐκ καύματος ὡς καλὸν ἄνθος,
Οὕτως τὴν ὥρην ἐκ τριχὸς ὀλλυμένην.

Non tantis floribus Zephyri amantia pubescunt (flavescunt)
Prata in crebris splendoribus veris:

Quantos nobiles liberos, Dionysie, videbis,
Mannum Veneris plasmata & Charitum.
Egregie in his Milesius ecce floret,
Quemadmodum rosa splendens odoratis foliis.
Sed fortassis non novit, uti flos pulcher ex astu,
Ita formam ex crine perire.

Addere lubet aliud *Posidippi* num. 122. Codicis Uffenb. cujus versus duo priores leguntur in Ill. *Spanhemii* observatt. in *Callimachi* hymnum in Delum v. 21. p. 338.

Ἁ Κύπρον, ἅτε Κύθηρα, καὶ ἁ Μίλητον ἐποιχνεῖς
Καὶ καλὸν Συρίης ἱπποκρότου δάπεδον,
Ἔλθοις ἵλαος Καλλιστίῳ, ἣ τὸν ἐραστὴν
Οὐδέποτ' οἰκείων ὦσεν ἀπὸ προθύρων.

Quæ Cyprum aut Cythera & quæ Miletum permeas,
Et pulchrum Syriæ equis perstrepentis solum.
Venias propitia Callistio, quæ amatorem
Nunquam à domesticis vestibulis repulit.

Ill. Spanhemius l. c. primum versum legit: Ἡ Κύπρον ἤτε Κύθηρα, καὶ ἁ Μίλητον ἐσοιχνεῖς. *Quæ in Cyprum, aut vero in Cythera aut quæ Miletum tendis.*

Ad n. LVIII. ἡμιτύβιον] Hanc vocem explicant *Galenus* in Ἱπποκράτους γλωσσῶν ἐξηγήσει· ἡμιτύβιον ὀθονίου τραχέος μέρος. *Est lintei crassioris pars: Hesychius:* Ἡμιτύβιον, λινοῦν ἔνδυμα, ἢ σινδόνιον δίκροσσον. *Est linteum indumentum, aut sindon utrinque fimbriata. Pollux* lib. VII. cap. 16. segm. 71. τὸ ἡμιτύβιον, ἔστι μὲν καὶ τοῦτο Αἰγύπτιον, εἴη δ' ἂν κατὰ τὸ ἐν τῇ μέσῃ κωμῳδίᾳ καψιδρώτιον καλούμενον, ὃ νῦν σουδάριον ὀνομάζεται. *Est etiam hoc ægyptiacum, fueritque nimirum quod in media comœdia capsidrotium vocatum, nunc sudarium dicitur.* Occurrit ἡμιτύβιον in *Libanii* declam. VI. Tom. I. Opp. p. 311. B. ὡς οὐκ ἐπαύετο, ἀλλ' ἐβόα, συστρέψας τὸ ἡμιτύβιον, ἔβυσα τὸ στόμα· *Cum non desineret clamare, sudario os occlusi.* In *Photii* Cod. CCXLII. pag. 567. 37. κατεκοιμήθην ἐπὶ τῆς νεώς, καὶ πως ἀφροδισιάζομαι τοῖς ὀνείρασι κρήδεμνον, φωσώνιον, στόλισιν, προσώπου ἐκμαγεῖον, ἡμιτύβιον. *Consopitus sum in navi; deinde in somnis pollutor vittam, sacram vestem, stolam, faciei simulacrum, fasciam.* in *Nicephori Callisti* Historia Eccles. lib. X. cap. 33. βιβλίον ἐφευρίσκει, λεπτῷ πάμπαν καὶ καθαρωτάτῳ περιειλημμένον ἡμιτυβίῳ. *Libellum invenit, qui tenuissimo purissimoque linteolo involutus erat.* Loca *Hippocratis* & *Aëtii* in medium profert Anutius Foësius in Oeconomia Hippocratis ordine alphab. distincta, ubi plura de hac voce leguntur.

Ad n. LIX. γλυκύμαλον] *Dioscorides* lib. I. cap. 161. pag. 80. τὰ μελίμηλα κοιλίαν μαλάσσει καὶ θηρία ἐκβάλλει· κακοστόμαχα δὲ καὶ καύσου ποιητικά· καλεῖται δὲ ὑπό τινων γλυκύμηλα. *Melimela ventrem molliunt, & ab eo animalia expellunt, stomacho negotium exhibent, æstuosaque sunt. A nonnullis porro glycymela nuncupantur.*

Ad num. LX.] λάσιον *Galenus* in Ἱπποκράτους γλωσσῶν ἐξηγήσει exponit σινδόνιον. Erotianus vero ὀθόνιον, qui etiam autoritate *Theopompi* & *Artemidori* Grammatici λινοῦν ὕφος δασὺ εἶναι *textum lineum villosum esse* scribit. Sic Hesychius λάσιον ὕφος explicat τὸ δασὺ, *textum hirtum & villosum.*

Ad n. LXI.] χειρόμακτρον vel χειρόμακτρον *Hesychius, Suidas* & *Moschopulus* περὶ σχεδῶν p. 151. exponunt τὸ μανδύλιον, quam significationem hæc vox obtinet in *Xenophontis* Cyropæd. lib. I. cap. 3. §. 5. ὅταν τινῶν τούτων θίγῃς, εὐθὺς ἀποκαθαίρεις τὴν χεῖρα εἰς τὰ χειρόμακτρα. *Si horum aliquid attrectaris, statim mappis purgas manum.* In *Plutarchi* lib. de Oracul. defectu Γ. II. Opp. p. 434. A. ὑμῶν ἑωρακέναι τινὰς οἴομαι χειρόμακτρα καὶ δίκτυα καὶ κεκρυφάλους ἐκεῖθεν. *Existimo quosdam vestrum vidisse mantilia retia & involucra capitis ea ex materia confecta.* In *Luciani* lib. de mercede cond. Tom. I. Opp. pag 457. καινὸν εἶναί σοι τὸ χειρόμακτρον τίθεμενον. *Novum tibi esse, ut mantele apponatur.* In *Athenæi* lib. IX. pag. 410. B. χειρόμακτρον καλεῖται, ᾧ τὰς χεῖρας ἀπεμάττοντο ὠμολίνῳ, ὅπερ ἐν τοῖς προκειμένοις Φιλόξενος ὁ Κυθήριος ὠνόμασεν ἔκτριμμα. Ἀριστοφάνης Ταγηνισταῖς· Φέρε παῖ ταχέως κατὰ χειρὸς ὕδωρ, παράπεμπε τὸ χειρόμακτρον. *Vocatur pannum lineum, humeris injectum, quo manus extergunturm. In iis quæ supra recitavimus, Philoxenus Cytherius appellat ἔκτριμμα. Aristophanes in Tagenistis: Ocyus puer ad manus fer aquam, mantileque mitte.* In *Alciphronis* lib. III. ep. 46. τὸ χειρόμακτρον ὑπὸ μάλης λαβὼν ἐξεπήδησεν. *Mappa sub alam accepta exsiluit.* In *Tzetzis* Hist. Chil. V. n. 13.

Χει-

Χειρόμακτρον, τὸ ὕφασμα ἐπιθέμενον τραπέζαις.
Ὃ τῶν χειρῶν ἐκμάσσεται τὸ ῥυπὸν καὶ καθαίρει.

Mantile, quiddam contextum impositum mensis.
Quod manuum abstergit sordes, atque purgat.

Plura de hac voce vid. in Cl. *Salmasii* notis in *Trebellii Pollionis* Gallienos c. 16. & in *Vopisci* Aurelianum c. 12.

πλαγγόνων] hac voce puppas cereas indicari accurate ostendit Ill. *Spanhemius* in notis ad *Callimachi* hymnum in Cererem v. 92. pag. 711. qui pag. 712. addit: In reliquis Lesbiæ Musæ verbis enucleandis minus felix aut lynceus fuit magnus Animadversor, (*Casaubonus*) & potior omnino, ut alia nunc mittam, quam in notis ad ultima Sapphus verba aliunde attulerat, eamque præterea obviam lectionem eruditissimus *Fulvius* in Carmin. IX. Feminar. pag. 294. Ἔπεμψ᾽ ἀπὸ *Φωκαίας δῶρα τίμια*, *qua misi à Phocaa* urbe *dona eximia*, non vero è *Phocide* cum Dalechampio. Æolis enim, ut notum, *Sappho*, & *Phocaa* finis Æolidis apud *Strabonem* lib. XIII. pag. 582.

Ad n. LXIII. Sacra facientes olim coronatos fuisse multis veterum autorum locis probant *Car. Paschalius* in Coronæ Opere lib. IV. cap. 14. & *Jo. Saubertus* F. in lib. de Sacrificiis veterum cap. XI. p. 214. ed. *Crenii*.

Ad n. LXV.] Γριπεὺς significat proprie piscatorem, qui verriculo pisces capit. *Hesychius*: Γριπεὺς, ὁ ῥάπτων τὰ ἁλιευτικὰ λίνα καὶ ὁ ἁλιεύων, *qui consuit retia piscatoria, & qui piscatur*; cum quo consentiunt *Eustathius* ad *Homeri* Odyss. X. pag. 785, 9. & *Suidas* in Γριπεὺς & γρῖφος. *Scholia Theocriti* ad Idyll. α΄ v. 39. γριπεὺς ὁ ἁλιεὺς, καὶ γρῖπος τὸ δίκτυον, παρὰ τὸ τοὺς ἰχθύας ἀγρεύειν. Γριπεὺς *est piscator, & γρῖπος rete piscatorium, quia pisces capit*. *Eustathius* ad *Homeri* Iλ ζ. pag. 490, 27. οἱ παλαιοὶ τὸ δίκτυον τὸ γρῖπον τε καὶ γρῖφον, ἐκ τοῦ γρῶ παράγουσιν· ἑλκόμενος γὰρ καὶ αὐτὸς ξύει τὰ ὑπ᾽ αὐτόν. *Veteres rete quod vocatur γρῖπος vel γρῖφος, à verbo γρῶ derivant, quia illud si attrahatur, simul verrit omnia, qua sub illo sunt.* Eutecnius Sophista in paraphrasi in *Oppiani* Ixeutica. p. 54. Οἱ λάροι, εἰ θεάσαιντο ἁλιέας σαγήνην ἐξέλκοντας, ὡς κοινωνοὶ τῆς ἄγρας πλησιάζουσι τοῖς ἀκάτοις, καὶ περὶ τὰ δίκτυα κεκραγότες μοῖραν ἀπαιτοῦσι τῆς θήρας. καὶ παρέχουσιν οἱ γριπεῖς μὲν κατὰ θαλάσσης ῥιπτοῦντες τῶν ἰχθύων τινάς. *Lari si forte viderint piscatores everriculum mari extrahentes, accedunt propius ad cymbam, & circa retia vociferantes partem prada expostulant, & ipsis hanc prabent piscatores, projectis in mare aliquot piscibus.* *Plutarchus* de animi tranquill. T. II. Opp. pag. 471. D. οὐδὲ τῷ γρίφοις καὶ σαγήναις ἔλαφον μὴ λαμβάνοντι, μηδεὶς τις δαίμων ἐναντιοῦται μοχθηρὸς, ἀλλ᾽ ἀβελτηρία καὶ μοχθηρία τοῖς ἀδυνάτοις ἐπιχειρῆσαι. Neque ei, *qui frustra verriculis aut sagenis captavit cervum, ullus malus adversatur genius, sed stultitia & perversitas eum ad tentanda ea, qua fieri non possunt, adigunt.* *Idem* de solertia animal. T. II. Opp. pag. 977. γρίποις τε καὶ σαγήναις σύρηοι περιλαμβάνοντες, διὸ τῶν δικτύων τὸ γένος ὀρθῶς Ὅμηρος πανάγρην προσεῖπεν. *Quin etiam verriculis & sagenis pisces inclusos rapiunt, quod retium genus panagram Homerus recte appellavit, quod omnia eo rapiantur.* *Artemidorus* Onirocrit. lib. II. c. 14. Σαγήνη καὶ γρῖπος καὶ ἀμφίβληστρον καὶ ὅσα ἄλλα ἐκ λίνων πλέκεται ἐπιτήδεια πρὸς ἁλιείαν, τὰ αὐτὰ τοῖς λίνοις τοῖς κυνηγεσίοις, περὶ ὧν ἔμπροσθεν ἐμνήσθην, σημαίνουσιν. *Sagena & verriculum & rete & quacunque alia ex lino texuntur ad piscaturam idonea, eadem qua retia venatoria, de quibus antea mentionem feci, significant.* *Pollux* lib. I. cap. 9. sect. 98. τὰ ἐργαλεῖα ἁλιέων, κάλαμοι, ῥάβδοι, λίνον, τρίχες ἵππειοι, ἄγκιστρα, ἀγκιδευτὰ δίκτυα, ἀμφίβληστρα, πόρκοι, κύρτοι, γρῖφοι, πάναγρον, λῖνος, φελλοὶ, μολύβδαινα. *Instrumenta piscatorum, arundines, virga, linum, pili equini, hami, esca, retia, retia undique complectentia, retia ex funiculis contexta, cyrti, verricula, rete omnia capiens, linum, suber, lamina plumbea.* Adde lib. X. cap. 30. segm. 132. *Oppianus* in Ἁλιευτ. lib. III. v. 80.

Τῶν τὰ μὲν ἀμφίβληστρα τὰ δὲ γρῖφοι καλέονται.

Quorum alia quidem retia-jacula, alia vero verricula vocantur.

κύρτον] Hoc piscatorum instrumentum describunt *Hesychius* in κύρτος· ἀγγεῖον σχοινῶδες, ᾧ οἱ ἁλιεῖς χρῶνται, καὶ τάλαρον. *Vas junceum, quo piscatores utuntur & calathus vimineus.* *Lucianus* in lib. de mercede conductis T. I. Opp.

 pag.

pag. 447. καὶ τὸ δίκτυόν γε αὐτὸ καὶ τῶν κύρτων τὸ ἀδιέξοδον ἔκτοσθεν ἐπὶ σχολῆς, ἀλλὰ μὴ ἔνδοθεν ἐκ τοῦ μυχοῦ προεπισκόπησον. *Ac recte quidem ipsum, nassasque impervias, foris, non intus ex penetrali per otium ante contemplare. Plutarchus* de amore prolis Tom. II. Opp. pag. 494. A. Ἡ ἀλκυὼν κύουσα τὴν νεοττείαν συντίθησι, συλλαμβάνουσα τὰς ἀκάνθας τῆς θαλαττίας βελόνης, καὶ ταύτας δι᾽ ἀλλήλων ἐγκαταπλέκουσα καὶ συνείρουσα, τὸ μὲν σχῆμα περιαγὲς, ὡς ἁλιευτικοῦ κύρτου, καὶ προμηκες ἀπεργάζεται· τῇ δὲ ἁρμονίᾳ καὶ πυκνότητι συμφράξασα τῆς ἀκάνθης ἀκριβῶς, ὑπέθηκε τῷ κλύσματι τοῦ κύματος, ὡς τυπτόμενον ἡσυχῇ καὶ πηγνύμενον τὸ πίλημα τῆς ἐπιφανείας στεγανὸν γένηται. *Alcyon postquam concepit, nidum componit è spinis marina acus, quas inter se complicans atque conserens, formam circumfractam, qualis est retis piscatoris, & praelongam struit, concinneque densa serie spinis inter se accurate contextis opus illuviei undarum supponit, ut paulatim percussum atque stipatum textum solidam nanciscatur superficiem. Idem* de solertia animal. T. II. Opp. pag. 983. B. χαλεπόν ἐστι μὴ καταμαθόντας πεισθῆναι τῇ ὄψει, τὸ πλαττόμενον ὑπ᾽ αὐτοῦ (ἀλκυόνος) μᾶλλον δὲ ναυπηγούμενον. σχημάτων πολλῶν μόνον ἀπερίτρεπτον καὶ ἀβάπτιστον· συλλέξασα τὰς τῆς βελόνης ἀκάνθας συντίθησιν καὶ συνδεῖ πρὸς ἀλλήλας ἐγκαταπλέκουσα, τὰς μὲν εὐθείας, τὰς δὲ πλαγίας, ὥσπερ ἐπὶ στήμονι κρόκην ἐμβάλλουσα πρὸς χρωμένη καμπαῖς καὶ περιαγωγαῖς δι᾽ ἀλλήλων, ὥστε διαρμόσαι καὶ γενέσθαι στρογγύλον εὐήρεμον, προμήκει τοῦ σχήματος, ἁλιευτικῶν κύρτων παραπλήσιον. *Quale opus quamque artisartificiosum conficiat, vix ut credant, adduci possunt, qui non viderunt: adeo quod illa effingit, aut potius navis in morem compingit, eam habet figuram, qua sola everti mergique non potest. Collectas enim spinas acus marina conserit inter se atque contexit, perinde ac si tela subtegmen ingereret: ita alias obliquas, alias rectas committens inter se flectendo complicandoque, atque sic absolvit teretem nidum, similem navicula uno remo agitata, figura prominentem habente cuspidem, qualis fere est piscatorio vasi, quod curtum vocant. Diodorus Sic.* lib. III pag. 119. A. Κατεσκεύασαν ἀπὸ σχοίνου πυκνοῦ περιφερὲς πλόκανον τῷ μὲν τύπῳ τοῖς κύρτοις ἐμφερές. *Opus vitile ex conferto junco contexunt, forma nassis assimile. Oppianus* ἁλιευτ. lib. III. v. 85.

Ἄλλοι δ᾽ αὖ κύρτοισιν ἐπὶ φρένα μᾶλλον ἔχουσι,
Κύρτοις, οἳ κνώσσοντας ἑοὺς ηὔφραναν ἄνακτας.

Alii vero rursus nassis animum magis habent attentum,
Nassis, qua dormientes suos exhilarant dominos.

Quomodo scarus piscis in nassa capiatur, copiose exponit *Ælianus* in Histor. animal. lib. I. cap. 2. Rationem, cur torpedine in nassis capta manus piscatorum obtorpescant, afferre conatur *Theophylactus Simocatta* in Quæstion. physicis num. 5. Extat parœmialis locutio in *Libanii* Orat. VIII. Tom. II. Opp. pag. 244. B. Ὁ δὲ κακῶς ἀπολόμενος Δημάρατος· ὁ τὰ παρ᾽ ἡμῖν ἐπαινῶν πρὸς ἐκεῖνον ἀγαθὰ, καὶ τοῦ χειμῶνος φάσκων αὐτῷ παραδώσειν, ὥσπερ ἐν κύρτῳ τὴν πόλιν. *Demaratus vero prorsus pessundandus fuit, is qui ea qua nobis aderant bona apud illos (Persas) pradicabat, atque dictitabat hyeme se ipsis traditurum, tanquam in nassa, oppidum.* Hæc locutio explicatur in *Plutarchi* lib. de Herodoti malignit. Tom. II. Opp. pag. 856. B. Ἂν μὴ φρονίμως, ἀλλ᾽ εὐτυχῶς, ὡς Τιμόθεον οἱ ἐχθροὶ γράφοντες πίναξιν εἰς κύρτον ἰόντα τὰς πόλεις αὐτὰς ἐκείνου κατεύδοντος ὑποδυομένας. *Non prudentia sed felicitate, ut Timotheum inimici pingebant dormientem, & urbes ultro in retia ejus ingredientes.* Κύρτος etiam vocatur ab Autore *Geoponic.* lib. IX. cap. 19. pag. 230. instrumentum ex salice textum, quod in olei præparatione veteres adhibebant. Id appellatur κυρτὶς in *Nicandri* Alexipharm. v. 491. ubi *Scholiastes:* Κυρτὶς κατασκεύασμά τι ἐκ λεπτῶν σχοινίων γεγονὸς, ὃ καὶ οἱ μυρεψοὶ χρῶνται περὶ τὴν τῶν μύρων ἔκθλιψιν ὑλιστήριον αὐτὸ καλοῦντες, ἢ καὶ ὑλίστριον. Κυρτὶς *est instrumentum quoddam ex tenuibus funiculis factum, quo etiam unguentarii ad exprimenda unguenta utuntur, illudque* ὑλιστήριον *aut* ὑλίστριον *vocant. Thomas Magister* de vocibus atticis in πέρκους· Ἀττικοὶ πέρκους λέγουσι, οὓς κύρτους Ἕλληνες. *Nassam* latinis idem esse, quod Græcis κύρτος, probat Eleg. *Arnold. Drakenborch* in notis ad *Silii Italici* Punic. lib. V. v. 48.

Haud secus ac vitreas sollers piscator ad undas,
Ore levem patulo texens de vimine nassam,
Cautius interiora ligat, mediamque per alvum

Sen-

Sensim fastigans, compressa cacumina nectit;
Ac fraude artati remeare foraminis arcet
Introitu facilem, quem traxit ab aequore piscem.

Ad n. LXVI. v. 3. νεοθῆγι] *Archestratus* apud *Athen.* VII. pag. 306. B.

Ὀρθῇ κεντήσαντα δέμας νεοθῆγι μαχαίρᾳ

Corpus gladio recto & nuper exacuto ubi compunxeris.

& apud *Cointhum Smyrnaeum* lib. IV. v. 424.

Ἢ στάχυν, ἢ μήκωνα, πάρος καρποῖο τυχέσθαι,
Κείρει τις δρεπάνῳ νεοθηγέϊ.

Vel spicam vel papaver, antequam fructum consequatur,
Quispiam falce acuta resecat.

Ad n. LXVII. ἀμέρσωσιν] *Scholiastes Apollonii Rhodii* ad lib. I. v. 749. ἀμέρσαι δὲ στερῆσαι & *Scholiastes Nicandri* ad Theriac. v. 686. τὸ δὲ ἀμέρσειν ἀντὶ τοῦ ἐλαβε.

Ad n. LXVIII.] Ut in aliis multis ita quoque in hoc imitatur *Sapphonem Catullus*, quod Amori vestem tribuat. Vide *Isaaci Vossii* observatt. ad Catullum p. 295.

Ad n. LXIX.] de differentia inter chlamydem & laenam copiose agit *Julius Pollux* Onomast. lib. VII. cap. 13. segm. 46. sq. & lib. X. cap. 27. segm. 123. sq. Chlamydis vestis Macedonicae mentionem faciunt *Lucianus* in Dial. Alexandri & Philippi T. I. Opp. pag. 294. & *Polyaenus* Stratagem. lib. IV. cap. 3 n. 3. *Rubenio* de re vest. lib. II. cap. 7. pertinaciter neganti, aliquod inter chlamydem thessalicam, macedonicam, graecam & romanam discrimen intercedere, manifeste adversatur locus *Philostrati* in vita Apollonii Tyan. lib. III. cap. 26. τρόπον ἀργολικὸν ἔσταλτο παρήλλαττε δὲ τὴν χλαμύδα, ὥσπερ οἱ Θετταλοί. *Argolico more vestita erat, (statua Tantali) chlamyde tamen discrepabat perinde ac Thessali.* Conf. *Gotfr. Olearii* τὸ μακαρίτου notas ad h. l. χλαῖναν describunt *Hesychius* in χλαῖνα, *Eustathius* ad *Homeri* Ιλ. π. pag. 1073, 7. *Manuel Moschopulus* ad *Homeri* Ιλ. β. v. 43 p. 138. & ad *Hesiodi* Ἔργ. v. 537. p. 120. b. *Suidas* in ἐν θέρει τὴν χλαῖναν κατατρίβεις. *Tryphiodorus* in Ilii excidio v. 295. & *Anthologia* lib. I. cap. 12. epigr. I. Eam fuisse vestem hybernam probat Ill. *Ez. Spanhemius* ad *Aristoph.* Ranas v. 1507.

Ad n. LXX. κάττυμα] *Scholiastes Aristophanis* in Vesp. v. 1155. & *Suidas* in hac voce: Καττύματά ἐστι δέρματά τινα ἰσχυρὰ καὶ σκληρὰ, ἅπερ τοῖς σανδαλίοις καὶ τοῖς ἄλλοις ὑποδήμασιν ὑποβάλλονται. *Kattumata sunt coria crassiora & duriora, quae sandaliis aliisque calceis subjiciuntur.* *Pollux* lib. VII. cap. 20. segm. 80. μέρη ὑποδημάτων, γλῶτται, καττύματα, ὑσχλοι. *Calceamentorum partes sunt lingua, scorta solea.* & segm. 86. τὸ δὲ κάττυμα κοῦφον ὡς ἐγγὺς εἶναι τοῦ κινεῖσθαι τοῦ ποδός. *Solea autem levis, ut pes pulverem tantum non contingat.* *Idem* lib. VI. cap. 37. segm. 164. & lib. VII. cap. 21. segm. 82. παλιμπηγὰ δὲ οἱ κωμικοὶ τὰ παλαιὰ καττύματα, καὶ παλινδόρια. Παλίμπηγα *vero Comici vocarunt veteres soleas & corio resarcita.* *Dioscorides* lib. II. cap. 51. p. 99. E. Τὰ ἀπὸ τῶν καττυμάτων παλαιὰ δέρματα, κεκαυμένα καὶ λεῖα καταπλασσόμενα, πυρίκαυστα καὶ παρατρίμματα καὶ τὰ ἐξ ὑποδημάτων θλίμματα θεραπεύει. *Ex veteribus calceamentis coria combusta ac trita & inspersa ambusta igni, intertrigines nec non & calceamentorum attritus sanant.* *Athenaeus* lib. XV. pag. 565. E. τῶν ἤχων ἐμπίπλασθε ὦτα. καττύματα καὶ κιναίδους καλοῦντες. *Convitiis illos proscindistis καττύματα & cinaedos appellantes.* Ad quem locum *Casaubonus* ὁ πάνυ in Animadv. cap. 2. pag. 865. τῶν ἤχων ὦτα ἐμπίπλασθε *sonis aures impletis* dixit pro *assidue clamatis.* Κάττυμα proprie est solea, quae calceamento suppacta usu teritur: hic est convitium in hominem pathicum, & ut veteres locuti sunt, officiosum, sic prorsus apud latinos *scortum* ἀπὸ τοῦ σκύτους, id est, *corio.* Haec scripseramus, cum inspectis diligentius antiquae manus libris, reperi ἥλων pro ἤχων, neque ὦτα sed ὁ τὰ, quae lectio sententiam diversam suggerit nobis, oppido elegantem; scribendum, καὶ τῶν ἥλων ἐμπίπλασθε τὰ καττύματα, *clavis calceorum soleas impletis.* Rusticitas & sordium argumentum erat, clavis suppactos calceos gestare, qua de re ad *Theophrasti* characteres multa. *Fulmentas* latinis esse καττύματα quod & *solum*, *suppacta* κεκαττυμένα, & *suppingere* ἥλους ἐγκρούειν docet Vir laudatus

tus in notis ad Plauti Trinumm. Act. III. Sc. 2. v. 98. *Fulmentas jubeam suppingi soccis.* Dicebantur etiam καασύματα in Codicibus MStis & in *Hippocratis* Epidemic. lib. V. pag. 1153. ed. Foës. quo pertinet jocus *Luciani* in judicio Vocal. T. I. Opp. pag. 48. Ὁπότε (το τ) καὶ ἐκ τούτων ἀρξάμενον ἐτόλμησε καττίτερον εἰπεῖν καὶ κάττυμα, καὶ πίτταν, εἶτα ἀπερυθριάσαν καὶ βασίλιτταν ὀνομάζειν, οὐ μετρίως ἐπὶ τούτοις ἀγανακτῶ. *Verum postquam sumpto ab iis initio venit audacia, ut καττίτερον, κάττυμα & πίτταν pronunciaret, deinde deposito omni pudore βασίλιτταν appellaret, non parum ob hac indignor & stomachor.* Κάττυμα etiam fraudem atque dolum significare tradunt *Hesychius* & *Suidas.* Ab hac voce ortum est verbum καττύεται *consuitur, componitur, concinnatur*, de quo conf. *Scholia Arist.* ad Plutum v. 663. & ad Equit. v. 314. *Hesychium, Suidam* & *Etymol.* M.

